6091

( Geografia Universal, por Gerardo Mercator
Ortelius y Hondius 2 tom.

( Cronologia y Geografia

# IVDOCVS HONDIVS
## LECTORIS.

EN tandem promissus Atlas (humaniss. Lector) prodit integer : opus feliciſsime quidem à Doctiſs. V. G. Mercatore inchoatum, a nobis autem nunc, Deo juvante, ad finem perductum. Nos enim omnem adhibuimus diligentiam, ut reliqua omnia quæ ad fastigium huic operi imponendum desiderabantur, quam accuratiſsme adjungerentur. Flatigabat enim operis hujus dignitas, ut non solum Europam integram (cui deerat Hiſpania) daremus : sed etiam reliquas Orbis partes, Africam scilicet, Asiam & Americam ad Europam adjungeremus. Difficillimum sane nobis fuit in tanta Tabularum Hiſpaniæ penuria quidquam boni & certi in vulgus edere. Quis enim vel modice delineavit & descripsit Hiſpaniam? Quid de Africa, Asia & America vastiſsimis regionibus dicemus? Has adierunt scio patrum nostraque memoria plurimi Viri docti & solertes, Matheseos etiam non imperiti, ex quorum scriptis notatisque Chartulis multa habemus ab antiquis vel plane ignorata, vel saltem parum cognita & lustrata. Sed quid hæc ad accuratius illas delineandas ac describendas? Quid ad exactam Europæ descriptionem a Mercatore noſtro editam? Hæc enim nobis propinqua; hæc respectu aliarum partium exigua : hæc ubique nobis patet : hæc denique sæpius nobis lustrata descripta & emendata est. Illæ situ procul a nobis remotæ, spatio immensæ, & alicubi penitus nobis clausæ sunt. Tanta præterea nonnumquam observationum differentia, etiam in ijs quæ sæpius lustrata sunt, ut solo nomine dumtaxat conveniant. Quamobrem licet Gerardus Mercator vir d tiſsimus etiamnum superstes esset, neque sibi, neque alijs simili modo hic satisfacere posset. Nos certe pro virili in hisce partibus describendis, probatiſsimos quosq; ue auctores sequuti, noſtrum laborem Geographiæ candidatis non ingratum fore speramus. Potuisset Mercator hæc felicius, fateor. Quis enim hujus accuratas descriptiones accurate, quã ad amussim, quo judicio quidvis fecit? laudatur non immerito Speculum Orbis a Gerardo de Iudai editum : laudatur viri diligentiſsimi Abrahami Ortelij Theatrum : laudantur & aliorum non contemnenda opera. Sed si cum Mercatoris opere conferas, longe huic post ponenda quivis vel mediocriter doctus judicabit. In illorum enim Tabulis desunt plerumque longitudinis latitudiniſque gradus : imo & ubi habentur, sine mensura certa & ordine additi. Omitto & alia in quibus Auctorum negligentia, vel directori inscitia peccatum. De tabularum descriptionibus non loquor, in quibus V. Cl. D. D. P. Merula & P. Bertius (quorum scripta magno nobis usui fuerunt) excellunt : sed de ipsis Tabulis Æneis, deque Fabrica Mundi a Mercatore edita. Quid multa ? Vino vendibili, ut est in proverbio, suspensa hedera nihil opus est. Addidit noster author singulis, quas ipse in publicum edidit Tabulis, descriptiones Politici Status ordinem continentes, quas in illius laudem & memoriam, prout ipse habuit, integras servavimus. Iis vero gravi ratione ducti descriptiones alias, alia methodo, satis ut nobis quidem videtur artificiosa (judicium penes Lectorem sit) adjunximus. Eæ autem Affini meo Petro Montano Viro (absit verbo invidia) cum docto & pio, tum in labore indefesso, debentur. Hic eas ex plurimorum tum veterum, tum recentiorum probatiſsimorum auctorum scriptis (servatis sæpius auctorum verbis aut modice interpolatis) juxta methodum eruditiſsimorum virorum judicio concinnatam, bona fide collegit. Habes ergo jam (humaniſsime Lector) opus Geographicum magnis sumptibus & laboribus elaboratum : habes totius Mundi imaginem. Habes non solum ea quæ Mercator noſter toto vitæ curriculo in hoc opere præstare potuit : verum etiam quidquid post ipsum Europeorum navigationibus detectum est : Habes denique Indicas locupletiſsimos quibus sine mora singula invenias. Vale Lector, fave & fruere noſtris laboribus. Amstelodami XIII Calendas Aprilis Anno a Christo nato CIↃ IↃC VI.

# GERARDO MERCATORI
## ET
# IVDOCO HONDIO,
## Cosmographis.

*Quis novus Alcides cælum, terrasque, polumque*
*Atlante fesso sustinet?*
*Hondius est. Tabulas nobis quas maximus Atlas*
*Mercator Orbis liquerat*
*Perficiens. Cælo dignus qui vivat uterque*
*Et hic & ille perpetim.*

PETRVS

---

## In Gerardi Mercatoris Flandri
## ATLANTEM,
## Labore Petri Montani, diligentia & sumptu IUDOCI HONDII recenter editum.

Ὅτε νὺ ἀστερόεντα γέρων κυκλώμενος Ἄτλας,
Κόσμα τε μεγάλους κίονας ἠέρα νίσε,
Δεινὰ παθὼν ὤμοισι σιδηρείοισιν ἄειρε,
Εἰς δ' ἑτέων πολλὰς τάσκεν Ὀλυμπιάδας.
Πολλὰ Διὸς κρυερῇσι παλυνόμενος νιφάδεσσι,
Πολλὰ δ' ὑπερθε καμὼν λαίλαπι μαινομένῃ,
Οἷα δ' ἐνὶ νεφέεσσι πατὴρ τροέηκε Βέλεμνα,
Κυδιόων βροντῇ, κυδιόων στεροπῇ.
Αὐτάρ οἱ ἶς πεπέδητο, πόνῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυντο,
Ἴσταπι καὶ πολλῷ γήραϊ τειρομένῳ.
Πληϊάδες δ' ὀλόλυξαν ἑὸν πατέρ' εἰσορόωσαι,
Κρυψάμεναι πυκνῶν ὄμματ' ὑπὸ νεφέων.
Οὐκέτι δ' ἄχθος ἄειρε πελώριον οὐκέτι δ' αἰθὴρ,
Ὡς πάρος, ἀρχαίοις κίοσιν ἐμβέβαε.
Γήραρδος δ' ὑπόδυ πάλιν οὐρανὸν ἀστερόεντα
Ἡμεδαπὸς, τεκέων παῖς ἀπὸ Φλανδριακῶν.
Πρῶτα δ' ἰὼν ζείδωρον ὑπεσπέξατο γαῖαν,
Πάντα δὲ μέτρησεν νάματα καὶ πολαμούς.
Μοῦνος δ' οἱ ἐπῆλθε καὶ Ὀνδιάδαο μενοινὴ,
Οὗτος Χαλκογράφων κῦδος, ὁ δ' ἰδμοσύνης.
Χαίρετε κόσμου τέκνα, νέος πάλιν ἀντὶ γέροντος
Φλανδριακῶν Ἄτλας ἦλθεν ἀπὸ πολέων.

*Pleiadum genitor, cui vasti pondera cæli*
*Et grave commisit Græcia mater*
*Diu steterat, magnosque humeris libraver*
*Qua medium mundi linea findit*
*Tot nivibus, sævo, toties percussus ab imbri,*
*Et toties pennis Core vel Eure tui*
*Tot gravibus telis, quot Iupiter æthere torquet,*
*Seu tonitru ludit, fulmine sive suo*
*Dum senio tandem, dum multis debilis annis*
*Et nimio victus membra labore fu*
*Pleiades mœstum quoties gemuêre parentem,*
*Et sua texerunt nubibus ora suis!*
*Nil erat, ibat onus, pronoque ardebat Olympo*
*Cedere cardinibus atheris aula suis*
*Gerradus subijt cæli flammantia tecta,*
*Ille meus, civis Flandria nostra, tu*
*Ac primum validam suspendit pondere terram,*
*Et adio cunctas cedere jussit aqua*
*Montani pariter, pariterque ars subvenit* HON
*Hic scalpro, calamo Promptior ille*
*Gaude maxima terra: novus tibi Flandricus Atla*
*Quod senior nequijt ferre, subivit o*

Daniel Heinsius Flander Græcarum Literarum

*Frustra suspenso figat sublimia cælo*
*Frustra sidenti lumina prona solo:*
*Atque vices varias studio speculetur inani*
*Quas cælum motu, terra quiete facit:*
*Quem non defigat rerum admiratio: qui non*
*Agnoscat causas ordinis atque decus.*
*Priscos fama fidem fecit non vana parentes*
*Terræ nascentis atque Poli memores*
*Sparsisse in feros post prima piacula natos*
*Dulcia tam pulchræ semina notitiæ,*
*Sed fugitiva: manu duo in vestigia ducant*
*In metas pulvis sectus & in numeros.*
*Queis sine prima sepulta foret doctrina parentum,*
*Artificisque manus, atque labor operũ;*
*Auxilijs quibus & cælo & succedere terræ*
*Magna fidenter instituere animæ.*

*Telluriſque modum radio finere mariſque*
*Atque umbras certis legibus ire va*
*Ipſaque metari vaſtæ intermundia molis*
*Ipſa Iovis Stygij regna Iovisque Pat*
*Commenſum aſtrorum, numerum promittere aren*
*Et ſtabilem centri ſede movere glo*
*Denique tantorum generoſa propago Virorum.*
MONTANUS *auſu &* HONDI
*Antiquum ſæclis noſtris oſtendere mundum*
*Seu libet in plano viſere ſive globo,*
*Præſentemque ſuis oſtendere civibus orbem*
*Sive libet grandem viſere ſive brev*
*Stulte ſpes humiles patrio concludat ægello*
*Cujus ſit terræ machina mancipio.*
*Ordineque in patrium curas extendat Olympum*
*Cui nil quod terræ quærat in orbe ſup*

IACOBUS GRUT

Τγων τοῦ Βροχθωνοῦ τετράστιχον
Εἰς Ἄτλαντα Γηράρδου τοῦ Ὀνδίου.

Εἴρηται τὸν Ἄτλαντ' ὠμοῖς τὸν οὐρανὸν ἄιρειν,
ὡς ἔφερεν πινυταῖς αἰπὺ πέχνασμα φρεσίν:
Οὐχ ἥτλων Γήραρδος, ἰδ' Ὀνδιος ὁ κλυτοτέχνης
Εἰκελος. Ἆρα τρεῖς ἐσὶν Ἄτλαντας ἰδεῖν.

# INDEX
# TABVLARVM
## HVIVS OPERIS SIVE
## DESCRIPTIONVM.
### EARVNDEM.


A
Abrenethea 61
Abyſſinorum Regio 337
Achaia 327
Abruzzo 310
Ægyptus 334
Africa 35.332
Ainzia 61
Algarbia 112
Anguſia 61
Albion 45
Albania 326
Alſatia inferior 247
Alſatia ſuperior 249
America 39 364
America Meridionalis 371
Anconitana Marchia 306
Andaluzia 119
Andegavenſis Ducat. 161
Anglia 43.65.67
Angleſey 67.77
Apulia Peucetia 312
Argow 187
Apulia Daunia 312
Anjou 161
Aquitania 147
Arelatenſe Regnum 147
Arteſia 201
Aragonia 125
Aſia 37.341
Aſia Minor 346
Auſtria Archiduc. 276

B
Bandan Inſ. 359
Barbaria 333
Barſilicata 313
Baſilienſis Provincia 182
Bavaria Ducatus 262
Beauſſe 142
Belgium 189
Bellovacorum 159
Bercheria 75
Berghe Ducat. 235
Berry 141
Berry Ducatus 163
Betfordia 75
Biſcaia 113
Bituricenſis Ducatus 163
Bohemia 270
Boina 61
Borbonius tractus 165
Boruſſia 93
Boſnia 321
Boulonge Comit 160
Brabantia 203
Brandenburg 268
Braſilia 372
Bremenſis Epiſc. 233
Brechinia 71 70
Breknocke 71
Breſcia Comit. 298
Briſgoia 250
Britannicæ inſulæ 45
Britannia 141
Brunſwick 253
Buckingamia 75
Buchania 61
Bulgaria 323
Burgundia Comit. 177
Burgundia Ducat. 175

C
Cadurcium 169
Calabria 313
Camboia 359
Campania 151.157
Campagna di Roma 308
Canariæ inſul. 336
Candia 330
Cantabrigia 75
Cantiera 60
Cantium 75
Cambria 71
Cardigan 70
Carmardin 70
Caricta 67
Carnarvan 303
Carniola 59
Carinthiæ Ducatus 279
Caſtella aurea 371
Caſtella nova 115
Catalonia 126
Catalonia ſpecialius 123
Cathaneſia 62
Ceretica 70.72
Ceilon Inſ. 362
Cerigo 349
Ceſtria 67
Chili Reg. 372
China 354
Chios I. 348
Cilia Comitatus 302
Cleve 203
Clivenſis Ducatus 203.239
Coila 59
Colonienſis Diœceſ. 236
Conatia 49.51
Congi Reg. 338
Corfu Inſ. 330
Cornubia 69
Corcyra 331
Corſica 314
Creta 330
Croatia 320
Cuba Inſul. 369
Cumberlandia 65
Cyprus 348
Cythera 349

D
Dania Reg. 81.85.87
Dalmatia 321
Denbigh 67.72
Derbia 73
Devonia 69
Diœceſis Bremenſis 233
Dorceſtria 69
Dunelmenſis Epiſc. 65
Duringen 257

E
Boracum 73
Embdenſis Com. 231
Epyrus Inſul. 326
Eſſexia Comit. 75
Eubœa 349
Europa 31.33

F
Erraria Duc: 296
Fez Regnum 335
Fifa 61
Fionia 91
Flandria Comit. 199
Flandriæ Pars Oriëtalis 201
Flint 68.72
Florida 368
Francia 151.153
Franconia 259
Fretum Magell. 373
Friſia Occidentalis 229
Friſlandia 41
Friuli 302

G
Alecia 117
Gallia 135 136 & ſeq:
Gallovidia 59
Garneſey 77
Geldria Ducat. 209
Genuenſium Ducat. 295
Germania infer. 189.190 & ſeq:
Germania ſuper 223.224 & ſeqq.
Gilolum 359
Glamorgan 70
Gloceſtria 69
Glottia 59
Glottiana 59
Gorea 51
Græcia 342
Groenlandia 41
Guinea 339
Guinenſis Comit 160
Gulic Duc. 204
Guipiſcoa 113

H
Annonia 65
Hartfordia 348
Haſſia 349
Hebrides inſul. 45
Herefordia 70
Helvetia 179
Hibernia 47.49.51.53.55
Hiſpania 106.107.108.& ſeq.
Hiſpania Nova 365
Hiſpaniola 369
Hollandia Comit. 205
Holſatia 89
Hungaria 282
Huntingdonia 75

I
Amaica 370
Iaponia 360
Iava 359
Iarſey 77
India Orientalis 356
Iſlandia 43
Iſtria 302
Italia 284.285, & ſeq:
Iuliacenſis Ducat. 240
Iutia 85.87
I.Anni boni 340
I.Gilole 359
I.S.Ioannis 370
Inſulæ Indiæ Orientalis 358
I.Margarita 370
I.Principis 339
I.S.Thomæ 339

K
Arſtia 302

L
Agenia 53
Lancaſtria 67
Lauwenburg 252
Latium 308
Leceſtria 74
Legio 114
Lemannus Lac. 185
Lemnos 348
Leodienſis Diœceſi 287
Levinia 60
Limburgenſis Ducat. 237
Lemovicium 143
Lincolnia 73
Lithuania 99
Livonia 95
Lorna 59
Lotharingia 171.173
Lothiana 59
Lombardia 290.292.294
296
Lucania Baſilicata 313
Lunenburg 252
Luſatia 167
Lutzenburg 215

M
Agdeburgenſis Epiſcopatus, 254

# INDEX.


Macedonia 326
Malucca 359
Mannia 68
Mantua Ducat. 297
Marocci R. 835
Maridunenſis ager 71
Marcha Tarviſina 292
Mareia 61
Marck Comitatus 336
Marrea 61
Media 49 51
Mediolanum Duc. 298
Meydburg 254
Mekelenburg 252
Merionith 68 72
Middelſexia 76
Milo I. 330
Miſnia 267
Mitylene I. 349
Moluccæ I. 359
Mona I. 77
Monumethia 69.71
Momonia 51.55
Montenſis Ducatus 235
Montgomery 68.72
Montis Ferrati Marchion. 294
Moravia 61.274
Morea 328
Moſcovia 97
Murcenſis Comit. 239

N

NAmurcenſis Comitatus 214
Natolia 546
Navernia 62
Naxus 331
Neopolitanum Regnum 310.312
Negroponte 349
Nitia 59
Norfolcia 74
Northamptonia 75
Normandia 142
Northumbria 65
Nothingamia 74
Norwegia 79
Nova Zembla 41

O

OLdenburgenſis Comitatus 232
Orbis terræ 30
Orcades inſul. 46.62
Overyſſel Dom. 209
Oxonia 75

P

PAlatinatus Rheni 243
Palatinatus ſuper Scandia 264
Parmenſis Ducat. 296
Patavij ditio 301
Pedemontium 294
Peloponneſus 328
Penbrock 70.72
Pennon de Velez. 336
Perſicum Reg. 350
Peruvia 371
Philippinæ Inſ. 359
Picardia 151.155
Pictavienſis Comit. 167
Poictou 141.167
Polonia Reg. 280
Polus Arcticus 41
Popaiana 371
Pomerania 269
Portugallia 111
Provincia 149
Pruſſia 93
Puglia Piana 312

R

RAdnor 70.71
Rhodus 349
Renſioana 59
Romandiola 296
Romania 313
Roſſia 62
Rugia 270
Ruſſia 100
Rutlandia 74

S

SAlopia 79
Saltzburgenſis Archi. 41
Samogitia 232
Santorini 30
Santonia 46.62
Sardinia 209
Saxonia inferior 75
Saxonia ſuperior
Scandia 243
Scarpanto 264
Sclavonia 296
Scotia 301
Servia 294
Siebenburgen 328
Sicilia 70.72
Sileſia 336
Sleſwicenſis Ducat. 350
Somerſetus 371
Sophorum Imper. 359
Southamptonia 151.155
Soutſexia 167
Spoletanus Ducat. 141.167
Staffordia 280
Stalimene I. 41
Sterlinenſis ager 371
Styria, Stirmarck 269
Suffolcia 111
Sumatra 149
Sungovia 93
Surria 312
Sutherlandia
Suecia 70.71

T

TArtaria 349
Taurica Cherſone 59
Taichia 296
Terra Auſtralis 313
Terra di Barri 62
Terra di Lavaro 270
Terra di Otranto 100
Terra Sancta 74
Teviotia 59
Thracia 68
Thuſcia 328
Tirolenſis Comit. 278
Tranſſiſalania 100
Tranſſilvania 331
Trevirenſis Pro. 145
Turingia 315
Tunetanum Reg. 251
Turciucm Imper. 266

V

VAlentia 331
Valeſia 320
Vecta 57.59.61.62
Verona Princ. 323
Vincentiæ ditio 101
Vigornia 316
Virginia 281
Vlaenderen 89
Volhinia 69
Vltonia 350

W

WAlachia 76
Waldec Co. 307
Wallia 73
Warwicum 348
Weſtmerlandia 59
Weſtphalia 318 233.235.257
Wight I. 75
Wigornia 359
Wiſliſpurgergow 250
Wiltonia 76
Windoum Marchia 62
Wirtemberg 80

Z

ZAcynthus 352
Zelandia Com 103
Zeilan inſ. 60
Zelandia 373
Zurichgow 312
Zutphania Comit. 310

330
207
362
85
181
210


FINIS.

# IN ATLANTEM
## GERARDI MERCATORIS.

A IVDOCO HONDIO

ſuppletum & divulgatum.

## EPIGRAMMA.

REgia pyramidum ſileat miracula Memphis
Romaque nec moleis tollat in aſtra ſuas.
Majus opus dias in luminis exijt oras
Debita quæ Flandris palma duobus erat.
Sed medio in curſu ſudanti ac magna minanti
Mors MERCATORI dempſit iniqua comam:
Sic clarum meditatus opus vita excidit auctor.
Non potuit totus ſed tamen ille mori:
HONDIVS acceſſit nutantis deſtina mundi.
HONDIVS ATLANTIS fama ſecunda fuit.
Si canis ignavus quondam, ſi pervigil anſer
Creditus: hinc maculam deleat ille ſuam.
Anſeribus demus Capitolia tuta fuiſſe;
SERVATO fuerit ſed canis ORBE prior

P. SCRIVERIVS.

---

# IN
## TABVLAS GEOGRAPHICAS
GERHARDI MERCATORIS

AVTHORE ET AVSPICE.

## CL. V. IVDOCO HONDIO
AVCTIVS ET ILLV-

ſtrius evulgatas,

*CVrrit ad Eoos mercator & extera regna*
*Ditibus ut gazis & multo fulgeat auro;*
*At noſter Mercator ad ultima climata Mundi*
*Mente abiens cæloq; ſolum dimenſus & undas,*
*Majus opus gazis atq; omni rettullit auro.*
*Acceſſit ſollers hinc Hondi cura laborq;,*
*Qui terram & totum rimatus mente profundum*
*Extremam adjeciſſe manum cultumq; decuſq;*
*Tanto operi inſtituit magno molimine rerum.*
*Vnde etiam artifici dedolans ære tabellas*
*Inſignem meruit prælatæ laudis honorem.*
*Vt dubium ſit, utri plus debeat Orbis & urbes:*
*Nam* MERCATORIS *velut eminet* HONDIVS *aurâ,*
*Sic quoq;* MERCATOR *nunc* HONDI *munere floret.*
*Quas dignas vivo grates jam reddimus urnæ.*

IOH. ISACIVS PONTANVS.

GERARDUS MERCATOR NATUS RUPELMUNDÆ II NON. MARTII ANNO CIↃIↃXII: VIXIT ANN. LXXXII. M. VIII. D. XXVI: DENATUS V NON. DECEMBRIS ANNO CIↃIↃXCIV.

IUDOCUS HONDIUS NATUS IN PAGO FLANDRIÆ DICTO WACKENE XVI KALEND. NOVEMBRIS ANNO CIↃIↃLXIII: VIXIT ANN. XLVII. M. VII. D. XXIX: DENATUS XIV KAL. MARTII ANNO CIↃIↃCXII.

# ATLAS
## GERARDI MERCATORIS
## ET
## IVSTI HONDII COSMOGRA-
## PHORVM MORTEM DOLENS.

*ECquis erit tandem finis tam multa quærendi?*
*Heu quoties ad me cura molesta redis?*
*Ergóne me totum tristes sævique dolores*
*Conficitis? miserum an spicula cuncta petunt?*
*En pridem Alcidæ veteris pertristia fata*
*Luxi, illum raperet cum fera Parca virum:*
*GERARDVM raperet Magnum cum Parca maligna,*
*Infesta heu magnis Parca maligna nimis!*
*GERARDVM Terræ Cœlique quod omnia celat*
*Scriptorem insignem, qui mihi grande decus.*
*Nisus qui æternis æri committere punctis*
*Spectandum quicquid latior Orbis habet:*
*Principio parvis Tabulis membra omnia penè*
*Prodidit, EVROPÆ quæ ferat esse sua.*
*Præterea quicquid tota hac in parte notandum,*
*Et memori dignum posteritate foret.*
*Quando operam his navat Senior, jam totus in illis,*
*Parca vetat summam ponere sæva manum.*
*Instructam graphicâ spoliavit arundine dextram,*
*Inque suo cursu nobile rupit opus.*
*Artificis tanti luxi vivo impete raptum,*
*Paucula singultu verba frequente trahens.*
*Interea, attritum his curis spes una fovebat,*
*Quod navus Alcides HONDIVS iste meus,*
*Me senio fesso, Cœlum, Terrasque Polumque*
*Fulciret, Tabulas perficeretque meas.*
*Continuò radium sumpsit, scalprum, calamumque,*
*EVROPÆ extremam hic imposuitque manum.*
*Hinc alias Mundi partes describere pergit:*
*AFRICA cum membris conspiciturque suis.*
*Inde ASIAM aggressus magnam, Regna omnia prodit*
*Illius, & partes exhibet ipse oculis.*
*Addita & his quarta est Mundi nova portio, pridem*
*MAGELLANE tuis cognita navigijs.*
*Successisse novum veteri lætabar Alumno*
*Alciden, sed & hunc mors rapit ante diem.*
*Sic ego qui pridem GERARDI tristia fata*
*Flebam, iterum ad lachrymas cogor abire novas.*
*Siccine te nostri rarissima gloria secli*
*IVSTE HONDI nobis eripit atra dies?*
*Quid facitis Divæ, crudelia numina, Parcæ?*
*Communem hunc cunctis cogitis ire viam?*
*Ætate huic viridi rupistis stamina vitæ*
*Qui curæ, Musis, Mercurioque fuit?*
*O manus, o digiti per quos sibi diva Minerva*
*Dædala visa fuit, Mercuriusque sagax!*
*Sed quid? stat sua cuique dies mortalibus ævi,*
*Quam statuit Dominus cuncta creata regens.*
*Et Christo felix IVSTVS cæoque receptus*
*Hanc audit vocem, serve fidelis ades.*
*Ergo tuum tandem mœrorem & pone querelas:*
*IVSTVS Iustorum hic additus est numero.*
*Ingenijque sui doctis monimenta reliquit,*
*Quæ nunquam tenebris obruet ulla dies.*

PETEVS MONTANVS.

## IN OBITVM CLmi. V.
## IVDOCI HONDII
Cosmographi.

*ATlantem Terris dedit HONDIVS, orbus at Orbis*
*Præsidio Atlantis iam ruiturus erat.*
*Iupiter occurrit, fatoq; ad sidera raptum*
*HONDIVM Atlanteas iussit obire vices.*

MAXÆMYLIANVS VRIENTIVS.
Opt. V. populari suo, pro adfectu P.

# VITA
## CLEBERRIMI CLA
## RISSIMIQVE VIRI
## GERARDI MERCATORIS.

RVPELMVNDANI,

*à Domino Gualtero Ghymnio, Patritio Teutoburgenſi, ac ejuſdem opidi antiquiſſimi Prætore digniſſimo, conſcripta,*

GERARDVS Mercator illuſtriſſimi Principis Iuliæ, Cliviæ, Montis &c. Coſmographus longe exercitatiſſimus, æditus eſt in lucem anno milleſimo quingenteſimo duodecimo, quinta Martij, ſub auroram, hora ſexta, a parentibus Iuliacenſibus videlicet Huberto Mercatore, & Emerentiana ejuſdem uxore, Rupelmundæ in finibus Comitatus Flandrię apud illius patruum Gisbertum Mercatorem ejuſdem opidi paſtorem vigilantiſſimum commorantibus. Cumque pueritiam egreſſus eſſet primaque rudimenta Latinæ linguæ in patria utcunque didiciſſet, miſſus fuit à prędicto ſuo patruo Buſcoducum, ut ibidem in domo fratrum Grammaticæ ſtudium abſolveret, & initia Dialecticæ addiſceret, dedit-que hiſce litteris operam ſub Georgio Macropedio, ſumptibus & impenſis ſuperioris paſtoris, annis (ni fallor) tribus cum dimidio. Hinc ablegatus eſt ab eodem ad celeberri-mam academiam Lovanienſem, ibique in collegio Porci in convictu conſtitutus, artibus humanioribus tantiſper operam accommodavit, donec Magiſterij gradum adeptus eſſet: poſt promotionem annos aliquot, cum ſingulari quadam animi delectatione, in ſtudijs Philoſophicis ſeſe exercuit privatim. Cęterum cum hoc ſtudij genus, ad alendam familiam, impar illi in poſterum videretur, ſumtuſque graviores in proſequendo exigeret, priuſquam hujuſmodi faſtigium conſequi poſſet, ut inde amplum lucellum ſibi, ſuiſque polliceri potuiſſet: deſerto igitur ſtudio philoſophico animum ad Matheſin adjecit. Hiſce diſplinis tam diligentem laborem impendit, ut intra pauciſsimos annos illius, rudimenta, apud quoſdam ſtudioſos privatim profiteretur, inſtrumentaque mathematica, videlicet, Sphæras, Aſtrolabia, Annulos Aſtronomicos, & ejuſdem generis alia, ex ære paullatim fabricaret & conficeret. Anno ætatis ſuæ vigeſimo quarto, à nativitate vero noſtri Redemptoris Chriſti, ſupra milleſimum quingenteſimum, trigeſimo ſexto initio Septembris, Vxorem ibidem duxit. Civem Lovanienſem, nomine Barbaram Schelleken, quę illi ſuccedentibus annis ſex proles, videlicet tres filios, totidemque filias peperit. Mercatore autē animadvertente quod tam fœlicem progreſſum in artibus Mathematicis faceret, ut ingenij ſui vires magis excoleret, cœpit ad ſculpendas tabulas animum applicare, utque ea in re exercitatior fieret, initium hujus laboris ſumpſit, & exorſus eſt Lovanij à deſcripti one Terræ Sanctę, quam deinde multorum cum admiratione anno Domini trigeſimo ſeptimo abſolvit, & in publicum prodire curavit. Has ſuas (tabularum geographicarum) primitias Ornatiſſimo viro Franciſco Craniveldio, Invictiſſimi Imp. Caroli Quinti Cōſiliario, inſcripſit. Præceptorē in ſuperioribus diſciplinis neminem (ut mihi ſępius retulit) habuit, ſolummodo privata inſtructione celeberrimi quondam Doctoris Gemmæ Friſij (qui tum temporis, inter eximios Mathematicarum diſplinarum cultores, in univerſa Inferiori Germania facile habebatur) uſus magna animi alacritate (Mercatoribus quibuſdam urgentibus) Flandriæ deſcriptionem meditatus & aggreſſus eſt, brevique temporis intervallo ibidem expedivit. Abſoluta Flandria libellum de literarum Latinarum (quas Italicas curſoriaſque vocant) ſcribendarum ratione, anno CIↃIↃCCCI Antwerpię evulgavit. Cumque tirocinium ſuarum artium paſſim à doctis viris commendari intelligeret, mox alterū opus, videlicet Globi Terreſtris ſculpturam, ſuſcepit atque inchoavit, uniuſque aut alterius anni curriculo, videlicet anno quadrageſimo primo prædicto, hanc operam fœlicibus avibus abſolvit, & ampliſſimo graviſſimoque viro Domino Nicolao Perenotto Domino à Granvella prædicti Cæſ. Carolo Quinti ſecreti Conſilij Conſiliario longe digniſſimo dedicavit. Interea temporis ex hujus clariſſimi viri commendatione pervenit in notitiam prænuncupati Imperatoris, fæliciſſimæ recordationis Caroli Quinti, illiuſque Majeſtati, quam plurima inſtrumenta Mathematica artificioſiſſime fabricavit paravitque, quæ in bello Saxonico, non procul ab Engelſtadio in Ducatu Bavariæ, in horreo quodam (ut illi Imperator poſt reditum ex Germania Bruxellis retulerat) igne ab hoſtibus clam ſuccenſo, liquefacta & conſumpta fuerant; quapropter juſſit ſibi per Mercatorem confici nova. Interjecto decennij intervallo, alterum Globum, quo Cœli, Planetarum, ac cœleſtium Signorum conſtitutionem complexus eſt, in publicum emiſit, & Reverendiſsimo ac Illuſtriſſimo Domino Georgio ab Auſtria, Epiſcopo Leodienſi &c, anno quinquageſimo primo Lovanij inſcripſit. Eodem quoque tempore conſcripſit libellum de uſu Globi ad Carolum Quintum Imp. item de uſu Annuli Aſtronomici tractatulum. Anno ſequenti, videlicet quinquageſimo ſecundo Lovanio ex Ducatu Brabantiæ, huc Duysburgum in Clivia, cum ſuperiore chariſſima uxore, & ſuaviſſimis liberis commigravit, habitatumque venit. Cumque ſedem hic apud nos in noſtra vicinia fixiſſet, paullo poſt juſſu ejuſdem Imperatoris, duos exiguos globulos, unum ex puriſſimo Cryſtallo conflari: alterum ex ligno confici curavit: in illo Platenarū ſydera, cum pręcipuis Signis cœleſtibus, adamante inciſa, auroque illuminata, & inducta erant: hic Orbis terrarum deſcriptionem (quantum orbiculi anguſtia ferebat, quæ globi magnitudinem, quo pueri in circulo ludunt non excedebat) exactiſſimam continebat, quos ipſe met cum alijs quibuſdam Mathematicis inſtrumentis, Imperatori prænominato Bruxellis obtulit. Priuſquam autem Lovanio diſcederet, auſpicatus erat Europę deſcriptionem, Tabulaſque tres vel quatuor ibidem perfecerat, cæteras (allatis ſecum æneis tabulis) cum hic habitatum veniret, biennij ſpatio ſcilicet quinquageſimo quarto anno, menſe Octobri abſolvit & evulgavit, atque Atrebatenſium Præſuli reverendiſſimo Domino, Domino Antonio Pereotto Imp. Majeſtatis Conſilario primario, Nicolai (cujus ſuperius mētionem honorificā fecimus) filio, op⁹ dedicavit



hujus

hujus heroici animi magnificentiam,& insignem liberalitatem in honorario,quod illiusamplitudo,pro inscriptione prædictarum tabularum illi contulit,re ipsa expertus est.Eandem hanc Europam hic Duysburgi emendavit anno 1472, Mense Martio. Quod opus tantis laudibus à doctissimis quibusque viris passim effertur, ut vix simile in Geographia, in lucem unquam prodijse videatur. Rebus suis hoc modo constitutis, oblata est illi ex Anglia à singul ari quodam amico, Britannicarum Insularum descriptio magna diligentia summaque fide congesta, rogans ut tabulis æneis incideretur,quod amico suo denegare non potuit,& tam absoluto doctorumq;hominũ conspectu digno operi, manum subducere iniquum putavit.Hanc igitur provinciam suscipiens,anno sexagesimo quarto prælo commisit.Eisdem fere temporibus Ducatum Lotharingiæ,Duce illius veniam à nostro Principe illi impetrante, opidatim ac per singulos pagos accuratissime per stationes dimensum, post reditum calamo exacté descripsit,suæque Celsitudini Nancei obtulit,quæ profectio cum tanto vitæ discrimine conjucta fuit, adeoque vires illius debilitavit,ut parum abfuerit, quin ex terrore gravissimum morbum sibi conciliasset & in animi perturbationem incidisset. Quadriennio interposito,videlicet sexagesimo octavo suam Chronologiam ( cujus infra latiorem mentionẽ faciemus) in publicum prodire (typographo cum amicis urgentibus) passus est. Brevissimo temporis curriculo intercedente,novum opus, scilicet universi Orbis exactissimam descriptionem, in ampliſsima forma intuentium doctorum hominum,ac peregrinantium,& navigantium oculis,conspectuique exhibuit,atque proposuit,(inventione nova & convenientissima sphæram in plano extendendo, quæ sic quadraturæ Circuli respondet, ut nihil deesse videatur,præterquã quod demonstratione careat, ut ex illius ore aliquoties audivi ) nulliusque alterius in tam vasto opere,usus est subsidio vel ope,sed propria manu, quicquid tabula conspicitur sculpsit,lymbo solummodo excepto : Deoque illius labores, ac conatus fortunante, anno sexagesimo nono,mense Augusto, augustissimo operi, finem hic Duysburgi imposuit,ac Illustrissimo Principi Guilielmo duci Cliviæ &c.Clementissimo Domino suo inscribere æquissimum esse putavit judicavitque.Absolutis prædictis tabulis,animum ad instaurandas & à mendis repurgandas Claudij Ptolemæi (qui sub Antonino Pio Imperatore floruit) olim æditas tabulas,adjecit,veteremque Geographiam ad mentem auctoris tanta diligentia restituit, ac emendavit, ut hoc nomine eximiam commendationem optimo jure,à liberalium artium,ac Mathematicarum disciplinarũ cultoribus promeruerit:Huic labori operique colophonem addidit atque imposuit,anno septuagesimo octavo,mense Februario,dedicavitque Illustrissimo ac Clementissimo Principi nostro pijssimæ memoriæ, bonorum studiorum Mecænati præstantissimo. Ad hæc tametsi longe ante Abrahamum Ortelium,ideas quasdam mente concepisset,de edendis alijs tabulis generalibus ac particularibus totiusque mundi situm,in minorẽ formam redigere animum induxisset,& quodammodo exemplaria aliquot in bono numero,calamo depinxisset,ac pro debita,proportione,locorum distantias dimensus esset,ita ut nihil amplius restaret,quam ut æneis tabulis inciderentur:quandoquidem tamen prędictus Ortelius singulari amicitia ac familiatate illi junctus esset, distulit igitur de industria,eatenus & tantisper inchoatum laborem, donec exemplaria sui Orbis Theatri in copiosissimo numero, cum magno facultatum ac fortunarũ suarum incremento,vendidisset,priusquam suas prædictas minores tabulas in lucem emitteret.Ne autem diutius multorum doctorum virorum expectationẽ vana spe fraudaret,res suas ita composuit,ac instituit,ut anno octuagesimo quinto universæ Galliæ & Germaniæ tabulas,mẽse Augusto hic Duysburgi imprimi curaverit,& Generosissimo ac Serenissimo Principi Iohanni Wilhelmo, præsenti Duci nostro clementissimo incripserit, & dedicaverit. Hisce peractis Italiæ generalẽ ac particulares tabulas æri insculpere aggressus est,prosperoq;successu,anno nonagesimo, mense Aprili easdẽ absolvit,& Potentissimo ac Serenissimo Ferdinando Medici Duci Etruriæ dedicavit. Paullo post, ex ordine Septemtrionalium provinciarum descriptionem exorsus erat,& non contemnendum progressum in ijsdem fecerat;cæterum fata illi hujus operis absolutionem ac evulgationis commodum inviderunt:illius hæredes vero(ut Lector in sequenti opusculo vides)intuentium oculis easdem exhibent. Chronologiam quoque prædictam plurimum auxit antiquitatibus & demonstrationibus:item libellum de arteGeographica conscripsit,quæ illius hæredes propediem se in lucem emissurosperant.Quod si illi Deus vitam longiorem atque valetudinem concessisset,decreverat partes Occidentales,videlicet Hispaniam cum Portugalia in minores tabularum formas quoque redigere, præloq;committere: Aliaque quam plurima se in Geographia præstiturum esse,animo quidem conceperat,cæterum eventus,ut dixi,votis defuit,successumque fœliciorem denegavit.Quæ hactenus dicta sunt in illius insignis, atque eximij virĩ laudem,ac commendationẽ,hæc in Geographicis ac Mathematicis disciplinis præstitit.Perveniamus nunc ad illius utilem operam,quam Theologiæ studiosis navavit.Priusquam præsentis(in inferiori Germania)belli turbulenta tempora,exorta essent,conscripserat Harmoniam Evangelicam quam ita comparavit,ut quilibet lector contextum uniucujusque Evangelistæ legere commode queat,pro illa serie atque ordine quo quisque Evangelium conscripsit: sin vero aliquem delectaret ex quatuor Evangelistis continuam historiam Evangelicam cognoscere,illi liberũ esset una eademque lectione votis suis satisfacere, cujus editionem à Theologis magni nominis avidé desiderari atq;cõmendari meis audivi auribus,paulloque ante nundinas autumnales anni CIↃIↃXCII prędictum opus in lucem prodire curavit, ampliſsimo ac gravissimo viro Domino Henrico a Weze Cliviæ Cancellario digniſsimo. Conscripsit præterea Commentaria in epistolam ad Romanos,in quibus luculenter admodum ac solide controversias quasdã nostri sæculi,de Præscientia ac Prædestinatione Dei,de Libero item arbitrio,magna ingenij dexteritate diluere,& pro virili componere conatur. Item in Ezechielis aliquot capita,in Apocalypsim & alia plura: quod si contingat (quod paullatim futurum spero) ut in publicum prodeant,non est dubium quin illius boni viri,impensa opera,piusque conatus,quam plurimis doctis viris optimè probabitur.

Quam bene quoque,Mercator de Historiarum candidatis ac studiosis meritus sit,illius Chronologia quam anno sexagesimo typis commisit abundè satis testatum facit,quam clarissimo longeque celeberrimo viro Domino Henrico Oliverio,Cliviæ Cancellario honorifico inscripsit.Quod opus passim per Italiam atque Germaniam doctissimis quibusq;viris,adeo usq;placuit,tantæque admirationi fuit,ut Onuphrius Panuinus Veronensis Italus,antiquitatum indagator & excultor præclarissimus,& eximius(ut de aliorum undequaq;doctissimorum virorũ,magnificis de superiori scripto testimonijs taceã)Mercatorẽ nostrũ omnibus alijs exercitatissimis Mathematicis,& antiquitatum cultoribus multis nominibus præferre non sit veritus. Cujus testimoniũ,ut lectori magis compertũ sit,non abs re facturum me putavi,si prædicti auctoris ipsissima verba,quæ ex epistola quadã(quã Onuphrius ad amicũ suũ Iohannem Metellũ,virũ summæ eruditionis,maximiq,judicij conscripsit)extraximus,hic referamus,quæ sic habẽt.

Sed hoc ego palam de Mercatore libereque profiteor,ex omnibus quos hactenus in hoc studiorum genere mihi videre licuit,universos autem qui extant legi,neminem existere cui ego jure sane Mercatorem tuum,sives spectes & ordinem,sive judicium & industriam intuearis,sive motuum cœlestium(quantum ad hoc attinet)animadversionem consideres,longè non præferam.Quapropter à te per amicitiæ nostræ sacra peto,ut eum tu mihi proter communia temporum saltem studia familiarem, dum eum convenies vel ad eum scribes,ultro reddas.

Quis

Quis adhæc immenſum illius laborem, quem à multis annis (oblata inter legendum rerum oportunitate) in extrahendis, annotandis, atque in ordinem redigendis genealogijs, Illuſtriſſimorum heroum ac celeberrimarum familiarum (quæ a condito mundo paſſim floruerunt, atque pro præſenti rerum ſtatu per Europam vigent) conſumpſit ac impendit, ſatis dignis laudibus, atque nominibus celebrare ac commendare poterit? Quas proculdubio oblata opportunitate prælo commiſſurus fuiſſet, quod ſi diuturnior ætas divinitus illi conceſſa eſſet. Quodque poſtremo decreverit ac propoſuerit, & quodammodo delineaverit plura opuſcula poſteritati (monumenti loco) poſt obitum relinquere, illius epiſtola dedicatoria, quam tabulis Galliæ & Germaniç præfixit aperté indicat, cujus hic eſt tenor: exigebat operis diſtributio & ordo, ut primum de mundi fabrica & diſtributione partium in univerſum: deinde cœleſtium corporum ordine & motu: tertio de eorumdem natura, radiatione & operantium cõfluxu, ad veriorem Aſtrologiam inquirendam: Quarto de Elementis: Quinto de regnorum, & totius terræ deſcriptione: Sexto de Principum à condito mundo genealogijs, ad emigrationes gentium, & primas terrarum habitationes, rerumque inventarum tempora, & antiquitates indagandas tractarem. Hic enim rerum naturalis eſt ordo, qui cauſas & origines earundem facile commonſtrat, & ad veram ſapiẽtiam ſcientiamque optimus dux eſt &c. Hactenus ille. Huic operi titulum impoſuit: Atlas ſive coſmographicæ ſpeculationis libri quinque. In primo deſcripſit opificium ac fabricam mundi, quem etiam durante paralyſi ſiniſtri brachij, pro fallendo tempore abſolvit: eumdemque partum prę cęteris tota vita (ipſo teſte) parturivit. In ſecundo Aſtronomica proſequi inceperat, ſed non finivit: in tertio Aſtrologica explicaturus erat. In quarto de creatione Elementorum, de motu Solis & Lunæ, item de ſitu & ordine Planetarum, tractatum meditabatur. Quintum Geographiæ totius terrarum orbis deſtinaverat, ſi illi vitæ ſpatium conceſſum fuiſſet. Sed in hoc poſtremo opere longe alio ordine, quam unquam hactenus ab aliquo attentarum aut factitatum eſt, Orbem in tres æquales continentes dividere decreverat, quarum unam Aſiam, Aphricam & Europam conſtituiſſet: alteram Indiam Occidentalem, cum omnibus regnis & provincijs illi contiguis: tertiam vero etſi adhuc latentem, & incognitam eſſe non ignoraverit, ſolidis tamen rationibus atque argumentis demonſtrare ac evincere ſe poſſe affirmabat, illam in ſua proportione geometrica magnitudine & pondere ac gravitate, ex duabus reliquis nulli cedere aut inferiorem vel minorem eſſe poſſe, alioquin Mundi conſtitutionem in ſuo Centro non poſſe conſiſtere, hæc Auſtralis continens à ſcriptoribus appellatur. Hactenus de illius in lucem emiſſis atque emittendis elucubrationibus diſſeruimus, explicavimuſque: reſtat nunc, ut pauca quædam, de illius placidis moribus honeſtiſſimoque vitæ genere, in eximij viri laudem ac commendationem dicamus. Fuit homo ſedatiſſimi ingenij, ſingulari animi candore, ac ſinceritate præditus, pacis ac tranquillitatis publicæ & privatæ amantiſſimus, adeo uſque ut à quadraginta duobus annis, quibus hic Duysburgi cum ſua familia habitavit, cum nemine ex civibus verbum commutaverit, aut cuiquam controverſiam moverit, vel ab alijs in jus vocatus fuerit. Magiſtratui detulit honorem & obſervantiam quã debuit: cum vicinis ubicumque habitaret, ſemper illi optime convenit, nemini adverſus fuit, aliorum ſtudijs (quatenus decuit) obſecutus eſt, nullique ſeſe prætulit. Vxorem habuit caſtiſſimis moribus ornatam, morigeram, curæ domeſticæ bene inſtructam, ſuæque vitæ generi convenientem, quæ anno Lxxxvi Auguſti xxiv ex hac vita migravit: proles obſequentiſſimas, bonaque indole prędotas: filios ſuos à teneris annis Ioanni Othoni, deinde genero ſuo Molano in liberalibus artibus inſtituendos commiſit. Natuque majorem nomine Arnoldum (qui anno trigeſimo ſeptimo ultima Auguſti hujus vitæ pelagus Lovanij ingreſſus erat) ſimulatque humanioribus literis utcumque imbutus eſſet, ſtatim in Mathematicis diſciplinis illum inſtituit atque exercuit. In eiſdemque intra paucos annos adeo uſque profecit, ut in fabricandis exactè ornateque inſtrumentis Mathematicis, quæ ſummis Germaniæ aliquibus magnatibus apparavit, vix parem habuerit: In Geographia & Chorographia autem, ſi quis alius, exercitatiſſimus fuit: Archiepiſcopatus enim Trevirenſis & Cattimœlibocenſis Comitatus dimenſione, diverſo tempore (petentibus id Reverendiſſimis & Illuſtriſſimis Principibus Electore & Guilielmo Landtgravio, illiuſque operam inſigni honorario remunerantibus) aggreſſus brevi abſolvit, accuratiſſimeque non ſine laude calamo exaravit ac deſcripſit: Vrbis quoque Colonienſis ſitum chorographicum per pedes dimenſum tabuliſque æneis pulcherrimè inciſum, adjunctis quę in illis etiamnum à Romanorum temporibus antiquitates conſpiciuntur in lucem edidit: Poſtremo Haſſiæ regionem ampliſſimam ex voluntate prædicti Landtgravij anno octuageſimo ſexto dimetiri cum exorſus eſſet morte præventus eam uti inſtituerat abſolvere nequivit, quapropter filius ejus natu maximus Iohannes poſtea provinciam hanc ſuſcipiens, tandem exactiſſimè deſcribendo abſolvit, qui & cum fratre ſuo Gerardo pleraſque Ptolemæi, hujuſque novi Geographici operis tabulas Avi ſui æri inſculpſerunt. Prædictus Arnoldus in uxorem duxerat Duſſeldorpij doctiſſimi viri Iohannis Monhemij Rectoris ibidem ſcholæ publicæ longè digniſſimi filiam Elizabetham, quæ illi fæcunda decem partubus tredecim proles videlicet, novem filios cum quatuor filiabus peperit, filiorum duo Gerardus jam dictus cum fratre ſuo Michaele in Geographiæ ſtudio præclara ingeniorum ſuorum ſpecimina ædiderunt, dum trium vaſtiſſimarum orbis terræ partium videlicet Africæ, Aſiæ & Americæ deſcriptionem, in tam anguſtam formam redegerunt, ut uniuſcujuſque earum ſitum, ac pro Geometrica proportione magnitudinem, in ſpatio unius folij chartæ complexi ſint, hominumque conſpectui propoſuerint. Deus Optimus Maximus illorum labores, laudabileſque conatus proſperet, beneque fortunet. Vir fuit pro ætate acutiſſimi ingenij, bonique in Mathematicis artibus judicij, quæ mirum in modum auxit quotidiana rerum experientia. Quod ſi ſuperis annuentibus ad maturam ætatem perveniſſet, evaſurus erat in inſignem architectum publicarum ſtructurarum. Præterquam enim quod quicquid librorum in hiſce artibus alibi extaret ſibi comparaverat diligenterque evoluerat; habuit quoque accuratam admodum (in civitatibus & munitiſſimis quibuſque principum arcibus delineandis, quas illi inſpicere licuit, quibus & Theatrum urbium, ſuppreſſo tamen nomine non parum auxit) publicorum operum, videlicet propugnaculorum, foſſarum, mœnium, vallorumque rationem, ita ut facile in hac arte ſuam operam cum laude viris principibus, vel rerum publicarum gubernatoribus offerre atque elocare illi licuiſſet; cæterum (proh dolor) in flore ætatis immatura morte pleuritide ex hac vita, anno octuageſimo ſeptimo ſexta Iulij, ſublatus eſt: Prædicta illius uxor quadriennio interpoſito, videlicet anno nonageſimo primo decima ſeptima Auguſti maritum ſequuta, naturæ debitum exoluit. Secundus ex filijs Bartholomæus dictus Heidelbergæ in Palatinatu in collegio ſapientiæ, ſtudijs Philoſophicis, linguarum Græcæ & Hebraicæ cognitioni operam ibidem dedit. Hic anno Lxiii conſcripſit libellum de Sphæra Domino Henrico Barſio dedicatum, cumq; adoleſcens optimæ ſpei viginti octo annorũ eſſet morbo correptus obijt anno ſexageſimo octavo. Natu minimus Rumoldus nuncupatus hæredibus Birckmanni aliquot annis cohabitavit, primo Londini, deinde Antwerpiæ & in diſtrahendis libris ſeſe exercuit; Interea temporis Geographiæ quoque ſtudium coluit, ita ut domum reverſus, Patri ſuo quem jam multis & gravibus ſtudijs occupatum oſtendi, in delineandis tabulis Geographiæ adjumento fuerit. Patris ſui Vniverſalis Orbis terræ Europæ deſcriptiones in compendium redegit, ac totius Germaniæ delineationem

in magna forma,patriæ ſtudioſis ædidit,& illuſtriſſimo Guilielmo Haſſiæ Landgravio &c.dedicavit Sperandum eſt ex hac pharetra plures hujuſmodi ſagittas evolaturas. Filias ſuas intra privatos parietes in omni pietate ac timore domini educavit ac inſtituit, natuque maximam nomine Emerentianam Iohanni Molano, cujus ſuperius memini, cum hic Rectorem ageret, elocavit. In ordine filiarum proximam nomine Dorotheam, primo mercatori Antwerpienſi Alardo Six,cui duas filiolas protulit,poſt illius obitum civi VVeſalienſi Tilmanno de Neuſville in uxorem dedit : Poſtremam Catharinam Theodoro Verhaer Ludimagiſtro matrimonio jungi procuravit. Ab illo tempore quo noſter Gerardus Mercator hic habitatum venit,pro mutua familiaritate atque vicinitate frequenter illum conveni,numquam vero otio,vel tantillum temporis indulgentem reperi,ſed vel hiſtoriographum aliquem,aut alium gravem auctorem (quorum inſtructiſſimam bibliothecam domi habebat) evoluentem aut ſcribentem, vel ſculpentem, aut arduis meditationibus indulgentem, occupatum & intentum offendi. Cibi potuſque, tametſi ſemper eſſet parciſſimus, culinam tamen habuit luculentam, rebuſque neceſſarijs ad honeſte vivendum bene inſtructam, valetudinis ſuæ conſervandæ gratia, curam geſſit acccuratiſſimam : ſin vero in morbum aliquem inciderat, ſtatim Doctoris Solinandri, illius integerrimi amici opera uſus eſt. In pauperes tenuioriſque fortunæ homines,beneficus ſemper fuit,hoſpitalitatiſque cultor ac conſervator extitit,quo ad viveret. Quotieſcunq;a Senatu ad publica ſolemnia convivia,vel ab amicis ad privata evocaretur,aut ipſe alios invitaret, hilarem & facetum ſeſe exhibuit,præbuitque, & aliorum moribus ſe accommodavit, quantum corpuſculi conſtitutio ac pietatis ratio ferebat. In familiari converſatione,& colloquio facilem & jucundum ſe præſtitit, & ſi quandoque in viros doctos incideret, nihil illi accidere potuit gratius, quam amice ac familiariter, de omnibus philoſophicis, phyſicis vel mathematicis ſtudijs: de conſervanda bona valetudine,tuendaque ſanitate: componendis in religione controverſijs: de clariſſimorum virorum rebus geſtis,regionum ſitu ac cœli conſtitutione,item de peregrinarum gentium moribus, legibus & ſtatutis conferre. Cum Domino Iohanne Ewichio,Ambroſio Mauro,Iohanne Othone alijſq;doctis viris hic commmorantibus amicitiam conſervavit arctiſſimam. Iohannem Molanum doctiſſimum virum, & inſignem poëtam,adeouſque in amore eximium habuit, ut illi filiam natu maximam in uxorem daret. Coloniæ cum multis quoque doctis viris illi notitia atque familiaritas interceſſit,inter quos Doctor Albada Friſius,Iohannes Metellus,ac Petrus Xemenius, non poſtremum locum occuparunt. Sed quid de exiguo civilium amicorum numero,quorum quotidiana familiaritate hic mecum fruebatur, verba facio, cum apud viros principes,& potiſſimum Illuſtriſſimum ac Generoſiſſimum defunctum noſtrum (fœliciſſimæ recordationis) Principem : Comitem Hermanum Nuenatium alioſq; Comites, Barones ac viros nobiles,in tali reputatione atque exiſtimatione extiterit, ut cum illo familiaritatem coluerint atque conſervaverint. In illius Celſitudinis ampliſſimo Conſiliariorum ordine ac Medicorum celeberrima corona quoque,vix quiſquam (ab anno quinquageſimo ſecundo quo intra ambitum hujus civitatis ſe continuit ſedemque fixit) fuit,qui noſtrum Mercatorem non ex animo amaverit,magniqne,ut æquum eſt,ſemper fecerit. Neque ſolummodo in hiſce vicinis regionibus Anglia,Dania,Gallia,inferiori & ſuperiori Germania, Italia &c.tot tamque illuſtribus & præ claris amicis munitus fuit, ſed ubique terrarum, celeberrimi viri in copioſo numero reperti ſunt, qui ſcriptis ad illum familiaribus literis,cum illo amicitiam contrahere, mutuam amicitiam colere, tueri ac conſervare conati fuerunt: Illiuſque celeberrima fama adeo uſque crevit, divulgata & paſſim ſparſa eſt, ut etiam ad remotiſſimos Indos pervenerit, ac cum Doctiſſimo viro Philippo Saſſeto in Goa, Orientalis Indiæ civitate notiſſima commorante,mutuis literis concertaverit : hujuſmodi ac ſimilium epiſtolarum non exiguus faſciculus apud illius heræ-
des,in promptu reperitur. In diſputationibus fuit acutiſſimi ingenij & exercitatiſſimus : in laboribus ſuæ profeſſionis indefatigabilis: in rebus proſperis & ſecundis,moderatum,in adverſis patientiſſimum ſeſe pręſtitit,exhibuitque. Corpore fuit ſic ſatis bene conſtituto,bonaque valetudine plerumque uſus eſt, præterquam quod in ſenili ætate aliquando podagra laboraret. Cum priore uxore in ſtatu conjugij quinquaginta annis, & tribus ſeptimanis vixit. Menſibus aliquot,poſt hujus obitum, duxit in uxorem viduam Ambroſij Moer Conſulis hujus civitatis dum viveret. Anno nonageſimo quinta Maij paralyſi ſiniſtri lateris correptus eſt,cui morbo D.Solinander celeberrimus longeque exercitatiſſimus illuſtriſſimi noſtri Principis Medicus pro virili mederi, & conſulere conatus quidem fuit, cæterum ingraveſcentis ætatis incommoda,ſucceſſum fœliciorem impediverunt. Cumque illi linguæ uſus integrè reſtitutus eſſet,vidi illum lachrymantem,pectuſque ſuum ter quaterque pugno tundentem,atque dicentem: percute,ure,ſeca ſeruum tuum Domine,& ſi non ſatis acriter percuſſiſti, percute fortius, acriuſque pro bene placito tuo, ut in futura vita mihi parcas &c. Tametſi vero eatenus paulatim priſtinę valetudini (adhibitis ex præſcripto ſuperioris medici,diverſis remediorum generibus) reſtitutus ſit;ut more ſolito placide nocturno tempore quieſceret,bonoque cum appetitu,cibum facilioris digeſtionis ſumeret, vinique aut cereviſiæ mediocri hauſtu vires reficeret, ſiniſtri nihilominus tamen cruris ac brachij potentiam ( quamvis quotidianis inunctionibus illius nurus ſumma cum diligentia prædicta membra, ad unius ferè horæ ſpatium mane ac veſperi, præſtantiſſimis unguentis ubi opus erat affricaret) recuperare non potuit. Quapropter ſibi de cella proſpexit, qua a familia, ex cubiculo ubi decumbebat ad hypocauſtum, aut culinam pro illius placito portaretur. Præſenti autem conſtitutione non obſtante vel prohibente, ſtudiorum ſuorum curſum,in ſuo antiquo vigore pro virium ſuarum exiguo modulo obſervavit, paullumque temporis ſibi elabi paſſus eſt,quin aut lectioni graviſſimorum authorum intentus eſſet, aut aliquid conſcriberet, aut ſaltem in meditationibus rerum maximi momenti illius animus occupatus eſſet,nihilque magis indigne tulit,quam quod durante morbo tantam pretioſiſſimi temporis jacturam feciſſet. Sæpiſsimeque non ſine ingenti animi dolore conqueſtus eſt,quod imbecillitate corporis impeditus,opuſcula aliquot,quæ mente (ut ſuperius memini) conceperat,ac præ manibus quodammodo habebat,abſoluturus non eſſet, quod, proh dolor,ita evenit, ut illi animus ſæpenumero dictaverat. Quamobrem juſtiſsima doloris cauſa omnibus ſtudioſis,pręſertim autem Mathematicarum diſciplinarum candidatis offertur, cur illius celeberrimi viri inopinatum obitum,pro humana fragilitate ægerrime ferant. Elapſo triennij curriculo,in maximum capitis defluxum incidit,qui fauces cum illius gutture ita obſtruxit, ut linguæ uſum aliquandiu amitteret, maximaque cum difficultate, ſi quid eſculenti, aut poculenti illi offerretur, deglutire poſſet,quę vero ægritudo ſeſe paullatim nonnihil remiſit. Ingruente autem lęthalis morbi neceſsitate;pridie illius diei quo ex hac vita emigraret, coram Concionatore & vicinis, de ingenti dolore omnium membrorum conqueſtus, Omnipotentis Dei miſericordiam cum ſumma animi fiducia, iterato aliquoties ſermone imploravit, eodemque quo moreretur die,eundem ut pre ſe publicę preces finita concione celebrarentur, obnixe poſtulavit,quę poſtrema illius vox fuit quæ a circumſtantibus intelligi potuit,placidiſsimeque paullo poſt undecimam ante meridiem,poſtridie calendarum Decembris,cum vixiſſet annos octoginta duos hebdomadas triginta ſeptem,horas ſex, & vidiſſet pronepotes, in domino obdormivit. Dominus Deus illi largietur lætiſsimam reſurrectionem in die judicij.

# CELEBERRIMI CLARISSIMIQVE VIRI IVDOCI HONDII VITA,

PER P. M.

IVDOCUS HONDIUS Coſmographus noſtri ſeculi celeberrimus & exercitatiſſimus in lucem editus eſt anno quingenteſimo ſexageſimo tertio ſupra milleſimum, a parentibus Flandris, videlicet OLIVERIO HONDIO artifice egregio, atque ob plæclaras tum corporis tum animi dotes cuique civitatis Gandavenſis apprime gratioſo,& PETRONELLA ejus uxore fœmina probatiſſima. Patria ipſi fuit pagus Wackene appellatus in Comitatu Flandriæ,locus amœnitate fertilitateque in primis nobilitatus. Anno autem circiter ſecundo ætatis hinc Gandavum urbem celeberrimam tranſlatus fuit. Ortus ipſe,de hujus pueri admirabili futura induſtria non obſcura habuit præſagia: facies enim rugis pliciſque plena erat,excellentis ingenij certũ indicium.Quod & pater ipſe cum ob hanc, tum ob alias inſignes notas in hoc puero relucentes prævidit & prædixit. Neque id ſine gravi cauſa; a puero enim rara indoles & ingenium ſingulare in eo apparere & illuceſcere cœperunt, ex quibus jam tum ſpecimen ( quod rarum & dictu mirabile ) capi & indicium potuit in hoc puero, rerum magnarum ac non vulgarium. Ille enim jam natus annos circiter octo, non luſibus operam dabat, juxta vulgarem morem puerorum;ſed ad artem delineandi animum applicare : poſt in ebore, mox in ære Cyprio ſculpere cœpit: in quo tam felices progreſſus faciebat, ut cum parens tum omnes alij opera illius videntes, ſine magna admiratione aſpicere non potuerint : & (quod in hiſce omnibus inprimis memorabile ) ſine ullo præceptore aut magiſtro. Atque ita ſe hiſce ſtudijs totum addixit, ut quantum temporis alij pueri luſibus tribuunt, ille ad hæc recolenda ſumeret. Quæ egregia rudimenta & principia illi amorem & benevolentiam uniuſcujuſque conciliarunt Atque hi progreſſus in ſculptura ſine fructu neutiquam fuere. Hac enim celebritate famæ cum eſſet paſſim notus, eo tempore quo Princeps Parmenſis, qui tunc in pago Beverenſi in terra Waſia agebat,urbem Antverpiam obſidione premeret, Gandavo Beveram per dicti Principis Confeſſarium accerſitus fuit, ut illi icones aliquot in ære cælaret : qui ipſum ſolicitabat fngentibus promiſſis quo ſecum Romam adduceret : adeo ut niſi furtim & clanculum ſeſe illinc ſubducere potuerit.Adhæc facultate ſcite pingendi varia ſcripturæ genera præditus erat : ſicuti Liber exemplarium ab eo poſtea editus abunde teſtatur. Erat præterea a juventute artis ſculpendi archetypos ad Typographiam neceſſarios peritiſſimus, in qua tunc temporis eos progreſſus fecerat,ut præcipue ad tempus hanc artem profiteretur : in qua etiam addiſcenda nullo præceptore uſus fuerat, quod rarum eſt,atque ut ego quidem cenſeo, ſine exemplo. Pater in filio tam egregiæ atque admirabilis indolis ſpecimina deprehendens primis Latinę atque Græcæ rudimentis,& verę pietatis ac religionis principijs ipſum imbuendum curavit.In quibus omnibus progreſſus non pœnitendos fecit : neque enim pueriles nugæ, crepundiaque cæteræque lubricæ ætatis peſtes, aut avertere ab inſtituto curſu, aut retardare generoſæ mentis juvenem unquam potuere. Interim Studiorum curſus impedire minime potuit quin ſe ſubciſivis horis in primis vitę ſtudijs exerceret.Inprimis autem animum ad Matheſin adjecit,eaſque res quæ ad eam artem quam ſectabatur præcipue pertinebant.Circiter autem vigeſimum ætatis annum, cum jam Gandavum Regi Hiſpaniarum redditum eſſet, Londinum Vrbem Angliæ percelebrem conceſſit. Hic ſimul atque conſederat Geographiam excolere perrexit, & multa egregia opera calamo Geographico ſculpere cœpit, velut Franciſci Draci expeditionem, Terram Sanctam, Imperium Romanum, multaque alia : inter quæ Duo Globi excellunt, alter terreſtris, alter cœleſtis, quibus majores Orbis non viderat Anno ætatis ſuæ vigeſimo ſecundo, Vxorem ibidem duxit Civem Gandavenſem, COLETTAM KERIAM nomine, ex qua ſuccedentibus annis tredecim liberos, videlicet ſeptem filios & ſex filias ſuſcepit : ex quibus tres filij & ſex filiæ ſunt ſuperſtites:quorum duo natu maximi,IUDOCUS & HENRICUS ejuſdem artem profitẽtur.Cum jam aliquot annos in Anglia conſediſſet,illinc una cum familia Amſtelodamum urbẽ Hollandiæ celeberrimam cõmigravit.Hic poſteritati ſuæ ſerio ſervire cœpit,& regiones viſas, inviſas,& ignota maria, clauſas omni antiquitati vias ac terras,Geographico calamo aperire : infames illos Orientis Occidentiſque tractus deſcribere : denique in ATLANTEM illum Geographicum, qui nunc tanta admiratione omnium inſpicitur & legitur totus incumbere, opus admirabile, atque omni laude, & prædicatione decorandum. Huic cum GERARDVS MERCATOR omnium quotquot hactenus vixerunt Coryphæus immortuus eſſet : HONDIUS hic noſter opus illud imperfectum magno ære redemptum ſuum fecit, ſucceſſitque ATLANTI iſti velut alter Hercules: ſupplens ea quæ deerant totamque Hiſpaniam cum univerſa Aſia,Africa atque America & partibus aliquot Galliæ & Germaniæ utriuſque ſuperiori ATLANTI adjiciens : ita ut opus illud perfectum atque expletum omnibus ſuis muneris & partibus in lucem prodierit : ut de eo Reges, Principes, Viri Generoſi & Nobiles, Theologi, Philoſophi, denique omnes viri ſummi,medij,infimi,non ſine magno honore teſtantur. Quid de tam varijs Globorum generibus Terreſtrium, Cœleſtium, magnarum, mediocrium ab eo, cælatis & deſignatis tanta dexteritate dicemus? Quid etiam de tam multis accuratis Delineationibus ſive Tabulis, grandioribus, mediocribus, minoribus, rotundis,qua-

dis,quadratis, & omnium generum tanto artificio ſculptis & deſignatis? Ægyptus ergo ſuperbiat ſuo Ptolemæo: Germania Munſtero: Gallia Belleforeſtio: Anglia Camdeno: Hiſpania Vaſeo & alijs,Italia Plinio: Hollandia neutiquam illis inferior eſt,neque minus juſtam habet gloriandi cauſam ſuo Magno HONDIO. Hic neutiquam prætermittenda eſt diligentia quam adhibuit in Claudio Ptolemæo Græco latino ædendo Tabulis GERARDI MERCATORIS illuſtrato, & in multis alijs operibus,quæ prolixitatis vitandæ gratia hoc loco taceo. Nam ſi pergam commemorare quo nominis ejus famęque celebritas penetraverit,quot viri Principes & Nobiles ipſum eo honore dignati ſint,ut domum ejus & ipſum ejuſque opera viſendi gratia ventitaverint, imo quatuor aut quinque uno eodemque tempore; quanto amore & ſtudio multi viri illuſtres & docti cujuſlibet ordinis & conditionis eum complexi ſint,tempus me citius quam materia deficiat. Illud interim nequaquam ommittendum,tametſi omnia jam dicta feliciter abſolverat,ea quæ animo conceperat ſupra dictis nequaquam inferiora fuiſſe. Conſtituerat enim,ſi vitam illi indulgere ac prorogare deſignatus fuiſſet Dominus, multa alia opera in lucem proferre. Hæc vero agitantem & octavum ſupra quadrageſimum annum agentem 16 Februarij morbus violentus, anno reparatæ ſalutis CIↃIↃCXI breviſſimo temporis ſpatio extinxit. Erat tunc in flore ætatis, valido corpore & vegeto aptoque ad exequendum ea quæ alioqui publico & poſteritati plurimum prodeſſe potuiſſent. Sed Deus qui in conſilijs ſuis eſt ſapientiſſimus de vita & morte uniuſcujuſque ſtatuit pro benevolo affectu voluntatis ſuæ. Ipſi ſoli ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

# EPITAPHIVM

## in obitum.

## IVDOCI HONDII

### Avunculi ſui obſervandiſs.

*Quis ſua non lachrymis & fletibus irriget ora?*
*Quis poſſit luctus non dare ſigna ſui?*
*O fera fata, virum æthereâ qui veſcier aurâ*
*Non ſinitis ſed quem, dicite quæſo, virum?*
*Nonne ſuos inter qui tanquam ſtella refulſit?*
*Qui ſpecimen celſi prodidit ingenij?*
*Ibitis inficias? clara ejus facta reclamant,*
*Cognita cunctorum facta per ora virum.*
*Extremis quis enim ſic eſt ſemotus in oris,*
*Quiſnam adeò quavis ex ſtat in arte rudis:*
*Nominis ad quem fama tui non venerit* HONDI,
*Fama equidem nullo quæ peritura die eſt.*
*Quis melius faciem poterat depingere Terræ?*
*Et quis in ære magis ſculpere doctus erat?*
*Cui magis egregiè Cœli Terræque meatus,*
*Atque Maris tractus exprimere arte datum eſt?*
*Vos ergo non immerito crudelia fata*
*Accuſo. & veſtrâ de feritate queror,*
*Quod neque ſit licitum ſupereſſe diutius illi,*
*Nec licuit nobis illius ore frui.*
*Cujus ab interitu tantum cum mente recordor*
*Vos patriæ & nobis acceleraſſe mali:*
*Hei mihi triſtitiâ moeſtuſque dolore tremiſco,*
*Atque meæ lachrymis immaduere genæ.*
*Sed quid me vanis cupiam cruciare querelis?*
*Et cur me fatis oppoſuiſſe velim?*
*Cum jam poſſideat cœleſtia regna beatus,*
*Nec quis ſe fatis oppoſuiſſe queat.*
*Hinc igitur lachrymæ procul eſte, valete querelæ,*
*Hondii & in Domino molliter oſſa cubent.*

IOH. MONTANVS.

# EPITAPHIVM

in obitum

# GERARDI MERCATORIS

Avo ſuo, pie ac placidè vita defuncto.

*A Miſſum luxi qui nuper utrumque parentem,*
*Heu miſer ad tumulos cogor abire novos.*
*Sic, Ave, te venerande pium qui dogma dediſti*
*Sæpius, hinc nobis te rapit atra dies?*
*Sic doctrina gravis, pietas ſic priſca peribit,*
*Hæcque ſepulchralis conteget urna ſimul?*
*Abſit ut hæc perijſſe queant quæ morte tenaci*
*Conſumptos vitæ perpetis eſſe jubent.*
*Has liceat cineri lachrimas tamen addere Avito,*
*Nam preſſus nimium, cor ferit ille dolor.*

*Thesbitæ ut quondam vatis ſucceſſor, in altum*
*Quadrigis rapti dona recepit heri:*
*O utinam doctæ mihi ſic quoque portio mentis*
*Cedat, & eximiæ pars quotacunque manus.*

*IOANNES MERCATOR*
*Ex primogenito nepos, hiſce mærens parentabat.*

## EPISTOLÆ DVÆ,

Duorum Doctiſſimorum virorum,

*Doctoris Reinhardi Solenandri Illuſtriſs. Ducis Iuliæ, Cliviæ, Montis, &c.*
*Medici videlicet, & D. Iacobi Sinſtedij D.V.I. in*
*laudem Atlantis conſcriptæ.*

SP. Doctiſſime Mercator amicorum integerrime, remitto tibi meditationem tuam in ſex dierum opera conſcriptam, mihi mirum in modum gratam & acceptam. Non ſola illa naturalium rerum cognitione deducimur. Quando tua apodictica argumenta clarè & ad vivum demonſtrat, Cœli, Aëris, Aquarum & Terræ, prima & originalia principia: de quibus inter Ethnicos Philoſophos magna fuit diſſenſio. Tuis itaque rationibus prope perſpectis & intellectis, non amplius vaniſſima Ariſtotelis monſtroſa privatione ſeducemur. Memini cum illud vanum fallaxque figmentum à Petro Ramo Pariſijs impugnaretur, unde hæreſeos accuſabatur, ut pote qui Ariſtotelica fundamenta hactenus in omnibus ſchola approbata niteretur convellere. Magnam itaque tibi habituri ſunt, omnes ſtudioſi gratiam, quod tandem veriſſimam principiorum & cauſarum cognitionem, divinitus imbutus in hiſce extremis Mundi ſecibus, nobis communicaveris. Tranſcriptum ex tuo exemplar miſi Grevenbrochium ad Amicum meum integerrimum, Dominum Iacobum Sinſtediũ, Iuris D. hominem doctrina, pietate & probitate inſigni. Is legit & cum hoc epiſtolio ad me remiſit, ex quo ut intelligas ipſius mẽtem & judicium, ipſius ἀυτόγραφον ad te mitto. Ille obnixe precatur (quia putat me apud te aliquid valere) ut te admoneam & adhortor, quo hoc ſcriptum prima quaque occaſione omnibus bonis & doctis communices. Ego vero non hoc ſolum, ſed magnopere flagito, ut cæteros libros quoquomodo poſſis, expedias. Forte tergiverſãdo valetudinem atque ætatem proferes (ut ego ætatem & negotia plerumque prætendo) verum mihi videtur, ut gravis ætas, non ſolum te non excuſare debeat, ſed magis ut maiores hos labores, ſtimulum addere. Vtinam ſi mihi liceret à meo decrepito & male ſano Principe (cui ſolus in hoc difficili ſervitio ſervio) abeſſe, nõ ſolum valetudinis tuæ cauſa aliquoties ad te excurriſſem, ſed ea potiſſimum ratione te cõvenirem, te ut monerem expeditumque redderem, quo auſpicata hæc, & bene inceptа abſolveres: tum etiam de jucundis his ſtudijs, jucundè & amicè tecum ut conferrem. Cum in tuæ hujus meditationis lectione me oblecto, & veluti Cygneam cantionẽ tuam animo excipio, venit mihi in mẽtem quod cum Galenus noſter, uſum humani corporis partium doctè explicaret, votum quaſi animo conceptum calamo omnipotẽti Deo voveret. Memini enim quãdo ſub finem 3. lib. de uſu partium explicite fatetur, illos ſuos commentarios ſe ceu hymnos quoſdam conferibere, in quo veram magis pietatem cõſiſtere exiſtimaret, quam ſi taurorum ἑκατόμβας ei plurimas faceret, & caſias, aliaque ſexcenta unguenta ſuffunigaret: præferebat his omnibus ſe iſta prius ſcire, exponere deinde ãlijs quænam ſit ipſius Dei ſapientia, quæ providentia, quæ potentia, quę bonitas, quorum ignorationem Ethnicus ille ſummam impietatem judicabat, non ſi a ſacrificio abſtineret: qua ſententia haud longe mihi à ſacroſanctorum patum ſententijs videtur diſjunctus. Mirifice delinitus ſum ex Moſe recognoſcendo vera Phyſices elementa & principia, quæ tu in hoc tuo ſcripto evidentiſſimis demonſtrationibus proponis, ut veritatis cupidus lector tuis argumentis non ſine ratione acquieſcere poſſit. Mirum quam varię & diverſæ opiniones de mundi materia apud Ethnicos ſcriptores paſſim legantur, ut videre eſt apud Galenum in Hiſtoria Philoſophica: apud Laërtium in vitis Philoſophorum: Plutarchũ in libris quatuor de placitis Philoſophorum (qui mihi Phyſicorum dogmatum epitome videntur) apud Platonem etiam, tum ex Chriſtianis apud Epiphanium in confutatione octuaginta hæreſium, qui explicatè res adnotarunt, ut de multis alijs nihil addam. Quæ omnia concidunt, quando tu poſt Ideæ divinæ deſcriptionẽ progrederis, ad primæ illius maſſæ ſecretionem, quæ Lectorem in Dei Creatoris & primæ materiæ cum ſuis innatis formis, & qualitatibus divina eaque incredibili potentia primitus & ex nihilo creatæ, adducis. Quæ xv capite tuæ hujus meditationis de ligno vitæ conſignaſti (in quo mei honorificam facis mentionem, mihique plus amice tribuis quam in me agnoſco)

noſco) ea legi & relegi aliquoties diligenter, quando enim illa planè Philoſophica & Medica ſunt, mirum quantum iſtis afficiar. Inter cętera oſtendis & bruta animantia ſuæ naturę ex herbis ſubſidium quærere, quod Hirundinis, Caprifici, Buſonis, Canis exemplis demonſtras, licebit pluribus oſtendere, quandoquidē ipſa natura docta plurimarum herbarum vires cognitas mortalibus indicarunt. Etenim Cervos credimus Dictamū herbam, quod ejus paſtu telum ejectum ſagittarū vulneribus mederi oſtendiſſe. Sic Cervas Seſeli herbam demonſtraſſe arbitramur: Teſtudines Cucullum, Columbas Verbenacam, ut non minus hæ ponilam: Muſtelas Rutam: Ciconias Origanum. Accipitres Hieracium. Columbas Verbenacam, ut non minus hæ ſtremæ ab ipſis animalibus quam Chelidonium ab Hirundine, nomina adeptæ ſint. In Ægyptiorum hieroglyphicis Pica pingitur laurifolium ore tenens, quod deſignant hominem ſibi ipſi medentem. Etenim Pica ęgrotans, natura docta, dicitur laurifolia in nidum congerere, quo illis morbos arceat. Vt antiquitas Apollini, quem Medicinæ inventorem, dicente etiam Naſone, conſtituunt, haud immerito Laurum ſacram fecerint dicarintque. Parietaria, quæ a Perdicibus Perdicium quoque dicitur, quando Perdices in ijs locis, ubi illa copioſe provenit, ut plurimum ſe volvant atque oblectent: Feniculum nobilitaſſe credimus Serpentes: nam guſtatu atque eſu ipſius ſenectam exuere, oculorumque aciem fiacco ejus reficere ſcimus, unde ipſius uſus nobis patefactus. Tu eodem in capite addis, tales plantarum ſpecies in quaque regione à Deo creari, quales hominibus, & animalibus ibidem natis, maximè conveniant. Quod vivus teſtis multis documentis monſtrare poſſem. Imo tam confidenter hoc nixus comperimento, ſæpenumero probavi, ex plantarum naſcentium frequentia, me fere animadvertere poſſe, quibus morbis populariibus nimirum ἐνδημίοις quę libet regio ſubjecta eſt. Obſervamus hoc ipſum apud Danos, Phryſios, Hollandos, quibus Scorbutum dictus morbus frequens, iſtius quaſi proprium medicamentum Cochleariam ſcilicet copioſe provenire. Item ubi in paludoſis locis Taunariſcus natale ſolum agnoſcit, plerumq; Lienis ibidem vitijs expoſiti ſunt incolæ, quod ex lurido colore, qui intumeſcente cute illis effloreſcit, hypochondrijſque inflatis videre licet. Eodem modo obſervamus, quibus in pagis circa ſepes in areis frequens Abſynthium luxuriat, in iſdem habitatores naturalium viſcerum obſtructionibus, ventriculi infirmitate, ſuffuſione bilis plurimum affectos, ut facile niſi prædictæ uſu, viſcerum meatus referentur, exterſaque bile eadem roborentur firmenturque in lęterum primum, paullo poſt in aquam intercutem exorbitent. Longius progrederer, ſi iſtorum catalogum contexere velim. Quæ eodem in capite de inſitione proponis, exquiſita conſideratione digna ſunt. Nam quod obſervaſti cortices ſtemmatum, ſurculorum verticibus primum & potiſſimum uniri, id quotidiano uſu atque experientia comprobatur. Hinc eſt quod de ſtemmate inſerendo quantum relinquatur parum ſolicitiſimus, dummodo cortex purgatus ſciſſuſque cortici ita aptetur, ut fibris ſeſe contingat. Inſitionis diverſi modi ſunt, quæ fit ſciſſo trunco, in ea non minus obſervari debet iſta corticum adequatio, quam quæ fit, Infoliatione, quando nimirum inter truncum & corticem ſurculus inferitur, imo in Infoliatione (quam alij Emplaſtrationem vocant) id ipſum obſervandum eſt. Atque hic diligenter notandum etiamſi Columella ſtatuat, omnem ſurculum omni arbori inſeri poſſe. Ego tamen communi ſententiæ hoc tribuo, quod aptiſſima inſitio perficiatur, ubi ſtarum arborum cortices inter ſe ita uniantur, ut inter ſurculum inſerendum, & truncum cui inſeri debet, iſta cognatio, ut cortices inſerendi ſurculi & cortici ſtemmatis admiſſarij ejuſdem qualitatis, quod ſuperficiem attinet, præferat. Sed de modo & qualitate inſitionis, ubi ad te venero, quod brevi fiet: tum de animalibus medicis (ſic enim voco animalia quæ herbarum vires natura monſtrante docuerunt) conferemus exactius: de ijs enim ſæpe & minutim cogito, quod facile intelliges, ex eo commentario quem de Climacteriſmo conſcripſi. Nam ut ex herbarum foliis, floribus, earum ſcilicet tum etiam ſeminis figura ex trunco & ſtipite, ex ſucci qualitate & id genus alijs haud difficile conjectari, ſed docto licebit, quibus morbis quarumque partium affectibus herba quælibet conveniat. Quapropter hac vice latius non progredior, in noſtrum conventum ea dilaturus. Interea tu, ut valetudinem tuam cures, te hortor, quod eo quod præſcripſi modo, haud magno negotio facies, & me viciſſim ama. Raptim Duſſeldorpij ex aulicis negotijs, Calendis Iulij, Anno ετο ιↄ xcvi ſtilo veteri.

*Hanc egregiam & operę dignā augmentationē hinc mutuatam ſuo loco diſſeruimus capite 13.*

TVO. REINHARDVS
*Solenander Medicus.*

PRudentiſſime humaniſſimeque Solenander, Legi doctiſſimi viri Gerardi Mercatoris librum de Fabrica Mundi, non minus vere quam docte ſcriptum. Et dici non poteſt quā opere me iſius ſcripti lectio affecerit. Video hactenus tam Ethnicos quam Chriſtianos vera Phyſices Elementa & principia ignoraſſe, nihil certè jucundius, quam evidentiſſimis rationibus ac demonſtrationibus, avidum Lectorem & veritatis cupidum, in Dei Creatoris & primæ materiæ, cum ſuis innatis formis & qualitatibus, Divina potētia primitus & ex nihilo creatæ, penitiorem cognitionem adducit. Pulchrè igitur poſt Ideæ divinæ deſcriptionem progreditur ad primæ illius maſſæ & materiæ ſecretionem demonſtrandam. Nam oſtendit flatu & vehemētiore vento aqueam & limoſam illam materiam ſecretam fuiſſe, ita ut gravia ad centrum in vacuo conſtitutum ultro declinarent. Nimirum terram etiam adhuc fluxilem, punctum ſive centrum ſphærica figura, per æquilibrium circumdediſſe, & ventorum flatibus in ſiccitatem & duritiem paullatim fuiſſe redactam. Denique ex illa commotione aqueæ materiæ, ſubtiliores humores in aërem converti & formari cœperunt, & deinceps ex aëre ætherea regio cum cœleſtibus ſphæris & ſtellis adornari cœpit, ita ut aquas illas ſupra cœleſtes & Empyrium cœlum conſtituētes lucidiſſimus faciat & Angelos ex ijs creatos eſſe ſtatuat. Hæc omnia ſunt Dei verbo & rationi minime diſſentanea. Licet Ariſtoteles octavo φυσικῆς ἀκροάσεως mundum contendat æternum eſſe, quem Picus Comes Mirandulanus, & Paulus à Scala, & Palingenius in Zodiaco pro viribus tuentur. Sed præſtat Dei verbo adhærere, quam incertis opinionibus fluctuare. Non poſſet ſane quicquam jucundius ſuaviuſque dici, quam cœlos, Angelos, & ſtellas, aërem, aquas & terram, & quicquid in ijs continetur, ad ſolius hominis uſum eſſe creata, ut ei inſerviant. Quum iſtorum omnium origo ex una eademque maſſa deſumpta fuerit, ex qua & homo, ſequitur cœlorum, Angelorum & omnium rerum creatarum magnum cognationem, affectionem & amorem interſe, & erga hominem eſſe. Ego certè dicam libere quid mihi inter legendum acciderit, magno deſiderio & ardore inflammari cœpi erga omnes res à Deo conditas (ſolis diabolis exceptis) utpote mihi cognitas & ab optimo Deo in meos uſus creatas. Hinc permoveor ad gratitudinem Deo aſſidue præſtandam, quæ augetur & perficitur Chriſti cognitione. Illud certe ſolertis & ſagacis ingenij iudicium eſt, quod ex aquarum à terra ſeparatione & mediæ terræ cavitatibus inclūſarū, idque undique ex æquilibrio, ne centrum ponderis inæqualitate gravetur, inde concludit & probat alteram terræ partem infra noſtrū Horizontem ex aquis eminentem, noſtræ Europæ,

ropæ, Africæ & Asiæ correspondere. Quanta prudentia disserit de characterismis herbarum, in quo & tui honorificam mentionem facit. In summa agnosco illum doctissimum esse virum, & omnium Illustrissimorum Principum favore & amore dignissimum. In ultimis duobus capitibus verum Theologum agit de originis peccato disputans, atqui non singulis Theologis per omnia satis faciet. Satuit enim animam ex traduce propagari, & non divinitus infundi in recens creati pueruli corpus. De qua re Augustinus & Hieronymus, prolixissimis & elegantissimis epistolis disseruerunt: sed Augustinus in nostri authoris sententiam magis inclinat. In Hæbreorum quorundam vocabulorum etymis explicandis Eugibinum sequens, nonnihil videtur a vero aberrare. Nam terræ nomen Eretz, quod nomen & Germani ab Adamo retinuerunt Erd, non à Razar, quod conculcare significat, sed à Raza, quod appetere & velle significat, eo quod terra desideret & appetat herbas & fruges, aliasque res sibi à Deo mandatas proferre. Sed de his plura majore otio. Amanter rogo ut Doctissimum virum ad editionem maturandam horteris. Profecto Physica ars manca erit, sine hujus auctoris accessione. Vale.

Tui amantissimus

*Iacobus Sinstedius D.*

# IN ATLANTEM

## Gerardi Mercatoris Avisui.

*En tibi lector adest Atlas redivivus & ingens,*
*Aspice grandævi signa vetusta senis.*
*Gentis Maurorum Rex servantissimus æqui,*
*Atque Mathematica clarus ab arte fuit.*
*Seu genus antiquum, seu robur & ardua spectes*
*Facta viri, similem tempora nulla dabunt.*
*Ex hoc tot Reges geniti virtute potentes,*
*Crederet ut veros turba prophana Deos.*
*Hic ille, ut perhibent, stellis ardentibus aptum*
*Axem humero torsit, qui geminumque Polum.*
*Dicitur Alcides onus subijse, quod Atlas*
*Artibus ingenuis instituisset eum.*
*Et quia summorum virtus imitanda virorum est,*
*Hunc Avus exemplo credidit esse sibi.*
*Ille feras gentes domuit, moderamine noster*
*Affectus æquo rexit & ingenium*
*Atlantem fecit præclarum docta Mathesis,*
*At Mercatoris marte Marthesis adest.*
*Qui bene Cosmographi perfunctus munere justi,*
*Et reliquis tutam præstruit arte viam.*
*Et simul his methodum præscribit & ordine ponit*
*Quæ sub mensuram singula quæque cadunt.*
*Qui quoque cunctarum referens primordia rerum,*
*His adhibet quam dant Biblia sacra fidem.*
*Ordine servato commonstrat singula, laus est*
*Prima Creatoris, deinde creata locat.*
*Astrorum voluit post hæc ostendere motus,*
*Et Planetarum qua vaga turba ruat.*
*Quin etiam voluit stellarum pandere vires,*
*Quatenus & radijs inferiora doment.*
*Hinc Elementorum voluit perquirere causas,*
*Ex quibus hæc mundi machina structa viget.*
*Adde Geographiæ veterisque novæque tabellas,*
*Quas vastum voluit claudere scriptor opus,*
*Sed gravis impedijt morbus, simul ipsa senectus.*
*Et mors postremum multa negavit ei.*
*Quod potuit fecit, commendat cætera doctis,*
*Vt patriæ & famæ consuluisse velint.*

IOHANNES MERCATOR scripsit.

# PRAEFATIO IN ATLANTEM.

ATLAS Rex Mauritaniæ & regio ſtemmate natus, patrem habuit terrenum ſive indigenam, juxta Euſebij ex antiquiſſimis Hiſtoricis teſtimonium, qui fuit Cælus cognominatus, & Matrem Titeam, cognomine Terram, avum paternum ſimulque maternum Elium ſive Solem regem Phœniciæ, qui cum uxore Beruth in Biblo habitabat, ambos inſigniter in ASTRONOMIA & naturalibus Diſciplinis verſatos, ita ut eruditionis gratia Solis & Cæli nominibus digni haberentur. Et quidem Atlas, ut citant Veteres, Diodorus lib. 4. cap. 5. Aſtrologus fuit peritiſſimus, deque ſphæra primus inter homines diſputavit. Fratres habuit multos, quos Cælus ex diverſis uxoribus genuit uſque ad XLV, quorum XVII ex Titea prudentiſſima, & hominibus multum benefica fœmina habuit, quos communi nomine à matre Titanes appellavit; Sorores quoque habuit, inter quas præcipuæ fuerunt Baſilia, quæ fratres omnes ſuos in gratiam matris educavit, propterea-que magnam ajunt matrem appellatam, & Rhea, quam Pandoram dixerunt. Baſilia autem cum Cælus obijſſet, ut prior annis, prudentiaque & virtute reliquis præſtantior, communi fratrum & populorum conſenſu, regnum nacta eſt adhuc virgo, cum nulli antea nupſiſſet. Poſtmodum cupiens regni hæredem relinquere, fratri Hyperioni nupſit, ex quo duos peperit liberos, Solem & Lunam, quorum prudentiam admirati Hyperionis fratres, ne ipſius poſteris regnum confirmaretur, ipſum obtruncârunt, & Solem adhuc puerum in flumine Eridano ſuffocarunt. Tum Cæli filij, quorum nobiliores Atlas & Saturnus erant, inter ſe partiti ſunt regna patris, Atlanti loca juxta Oceanum, & Libyam uſque & Fretum Gaditanum contigerunt, ubi mons Atlas, & gentes Atlantes ab eo dictæ ſunt in Mauritania. Saturno vero Sicilia ac Libya obvenerunt, qui & poſtea exoſus à ſuis ob tyrannidem in patrem Cœlum commiſſam, fugit in Italiam, ibi à Iano particeps regni factus. Quia autem Diodorus citat, primum apud Atlantes regnaſſe Cælum, homineſque antea per agros diſperſos ad cœtum condendaſque urbes ab eo exhortatos eſſe, certum eſt, antiquiſſimos hos reges eſſe; fuit enim Atlantis filius Atlas, pulſo fratre Heſpero Rex Iberiæ, quæ poſt Hiſpania eſt dicta, anno poſt diluvium univerſale IↃCCXXX VIII, Heſpero in Etruriam fugiente, ubi factus eſt Iani Tutor. Avus Atlantis Elius in Phœnicia regnabat anno à diluvio IↃCII. Et teſtatur Diodorus hos Reges inſignem prudentiam ex natura rerum & contemplatione nactos, ſimul & humanitati ac pietati aſſuefactos eſſe, ut merito dicat Diodorus, Atlantides tum pietatis, tum erga advenas humanitatis præ cæteris gentibus laudem tuliſſe, quando vix 22 aut 23 generatione completa, multæ continentis partes hominibus adhuc vacuæ erant. Habuit Atlas plures filios, ſed unum pietate ac in ſubditos juſtitia humanitateque inſignem, quem Heſperum appellavit, qui cum in Atlantis cacumen ad ſcrutandos aſtrorum curſus aſcendiſſet, ſubito ventis correptus, nequaquam amplius viſus eſt. Sic Diodorus: ſed ego, ut dixi, Regem in Iberia fuiſſe invenio, adeoque ventis ſecundis in eam trajeciſſe ubi ita prudenter & piè vixit, ut cum à fratre in Etruriam fugiſſet, ob inſignem ſapientiam & prudentiam, in Iani tutorem & regni adminiſtratorem ſit conſtitutus, quæ munia frater ejus Atlas poſt Heſperi mortem ſuſcepit. Hunc Atlantem tam inſignem eruditione, humanitate ac ſapientia virum mihi imitandum propoſui, quoad ingenium & vires ſuppetunt, Coſmographiam veluti ex alta animi ſpecula contemplaturus, ſi forte aliquid veritatis in rebus nondum percognitis rimari poſſim, quod ad Sapientiæ ſtudia conferat. Et ut Coſmus omnium rerum numerum ſpecies, ordinem, harmoniam, proportionem, virtutes & effectus continet, ita à creatione incipiens partes ejus omnes, quatenus methodica ratio poſtulat, juxta creationis ordinem enumerabo, & phyſicè contemplabor, quò cauſæ rerum innoteſcant, ex quibus ſcientia conſtat, ex ſcientia ſapientia quæ ad bonos omnia fines dirigit, ex ſapientia providentia quæ finibus facilem viam præſtruit hic erit mihi ſcopus omnium, deinde ſuo ordine tractabo cæleſtia, mox aſtromantica, quæ ad divinationes ex aſtris pertinent, quarto elementaria, denique geographica, ſic totum Mundum tanquam in ſpeculo proponam, ut inveniendas rerum cauſas, ſapientiam & prudentiam aſſequendam ſint aliqualia rudimenta, & lectorem ad altiores ſpeculationes ducere poſſint.

# STEMMA ATLANTIS,

*Ex Euſebij præparatione Evangelica lib. 1. cap. 7, quod ille annotavit ex Sachoniatone Phœnice Hiſtorico, à Philone Biblio ad verbum verſo. Et partim ex Diodoro Siculo.*



# DE MVNDI CREATIONE, AC FABRICA LIBER.

## *Prolegomenon Fabricæ Mundi.*

### CAPVT PRIMVM.

### *Intentio totius Cosmographiæ.*

AXIOMA est omni menti opificium hujus mundanæ machinæ aliquo modo inspicienti. Deum ipsius authorem immensæ potentiæ, sapientię & bonitatis esse; ac de potentia quidem dubitare est impossibile, ei qui ex nihilo conditum, non æternam ejus materiam credidерit. De sapientia vero & bonitate si cui nondum, plene apparet, nec dum considerato ornatu & laudatissima, exquisitissima, sapientissimaque dispositione fabricæ, is nobiscum eam perscrutetur, donec ipsamet operis undequaque (quatenus ex ipso Dei verbo, & manifesta rerum experiētia licet) perspecti contemplatio persuadeat. Id enim molimur, dum Cosmographiam tradimus, ut ex mirabili omnium rerum in unum. Dei finem concordia, & ex Inperscrutabili in compositione providentia, infinita Dei sapientia, & inexhaustæ ejus bonitas conspiciantur, quo ad venerandam ejus majestatem colendam, amplexandāque ejus divitem bonitatem, perpetuo feramur. Affulgeat lux ejus intellectui nostro, & mentem ad veram hanc sapientiā dirigat. Itaque immensa illa Dei bonitas suam intra se gloriam, prę nimia exuberantis fœcunditatis parturitione, continere non potens, hominem voluit creare, cui suam gloriam communicaret; quem cum sua sapientia corpore amiciendum, qualem videmus & prima ejus creatio exhibet, conciperet, mundi hunc quem contemplandum sustulit, cujus doctrinæ vestigia insequutus Valentinus alia insuper deliramenta addidit, etiam modum commentus quo cepimus, & partes ejus ad hominis sic constituti usum necessarias, in eum quem videbimus ordinem, naturam & proportionem, juxta ideam ejus ab æterno conceptam, per omnipotentiam suam condidit atque digessit. Primus igitur Vnum quod Proarchen & Bythum vocat, ad generationem Mentis processerit, & per intermedias deinceps generationes aliquot, tandem ad materiæ & rerum omnium creationem deducēs, nec non prodigiosam Pythagoræ philosophiam intermiscens, quem sequuti discipuli nihilo sanius docuerunt, ubique plus quam anilibus fabulis veritatem conspurcantes & obscurantes. Sed cum horum insania sua fatuitate exsibiletur, ad Platonicorum potius Theologiā & Mundi originem respiciendum est, quæ, quod præ omnium gentilium philosophia divina sit, & maxime ad veritatē Mosaicæ traditionis accedere videatur, facilius abducerea recta & sacra Philosophia potest. Quapropter ejus finis operum Dei, primaque intentio est, communicare gloriam suam, proxima hominis creatio, tertia reliqui Mundi dispositio, postremus hic intentionis scopus initium fuit operis, a cujus, primo exordio Mundi descriptionem auspicari oportet eum, qui utiliter ipsam ad Philosophiam extendere volet.

Solēt curiosi homines interrogare, quid fecerit Deus antequā mundū conderet, quomodo & ubi tū erat, cū nullus esset locus ac tēpus, cur non multis seculis prius Orbē condiderit, cur hominem non ita perfecerit, ut labi nequiret. Hujusmodi temerarijs parūq; argutis quęstionibus facile respondebit, qui æternæ Triadis cognitionem (quanta ex sacris literis & opificio ipsius acquiri potest) habuerit, ac tēporis & loci veras, definitiones collegerit. Veruntamē nō est digna talium hominū insulsa & irreligiosa protervia, cui respondeatur; religio enim est de occultis Dei judicijs & consilijs, quę ad abditā ejus & inscrutabilē sapientiam & majestatē pertinent, investigare latius, quā nobis verbo suo dignatus est revelare, & de ijs quæ extra & ante Mundū, quæq; supra hominū sunt captū disputare, summa temeritas est & stultitia; cū enim opiniones tantū, nō scientias gignat, nō possunt sapientiā adferre, sed citius exoticas doctrinas, quę veritatē rerū labefactāt, inducere. Quāobrem satis sit nobis, a rebus aut sēsu, aut certa historia notis, rerū verarū scientiā petere, nō opinabiliū, quorū non est scientia, sic enim non aberrabimus, si modo justo ordine progrediamur.

# PROLEGOMENON FABRICÆ MVNDI.

### CAPVT SECVNDVM.

### *De Deo omnium principio & effectore secundum Platonicos.*

PVlcherrime Platonici ex communione specierum, quæ in rebus perspicitur, & ordine earum ad Vnum ipsum primum omnium principium adscenderunt, hoc est (ut Pauli filum sequamur) exornatissima rerum omnium dispositione & harmonia, providentiam aliquam circa res ipsas existere utcumque perspicientes, dum eas alicujus opera esse intelligerent, ac proinde ad creationem earumdem meditandam atque asserendam pertraherentur, eo pervenerunt. Verum cum ab Vno illo ad opera ipsa descendere vellent, in modo & ordine creationis hallucinati sunt. Primum, quod ponant, intellectum sive mentem mundi fabricatorem, extra ipsum Vnum & planè ab hoc distinctum atque aliud. Deinde quod materiam cum ipsam simpliciter ab omni forma separēt, intelligant nullius Ideę progeniem esse. Ideæ enim species sunt sive formæ, quæ non nisi formas generare possunt, ac proinde increatam quoque ipsam & æternam necessario intelligant. Hic error inde natus est, quod materiam susceptibilem tantum formarum crediderunt, ac nullam cum formis naturæ communionem habere, ideoque in ipsa formarum semina esse, & ex potentia ejus per opificem posse duci, ne per somnium quidem semel cogitarunt, unde & perpetuum aliquod formale principium extra materiā constituere coacti sunt. Idem & extra Vnum, diversumque ab illo cōstituere hac ratione inducti sunt, quod cum Vnum illud & primum omnium principium, nimis ad vivum ab omni entis natura & conditione resecarent ac spoliarent, perperam metuentes ne compositum quid illud faciant, aliud extra Vnum quæsiverunt rerum principium, ab uno quidem genitum, sed distinctum tamen essentia, & naturæ proprietate, a quo solo tanquam patre primū & immediate rerum formatrix virtus & exemplar opificij mundani esset ac dependeret, cujus doctrinæ vestigia insequutus Valentinus alia insuper deliramenta addidit, etiam modum commentus quo Vnum quod Proarchen & Bythum vocat, ad generationem Mentis processerit, & per intermedias deinceps generationes aliquot, tandem ad materiæ & rerum omnium creationem deducēs, nec non prodigiosam Pythagoræ philosophiam intermiscens, quem sequuti discipuli nihilo sanius docuerunt, ubique plus quam anilibus fabulis veritatem conspurcantes & obscurantes. Sed cum horum insania sua fatuitate exsibiletur, ad Platonicorum potius Theologiā & Mundi originem respiciendum est, quæ, quod præ omnium gentilium philosophia divina sit, & maxime ad veritatē Mosaicæ traditionis accedere videatur, facilius abducerea recta & sacra Philosophia potest. Quapropter ejus summam brevissime proponentes, veram Rei ex adytis scripturæ & naturæ narrationem opponemus; hanc rationibus consequenter confirmaturi, illam vero ubi erronea est, reprobaturi, ne sub specie sacratioris Theologiæ, per inanem Philosophiam ad latentem falsitatem fascinentur oculi intellectus nostri, & à veritate rerum abducamur, simul quoque ut innotescat omnibus, nullam fuisse unquam tam sanctam apud ethnicos scholam, nullum tam ardens studium, nulla adeo præclara ingenia, quæ ipsam veritatem rerum sua industria assequi potuerint, postquam qui religiosissimi omnium fuerunt Platonici, & ipsi longe aberrarunt, & cæteris longissime aberrandi materiam dederunt, ac proinde gratias agamus uni soli Deo, qui & principium, & Creator, & animator, & conservator, & finis opificij mundani est, quod Mundi veram fabricam, principium & fontem universæ Philosophiæ ac veritatis, nobis dignatus sit per Mosen & Prophetas alios revelare.

Itaque

Itaque Platonicorum Theologiæ hæc ſumma eſt; Vnum, Mentem, & Animam, quæ in fabulis nominantur Co- *Vnum ſive Bonum.*
lum, Saturnus, Iupiter, tria in divinis ponunt principia, ordine ſe invicem conſequentia. Primum omnium, quod ipſis eſt Deus primus & ſummus. Vnum vocant, propter ſimpliciſſimam ſimplicitatem, & Bonum propter exuberantiſſimam fœcunditatem ad generationem, & ſui communicationem proclivem. Hoc ſcribunt nec ens eſſe, nec eſſentiam, nec intellectum, nec bonum adjective, nec intelligere ne ſeipſum quidem, nec vivere, nec moveri, ſed ſuper omnia hæc eſſe, hoc eſt fontem & principium eſſe entis & eſſentiæ intellectus & intelligentiæ, vitæ ac motus, & omnium quæ præter ipſum primum omnium & ſupremum principium cogitari poſſunt. Rurſum nihil in ſe habere & diverſum eſſe ab omnibus, in ſeipſo conſiſtere nec miſceri ſequentibus, adeſſe tamen omnibus, & omnia ab illo contineri, ſimiliter ubique eſſe, & tamen nuſquam, hoc eſt nullius loci indigum eſſe, nec etiam intrinſecus neque extrinſecus, finitum ſive determinatum eſſe, eſſe autem omnium poteſtatem, & quidem omnium potentiarum poteſtatem maximam, non tamen omnia eſſe ſed ſuper omnia.

Hoc Vnum ſive Bonum ſua exuberantia parturiens, non cogitatione ad hoc annuente, neque conſilio aliquo, ne- *Mens.*
que voluntate decernente, neque ullo pacto motum, ſed manens in habitu proprio, ex ipſa ſibi inſita perfectione, comitante intrinſecus aucta potentia, ſive efficaci poteſtate, radium creat & effundit eo fere modo, quo Sol idem & immotus manens, lumen circumfundit, qui radius quatenus ex illo manente ſtatim hoc exiſtit, ens efficitur, quatenus verò natutaliter ad ſuum parentem convertitur & quaſi movetur fit vivens, unde corroboratus & poteſtate ſmpletus ac perfectus ex eadem per ſemet diteſcit intelligentia, & fit Mens & intellectus, tum patrem ſuum ipſum reſpiciendo, tum ſe in ſe converſus intelligens. Quia porro dum ſeſe inſpicit poteſtatis ſuæ conſcius, quantum illa valeat, in qua nimirum vigeat virtus eſſentiarum omnium genitrix, ipſe ſibi eſſentiam ſuam hactenus indefinitam atque indeterminatam definit, ac veluti explicat non aciem intendendo, aut cogitatu diſcurrendo, quaſi qui quærat quod nondum habet, aut ſcite ſtudeat quod ipſum latet, ſed unico vigilique perpetuo ſuę intelligentię actu, actu inquam ſuæ eſſentiæ intimo, poteſtatem ſuam ſemper inſpiciendo, & quæ ſine adhibita intelligentia latuiſſent determinate cognoſcendo, ſic inquam Ideas ſive ſpecies omnium rerum formatrices, quas intelligibiles vocant Deos, intelligendo concipit, ac quodammodo gignit, diſtinctas quidem formali ratione, ſed eſſentia adhuc eaſdem, & veluti multa unum exiſtentes, non inquam unum & multa, ſed unum multa, ut vult Parmenides, propter minus numeroſam unitatem in mente, quam quæ eſt in anima, atque ut intellectus eſt plenus poteſtate una ab Vno accepta, ita pariter plenus Idearum ſive formarum omnium, unum cum illis idemque manet, omnia in hoc entia exiſtens, eaque vera, quia immutabilia & æterna, quæ protinus ut a ſe & in ſe genita ſunt, tamquam Saturnus quidam abſorbet nec ſinit apud Rheam enutriri, hoc eſt non ſinit in materiam & naturam rerum caducarum labi, ſed in ſe omnia indiſſolubiliter & impartibiliter complectitur & ſervat, & in uno quodam omnia poſſidet, omnibus etiam & ubique præſens, non tamen in illis, ſed illa in ipſo ſunt, ut ab eo dependentia & in eo conſiſtentia. Et cum ſit Intellectus unum multa, hoc eſt unum quidem exiſtens in ſe toto, & in eſſentiæ identitate, ſive unitate impartibile, at ſecundum partes ſimul & intro manentes, alteritate tantum quadam in ſe ipſo diſtinctus, non eſt circa ſequentia entia partibilis, ſed perpetuo ſecum manens, veluti & Vnum in ſequentia non diſtribuitur, non enim ſecundum alteritatem illam ſuam internam in multa diſtinctim effunditur, ſed unum tantum ſecundum rationes ſeminales, jam actu & eſſentialiter ſimul multa exiſtens, procreat, Animam videlicet, de qua mox dicemus. Hunc Intellectum vocant Magnum Deum, & ſecundum Deum, quinetiam non aliquem, ſed omnem Deum, a quo videlicet ut primo & omni ente ſolo, immediate omnia entia, ac proinde omnes Dei eſſentiam ſuam ſortiantur. Vocant & verbum Dei, & actum productum ipſius Boni, & item imaginem Dei, quod genitoris bonitatem prægnante ubertate & gignendi propenſione pro viribus imitetur, quas vires cum à genitore accipiat, uſque adeo illi cohæret, ut alteritate quadam ſolum videatur ab eo diſcretus. Et Plato Ideam quoque vocat, quod exemplar unamque indiviſam omnium ſpeciem in ſua eſſentia comprehendat. Vocat & cauſam & mundi artificem, quod primum ens factus, omnium deinceps entium parens ſit.

Hujus Mentis progenies eſt Anima mundi, vertius Deus, non aliter inde egreſſus, quam illa ex Vno, eſt enim ipſa *Anima.*
Mentis verbum, eſt lumen Mente mundi fabricatore effuſum, eſt actus & quidem tota extra productus & vita vivificans inferiora, quemadmodum intellectus hanc vivificat, ipſe ad Vnum converſione vivificatus: & quemadmodum Ens ad genitorem ſuum reſpiciens, intellectus evadit, ita & Anima Mentem intuens, Ratio fit ipſius Intellectus, lumen atque veſtigium, ſemper inde dependens, & inde quidem illi conjuncta, inde vero inferiora comprehendens, unum & multa ſimul exiſtens ſecundum Parmenidem: Vnum quidem, quia ſub una communi eſſentia intellectuali rationes omnium formarum ſuſcipit, atque impletur, dum in patrem Intellectū reſpicit: & ſimul quoque multa quia dum in ſe convertitur, rationes ſeminales omnium formarum ſingulatim concipit, & ordine enumerat, ac præ nimia fœcunditate parturiendo, intus incaleſcens ipſas animat, iſque ad generandas in Materia formas, videlicet ad creandum ſenſum in animalibus, naturam vegetatricem in plantis, motum in cæleſtibus corporibus, & quicquid præterea eſt, quod ad ordinem, ſpeciem, naturam, proportionem, & motum, rerum pertinet, motus initium præſtat. Itaque ſic in ſua eſſentia conſtituta anima, cum ut Vnum & Intellectus, ipſa quoque ubique ſit & in omnibus adſit, non poteſt non ſingula in hoc mundo viſibili ordinare, diſponere, vegetare, animare, & unumquodque ad proprium ſuum eſſe & formam, veluti incubando perducere; verum non ut mens in ſe manet impartibilis, ſed egreditur quodammodo ad ſingula corpora, illiſque alio quolibet loco aliter inſinuatur, videlicet ſecundum cujuſque Speciei rationem, non quidem in partes à ſe mutuo diviſas diſtributa. Tota enim & ſecundum ſubſtantiam eſſentiamque pariter omnem indiviſa, ubique & in ſingula ſimul eſt, ſed per ſeminales & ſpecificas rationes, quæ multæ & variæ ſunt, alibi aliter ſuas vires exercendo operatur; & ſui ſimulachra, videlicet ſpecies in rebus facit. Quare tametſi in ſua eſſentia, una & ſimul multa ſit, & per hujuſmodi ſeminalium & ſpecificarum rationum diverſum influxum fiat diviſibilis, non tamen propria ad diviſionem neceſſitate hoc fit, ut quæ tota ſecum perpetuo manet, ſed quia corpora diviſibilitate propria indiviſibiliter eam accipere nequeunt, ut partitio hæc corporum non Animæ paſſio ſit, ac neceſſitas.

Hæc tria in divinis principia, hoc quo narravi modo Platonici deſcribunt, ac primum quidem eorum non concedunt, aut actum eſſe alicujus (ut neque debet) aut aliquam actionem habere, eſſe tamen potentiale, id eſt actus proferendi poteſtatem, retenta Vnius ſimplicitate concedunt. Intellectum autem actum eſſe ab uno emanantem. Animam quoque actum ipſius intellectus, & utrumlibet horum differentem ab illo à quo efluxit. Majus item ac melius eſſe quod gignit illo quod à ſe gignitur, ideoque intellectum minorem ac deteriorem Vno eſſe, meliorem autem ac Majorem Anima, & ſimiliter Animam ſpeciebus à ſe productis. Hæc fere ſententia eſt univerſæ Platonicorum Theologiæ, cui hanc ſequentem veriorem opponimus.

# PROLEGOMENON FABRICÆ MVNDI.

## CAPVT TERTIVM.

### *Vera de Deo ejuſque Trinitate, ex ſcripturæ adytis confeßio.*

VNVM nobis Deum, ſub tribus hypoſtaſibus diſtinctis, at non à ſe mutuo divilis & ſeparatis, proponit verbum Dei, quarum quælibet ſuas habet proprietates, quibus à reliquis diſtinguitur. Sunt autem Pater, Logos ſive Filius, & Spiritus Sanctus, ideo unum exiſtentes, non quia unius ſunt eſſentiæ, ut homo homini, ſed quia una numero ſunt eſſentia, quippe cum à ſe mutuo ſint inſeparabiles, totaque eſſentia Patris latens, velut æterna generatione in Logon eradiet, ita ut Logos ſit lucidus character & expreſſa Patris eſſentia, eademque eſſentia à Patre per Logon in univerſum mundum ſplendeat, qui ſplendor Spiritus Sanctus exiſtit, una eſt omnium trium deitas, omnipotentia, virtus, ſapientia, bonitas, voluntas, nec tria ullo modo dici poſſunt, quum una numero ſit omnium vis & poteſtas, & actio, ut Logos ipſe nos docet Iohan. 17. ſic Patrem alloquens : Mea omnia tua ſunt, & tua mea. Item Pater in me manens ipſe facit opera. Iohan. 14. & Ioh. 5. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Per Spiritum Sanctum quoque Patrem & Logon omnia operari paſſim in ſcripturis ſanctis patet. Et Sap. 1. dicitur Spiritus Sanctus Orbem terrarum repleviſſe, ita ut omnium trium ſit una communis operatio, ſed ſecundum perſonalem proprietatem, aliter à Patre, aliter à Filio, aliter à Spiritu Sancto procedens. Itaque non tres Deos, neque tria rerum principia ponimus, quemadmodum Plato, ſed unum individuum, ſecundum ſe totum ubique præſens, ex quo, per quod, & in quod, creata ſunt omnia, exiſtens quidem ſub triplici ratione, ſed in identitate eſſentiæ, diſtinctum quidem in tres ſubſiſtentias ſive perſonas, ſed neque eſſentia differentes, & à ſe mutuo diviſas neque conſequenter ordine minores aut deteriores, ut Platonici volunt, ſed per omnia æquales divinitate, æternitate, potentia, & efficacia, quarum ſingularum eſſentiæ proprietas, non magis nec minus unius, quam alterius, ſed æquè omnium ad cujuſvis rei creationem neceſſaria eſt. In omni enim opere faciendo, tria hæc operanti requiruntur, potentia ſive principium actus interni, actus internus ſive operis conceptio, & diſpoſitio, & actus egrediens. Quemadmodum in igne principium caloris eſt natura ſive forma ignis, actus illius eſt calor internus. Actio ſive egrediens actus, eſt calor inde emanans. Et in anima eſt principium & potentia motiva, eſt diſpoſitio ſive voluntas ad movendum, eſt denique motus ipſe.

Quoniam vero neque fortuito neque per ignorantiam modum tentando, & inquirendo, neque inſipienter Deus hunc Mundum condidit, ſed ſumma prudentia & ſapientia, negari non poteſt ipſum ab æterno exemplar quoddam determinatum futuri Mundi, & ideas operum ſingulas concepiſſe, verum non in Logo eas inchoamus, ut Plato ſed in Logi Parente, cum omnia quæ habet Filius à Patre habeat, quamobrem in Patre velut ſeminariam rationem Mundi ponimus, in Filio vegetantem vim, in Spiritu Sancto vim productricem & animatricem, quæ cum illo ex Patre procedens, & per Filium effuſa in opus progreditur. Igitur Spiritus in Deo exuberans omnipotentem inexhauſtamque venam Patris exuſcitat, & immenſam fœcunditatem Filij, veluti ad germinandum provocat, atque per ejus Spiritus vivificam ſpirationem Pater Mundum ſeminali ratione & modo concipit, conceptum Logo tradit, utpote qui Patrem ad amiſſim exprimit; ex filio jam actu producitur mundus, non producitur autem niſi mediante Spiritu tanquam vehiculo, per quod Mundus in partes ſuas diffunditur, & in ſingulis juxta propriam cujuſque ideam animatur; comitatur item Spiritus opificium per omnia ſemper, ut quod ipſius impregnante activitate conceptum, & vivifica motione formatum, eadem etiam conſervari debet; non autem ſic comitatur ſingula ut in partes dividatur, ſed eo modo indiviſibiliter, quo recte Platonici animam mundi ſingulis adeſſe pronunciant. Neque etiam pars eorum ſit, ut propria ejuſque anima aut forma evadat, ſed totus ſecum & per omnia manens, præſens, & ab omnibus diverſus ac ſeparatus, omnia ſemel ex potentia Patris per Actum Filij in ſuam quæque eſſentiam & ſpeciem format ex materiæ eſſentia gradatim perficiendo, juxta exemplaris rationem, & omnia deinceps juxta legem à Patre conceptam ſtruat.

# FABRICAE MVNDI.

## CAPVT PRIMVM.

### *De ſapientia Creatoris.*

COSMOGRAPHIAM tandem benevole Lector aggreſſurus, ut tam divinam & gravem ſpeculationem decet, omnes animi vires impendere neceſſarium fuit, ut rerum creatarum omnium ſpecies & ordinem ob oculos ponerem, quo ad contemplationem univerſi & ſapientiam fabricæ mundi lectorem adducerem. Scriptum eſt enim pſalmo 103, & 24. Omnia in ſapientia feciſti. Eſt autem ſapientia, cauſas & fines rerum cognoſcere, quæ nuſquam melius quam ex mundi fabrica ordinatiſſima, & ſecundum cauſas ordine annotatas à ſapientiſſimo architecta deductu, cognoſci poteſt. Vt enim creando naturam ſingulis indidit, ita etiam mox injunctum officium præſtiterunt, & ad conſummationem rerum uſque præſtabunt. Quapropter nihil ſatius eſt, quam ejus opificium, prout ab ipſo auctore factum eſt, & dictante Spiritu Sancto à Moſe fideli in tota ejus domo ſcriptum eſt, perveſtigare & rimari omnibus ingenij viribus. Neque enim hic facile errabimus in cauſſis rerum aſſignandis, cum naturæ leges primas & præcipuas vulgo notas contemplabimur, & ſimiles inde effectus deducemus. Sic nihil certius eſt, quam gravia omnia deorſum ferri, levia ſurſum, nullum motum in rectum infinitum eſſe: Ex craſſo quod ſubtilius eſt evaporare, unde in centrum colligi gravia, mundum ſphæricum eſſe, & omnium partium ejus ordinem, & ſubtilitatis ac nobilitatis differentiam colligimus. Ex ordine rerum & cauſis finibuſque demonſtratis, Philoſophorum veterum errores circa principia rerum & circa naturas facile deprehendemus & convincemus, ut veritas inconcuſſa ſtabiliatur in hominum animis, & non amplius fluctuent opinionum varietate, & ambiguis

rationibus

rationibus quoque modo perſuaſibilibus ſeducãtur. Sic mira panduntur in cæleſtium corporum ſitu & natura, quæ hactenus non ſatis inquiſita nec explorata fuerunt. Sic multa in Elementis hactenus deſiderantur, quæ diligenti ſtudio & arte a doctis viris indagari poſſent, adhibita ad Mundi fabricam doctorum virorum per diverſa regna ſparſorum obſervatione & obſervandorum lege. Sic de incremento, decremento, & fluxu maris admirando, & cauſis eorum aliquid tandem certi indagaretur. Sic de navigandi arte, in qua adhuc quædam non exigua deſiderantur, latius inquireretur. Sic tandem univerſa Geographia, magno Principum & totius orbis commodo abſolveretur, quæ uſquæ adeo eſt neceſſaria, ut neque mercatores ad nobiliſſimas ditiſſimaſque regiones acceſſum habeant, ut cum gentibus undique cõtractent, & Chriſtianis omnes terras familiares faciant, neque Principes de ſuis ditionibus aliquid certi & ſolidi ſtatuere poſſint, niſi operoſe & parum fidelibus ſubinde miniſtris, quia deſunt tabulæ, oculati totius ditionis & ſituum teſtes. Ego ante annos aliquot hujus operis initium feci à regionibus in noſtra hac parte deſideratiſſimis, quibus nunc Septemtrionalium ac Sarmaticarum tabularum primum noſtræ Geographiæ tomum præpono; eo propoſito, ut totum tandem Orbem per tomos deſcribendo abſolvam, quod (Domino vitam & ſanitatem tribuente) pro viribus conabor.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT SECVNDVM.

### *De principio creationis & de creatâ materia.*

Primus Dies incipit.

PAVLLO ante Moſis ætatem natus fuit Saturnus, & ante illum alij gentium Dij, qui cum rerum naturalium ſtudioſi, variorum dogmatum eſſent inventores, multas procul dubio hæreſes induxerunt, quæ poſtea inter Philoſophos de principijs rerum diſputantes, plurimum inter ſe differentes ſectas produxerunt. Itaque veram de ijſdem principijs enarrationem inſtituens Moſes, illorum erroribus ipſam antiquiſſimam veritatem opponit, eoſque redarguit, cum ab ipſa omnium rerum materia (de qua in primis mendaciſſime ex ſuo cerebro loquebantur) inchoans, totamque mundi fabricam abſolvens, ſic cap. 2. & 4. dicit, Iſtæ ſunt generationes Cæli & Terræ, &c. non illæ, quas inſana hominum deliria ſomniant. Hucuſque Moſi textum proſequemur; ſingula, quantum nobis dederit Dominus expendendo. INPRINCIPIO inquit, hoc eſt, cum nihil adhuc creaturæ eſſet, ſed jam primum creationem inchaore ſtatuiſſet divina majeſtas, determinatis conſilijs & legibus, in primo inquam puncto aut momento exiſtentiæ rerum, qui nihil adhuc rei eſt, ſed initium tantum rerum, omni rei aut exiſtentiæ conditione carens, in illo, inquam, momento temporis cœpit creare, & deinceps CREAVIT DEVS, nulla præhabita materia, ex immenſa & incomprehenſibiliſſima potentia ſua, informem, rudem, & indigeſtam maſſam, ex qua omnia deinceps Mundi membra & partes deduxit. In hac materiæ creatione, ut in ſequentibus omnibus tria concurrere neceſſe fuit, potentiæ fœcunditatem, actuoſam prægnantemque Logi potentiam, & fœcundificam, imprægnantem, vivificamque vim Spiritus Sancti. Ex potentia enim Dei, tamquam ſeminaria ratione, per fœcundificam vim Spiritus, materia initium exiſtentiæ hauriens, a potentia activa Dei per imprægnantem vim Spiritus Sancti, tanquam fœtus in utero formata & in eſſe deducta, à potentia denique vivifica & eductrice Dei excluſa, & in propatulum educta eſt. Sic unus idemque Deus omnipotens in triplicitatis ſuæ vigore ex nihilo, ſine ullo aſſumpto ſubjecto, materiam omnium creandorum concepit, formavit & in lucem protulit, non prius operante Patre, deinde Logo, poſtremo Spiritu Sancto, ſed ſimul indiſjunctim, indeſinenter conſpirantibus & cooperantibus ipſis in unitate eſſentiæ divinæ. Illud: IN PRINCIPIO: ſic intelligendum eſſe ut expoſuimus, teſtis eſt Eſdras lib. 4. capit 6. ſic dicens: O domine loquutus es ab initio creaturæ tuæ, dicens fiat, &c. Enimvero per hoc quod dicit ab initio creaturæ, ſatis indicat, initium ſive principium illud non de Filio Dei, ſed de primo creationis momento dici, id convincente eum præpoſitione ab, tum conſtructione vocum: initio & creaturæ, Nam ut quis vocem: loquutus es, cum creaturæ conjungat, res ipſa reclamat, nec dum exiſtente creatura, cui Deus loquatur. De auctoritate porro quarti li. Eſdræ non eſt quod ambigamus cum perſpicuum fiat, epitomen eſſe 70. libro. Eſdræ quos Picus Mirandulanus in apologia quæſtionum ſe legiſſe teſtatur, annotatis etiam ſimilibus plane rerum argumentis, cum ijs quę hoc Eſdræ compendio tractantur. Et veritas prophetiarum hoc libro contentarum, ac partim jam completarum, Spiritu Sancto dictante primarium opus ſcriptum eſſe convincat. Præterea cum (ut jam dixi) ex propoſito contra gentes ſcribat Moſes, initium mundo ponens, non poteſt hic aliter principium intelligi, quam nos interpretati ſumus, nam ſi in filio creaſſe dicat (quanquam & hoc verum eſt) nec aliud velit, unde ſumetur argumentum contra Mundi aut materiæ æternitatem, quum & ipſum principium ſit æternum? omnino ergo de principio temporali loquitur Moſes.

Per CÆLVM & TERRAM hic non intelligit duo diſtincta, & differentia corpora, quæ hodie Cæli & Terræ nominibus ſignificantur, nondum enim Cælum, nondum Terra extitit juxta propriam formam, ſed Cælum ſecundo die factum eſt, Terra demum tertio die diſcretis aquis apparuit, & reliquæ Mundi partes deinceps ordine ex maſſa primum creata educuntur. Intelligit ergo per Cælum & Terram metonymice primam illam informem maſſam, ex qua Cælum Terraque formata ſunt. Ad gentiles ipſi ſermo eſt quibus hoc Cælum & hanc Terram quæ videmus, jam olim à Deo creata eſſe, quemadmodum dicturus eſt, teſtatur, utiturque nominibus rebuſque notiſſimis, quo ad principium illorum cogitationes hominum convertat. Voluit enim Moſes deliramenta Philoſophorum, & falſam de æternitate Mundi & materiæ doctrinam, hominum animis eximere, quo Deo ſuam gloriam reſtitueret, ut cap. 2. & 4. emphatice admodum indicat. Quod porro Cælum & Terram metonymice pro eorum materia ſumat, poſtulant ſequentia Epitheta: THOHV & BOHV, quæ eidem maſſæ primum creatæ tribuit, quod fuerit informis, vaſta, inanis, ſolitaria, & vacua, eaque epitheta jam non Cælo & Terræ, ſed Terræ tantum adjungit: ſic lectorem a contemplatione perfectorum corporum, ad primam ipſorum materiam retrahens, neque vero jam terram ipſam in ſua forma intelligit, verum ipſum chaos indigeſtum & informe, Terræ tamen vocabulo utens, quia Terræ quam Cælo ſimilius viciniuſque conditione erat. Quin & Terræ vocabulum tandem rejicit, dum maſſam

hanc describere pergit, vocatque THEHOM, id est abyssum. Ita sensim contemplantis mentem omni determinata rerum specie exutam, ad primam Cœli Terræq; materiam contemplandam cogit. Porro in abyssi vocabulo aliquem hujus primæ materiæ formam indicat, nimirum quod fuerit materia liquida & fluxilis, & quidem sine fundo, ut quæ per omnia sibi similis & æqualis fuit, quemadmodum aqua aquæ, lutum luto. Iob item cap. 38. v. 38. prima hæc materia APHAR appellatur, hoc est limus, quem Deus initio rerum in solidam terram compegit. Græcis etiam vetustissimis ὕλη hoc est limus, dicitur, prima omnium rerum materia. Et item chaos à χέω quod fusilis sit, quæ illius forma procul omni dubio à primis Hebræorum patribus & Mose ad illos pervenit, mundoque innotuit. Limus igitur erat & fusilis materia, moles illa primum à Deo creata, non diversarum naturarum, sed unius simplicis indivisæ substantiæ & formæ, habens in se virtutem seminariam terrestris formæ & aquæ & cælestis, omniumque, quæ ex ea massa formaturus erat Deus.

# FABRICAE MVNDI.

## CAPVT TERTIVM.

### *Ad quid creatum sit hoc chaos, & de ejus fundamento, ac forma.*

IAM quid ex hoc chao Deus intenderit facere, nunc postquam facta sunt omnia, facile intelligimus omnes, nimirum ut illud dividat formetque in tot rerum species, quot ad mundi Oeconomiam sibi ab æterno propositam necessarias esse novit, & singulis suam vim & legem naturalem semel indat ac stabiliat, ut immutabilis ad terminum usque rerum omnium præconstitutum permaneat. Porro cum solius hominis causa creavit reliqua, cujusque servitio manciparit omnia, donec decursu temporis constituti genus humanum ad cæleste domicilium transferret, ut divinus Paulus Rom. 8. eleganter differit, tali ordine prudentissimus architectus eadem creavit & constituit, ut subordinatis obsequijs, & consentientissima harmonia omnia homini inservirent. Quæ harmonia in eo primum consistit, ut superiores causæ in inferiores principatum gerant, & effectus omnes à summis causis per medias atque imas progrediantur. Deinde & in eo, ut rerum omnium ad se mutuo juxta causarum & effectuum consequentiam sit inclinatio, & veluti amor quidam, quo inferiora respiciunt superiora tamquam benefica, & superiora vicissim inferiora, quo aliquid ijs conferant. His duabus naturæ conditionibus fit quantumvis contraria & dissidentia in imis rerum speciebus reperiantur, tamen in ordine quæque suo arctissime cohæreant, & in prima causa tanquam centro concurrentes, justū servitium Deo Creatori atque homini præstent, adeoque omnia inter se, juxta proprium quæque officium consentiant. Sed de his postea latius. Illud in præsentia admonendus es lector, ut in rerum creatione diligenter observes, quo ordine, ex quibus, & quo modo, quibusque medijs singula effecerit Deus, sic disces quid in omni œconomia naturæ sit prius, quid posterius, quæ operum sint causæ, sive singulorum generationes, proinde & rerum definitiones, & naturas sympathias & antipathias, differentias in fortitudine & debilitate, nobilitate & ignobilitate, longævitate & corruptibilitate, aliaque plurima cognosces. Quidquid enim de natura rerum disputari potest, ab earum generatione, & primæ creationis ordine dependet. Qui potest capere capiat, difficilia quidem indagatu sunt multa, veruntamen & multa intentiore animi speculatione consequi licet, præcipue si Spiritus Sancti invocato lumine, gloriam Deo ex suo opificio studeas excitare. Multo hic alia naturalium rerum principia, multo alium naturæ operantis ordinem observabis quam a gentilibus Philosophis est traditus, quippe suopte ingenio hæc Mundi primordia, eo quo nobis à Mose sunt tradita modo, percipere erat impossibile. Ad rectum curriculi nostri, tramitem redeamus. Creato chao accurate cogitandum est, quid primum in eo fecerit Deus. Ante omnia fixis illi locus erat necessarius, vides enim gravissimum omnium corporum esse terram, cui hæc massa conditione vilior longe erat quam Cælo. Quod si fixum non accepisset locum facile intelligis in infinitum prolapsuram fuisse, gravitate nimirum semper motum urgente. Atqui ut rerum principium hic obiter admoneam, observa Deum ab ultimo & crassissimo Elemento, ab inertissimo & informi pené suam creationem inchoare, & paullatim ad altiora, nobiliora, divinioraque ascendere, observa item, à solidiore & firmiore corpore initium facere, ut quæ ad vitam & perfectionem creaturarum pertinentia paranda erant, quæ fluxa & mobilia sunt omnia, ut inquam talia omnia firmū haberent subjectum, in quo colligarentur, fierentque stabilia. Terræ ergo & chao locum assignavit punctum unum in medio vacui, in quo conquiesceret, nec eum nacta ulterius motum intenderet. Hoc totius naturæ longe admirandissimum est miraculum, omnem intellectum & fidem excedens, nisi Astrorum ambitus, & Orbis terræ circumnavigatio id ita esse convincerent; quis enim alioqui credere queat tātum pondus in medio ambientis Cæli pendulum hærere, & consistere posse? Et licet veritas fidem extorqueat, quis intelligat sine sustentaculo tantam tamque ponderosam molem ibi stare & conquiescere posse? Quis fundamentum hic ullum, ubi nihil quod sustineat occurrit, cogitare potest? Merito igitur Iobum in amaritudine doloris sui secum disceptantem jubet Deus, si intelligentiam habeat, quod sit terræ fundamentum dicere, Iob 38. v. 4. Imperscrutabilis hic est Dei sapientia & incomparabilis potentia, neque ullam hujus fundamenti rationem excogitare est possibile, nisi solam Dei voluntatem, quæ absconditas in ipso rationes & causas sequitur, cuique omnia absolute obediunt. Ut voluit ita factum est, voluntas ejus materiam ad omnia fabricanda & formanda Idoneā exprimit, voluntas ejus ex uno unius formæ corpore, plura diversarum formarum fingit; Voluntas ejus corpora ex corporibus, formas ex formis deducendo quod iners & nulla activitate præditum est, paullatim in vegetam vim & efficaciam, in vitam, in motum, in sensum, & in intellectum deducit; & quod maximum est, omnia quæ creat ita inter se consentientia, mutuo amore & vinculo connexa, & in idem conspirantia, sola voluntatis impressione facit, ut naturalis illis quidam fiat affectus & inclinatio ad prosequendum officium, quod ipsis ex harmonico idearum in mente divina consensu, per voluntatem creantis impressum est. Si chaos, & gravissimum in primis quod in illo est terra, ex impressione voluntatis Dei, punctum in vacuo designatum appetit, eoque quodam [illegible] desiderio sua gravitate se movet donec æqualiter ex omni parte id nactum conquiescat, reliqua Mundi suis veluti humeris ferens & sustentans. Est igitur hæc Terræ, & proinde chai natura, ac cum reliquis postea creaturis sympathia, ut se omnibus subjiciat in sede sibi assignata, in Centro Mundi, & circum Centrum proxime firma conquiescat, reliquaque omnia sustentet, & ut est imperfectissima, à superioribus benedictionem & adjumentum appetat, ad pariendum quæ illi mandata sunt. In

hoc

hoc igitur puncto neceſſario conquieſcit chaos,quoniam hoc illi Deus ſedem quietis,& terminum motus gravitatis conſtituit,quam legem ac metam tranſgredi nec poteſt,nec optat: quãdoquidem Deus dixit & facta ſunt,ea natura, hæc ſympathia illi a Domino indita eſt, tanquam ad omnium ſpecierum & individuorum ſuſtentationem neceſſaria. Ideo Pſalmo 103 dicit David,Fundavit terram ſuper baſes ſuas,ne moveat ſe in ſeculum & in ſeculum. Et Pſal. 135. v.6. Firmavit aut extendit terram ſuper aquas. Quia vero hoc chaos mater eſt omnium, non ſolum inferiorum corporum, ſed & cæleſtium,omniumque quæ creata ſunt,ut audiemus, non eſt dubitandum quin Elementa omnia, Cæliq; omnes ad ſummum uſq; matris ſuæ indolem,alia plus,alia minus referant,ac pondus aliquod obtineant quo ad medium inclinentur,ſympathiamq; ſuam,tum ad terram, tum inter ſe mutuo incubatione & contactu, ac veluti ſenſu exerceant.

Porro & hoc experientia docet,quæ pondere prævalent,ea natura velocius,propiuſque ad Centrum Mundi,ſedem inquam gravium accedere. Hinc certiſſima ordinis ratio in univerſo naſcitur, ut quæ leviora ſunt ac ſubtiliora; ſuperiorem locum obtineant. Neque hoc ſolum, verum etiam chai totiuſque Mundi ſphærica figura inde ortum habet; quippe cũ chai materia fluxilis eſſet,& ſibi per omnia ſimilis,æquali undequaq; virtute & facilitate, ad punctum illum quietis ponderis ſuo ferebatur, ita ut extrema ejus omnia æqualiter à Centro diſtarent,& ex omni parte Centri in æquilibrio conſiſteret. Si enim ejus extrema inæqualiter a Centro diſtitiſſent, plus ponderis Centro ex una aliqua parte incubuiſſet quam in alia; ut ſi in cubo a.ſit cẽtrum b.c.d.e.ſint extrema,ex a.autem ſpectes b.aut d. angulum &.c.in medio latere,longior multo eſt linea d.a.quam linea c.a.aut e.a. multo plus itaque ponderis habet materia que ſecundum a.b.aut d.a.lineam Centro incumbit,quam quę ſecundum c.a.aut e.a. Vincet igitur d.a.pondus,& c.a.atque e.a. ſurſum protrudet cadendo donec c.d.e.ſimul in æquilibrio, hoc eſt æqualiter a centro conſiſtant,materia exiſtente liquida & fluxili. Neceſſario igitur chaos in æquilibrio ſub figura ſphærica conſiſtit. Et erat alioqui talis figura ſola mundo conveniens, poſtquam ſuperiora perfectioraque corpora, terram juvandæ generationis cauſa perpetua circumvolutione erant ambitura. Iohannes de Sacrobuſco & cæteri Mathematici Terræ ſphæricam figuram, ex apparentibus quibuſdam accidentibus comprobant, ſed præclarius multo eſt ex ipſo fonte, ex cauſis, inquam, unum quodque demonſtrare, hoc enim tramite ſolida ſcientia incedit. Inventum hunc punctum ex jam demonſtratis, conſtat Centrum Mundi & gravitatis,aut quietis gravium vocandum eſſe. Vocant autem Phyſici ipſum infimum omnium,reliqua verò ſuperiora, & motum ad medium dicunt deorſum fieri, à medio vero ſurſum, idque optimo jure,quod ſupremum merito dici debeat,id quod perfectiſſimum eſt, & reliquis aliquid præſtantioris naturæ conferre poteſt, infimum vero quod longiſſime ab illo, & loco & conditione diſtat.




# FABRICAE MVNDI

## CAPVT QVARTVM.

### *De natura & forma chai ſive primæ materiæ.*

CHAOS hoc Principio creatum omnium rerum quæ à Deo facta ſunt fuiſſe principium materiale, luce clarius oſtendit Moſes, dum omnia ex eodem ſex dierum opera deducit. Et prima ejus propoſitio perſpicue convincit,nihil prius hac materia a Deo creatum eſſe, alioqui enim non recte principium creationis in ea conſtituiſſet. Quum igitur poſt hanc materiam,& ex eadem facta ſint omnia, ad originem naturæ recte perveſtigandam, & naturalis Philoſophiæ principia juxta veritatem conſtituenda, ſumme neceſſarium eſt,qualis hæc prima fuerit materia diligentiſſime conſiderare. Multis ſe modis torſerunt gentiles Philoſophi in materiæ conſideratione, eſſe illam negare non ſunt auſi, & tamen ens eſſe minime conceſſerunt; ajunt nec quantitatem nec qualitatem eſſe, neque has in ſe habere, quinimo ita omni qualitate & forma ſpoliant,ut tanquam meram privationem malam ac turpem eſſe teſtentur,eoque nonnulli progreſſi ſunt impudentiæ & temeritatis, ut Deum in edomanda materia,ipſaque formis ſubjcienda laboraſſe dicant. Quid quæſo inſulſius, quid magis probroſum in Dei omnipotentiam dici potuit? annon qui formas multo materia nobiliores aliunde (ut illi volunt) efficere & inducere potuit,etiã materiam ad omne opus ſibi obſequentiſſimam creare valuit? Sed hęc eſt mentis humanæ caligo & cæcitas,ut ſine ductu verbi Dei,nihil quod a ſenſibus eſt remotum,& divinam habet originem, recte & certo aſſequi queat. Quinetiam ſumma eſt inſania,profundiſſima naturæ myſteria,primam inquam ejus originem,& abyſſum extremam conſiliorum,& operum Dei,ex ſuo cerebro metiri & perquirere velle. Natura docere nos poteſt ex materia creata eſſe omnia, quis materiæ illius modum & conditiones nuſquam neque verbo Dei, neque ullo naturæ veſtigio indicatas,imo manifeſto Dei verbo contrarias,pro oraculis obtrudere audeat? Materiam primam ita omni forma omniq; entis conditione & ſpecie privant,ut quo modo in ſe ipſa ſubſiſtere poſſit,dici nequeat. At Moſes diſertis verbis eam terram,aquam & abyſſum nominat,priuſquam ſupra concreatam formam nova aliqua ſpecies illi inducta fuiſſet,& Eccleſiaſtes cap.3. v.20.vocat APHAR,id eſt limum. Ex quibus eam jam ab initio ſpeciem aliquam terrę & aquę, proinde & magnitudinem ac pondus habuiſſe,fit manifeſtum. Sed dicet aliquis,Philoſophos diſtinguendarũ rerum cauſa materiam per ſe,formã item per ſe conſiderare,quod magis perſpicue cauſas rerũ a qualitatibus & formis, nõ à materia dependentes,& generationem productionemq; ſpecierum,quæ formæ ad materiam acceſſu fit, doceant. Rectè id quidem,& nos qualitates ac formas activas eſſe,& ſpecierũ generatrices aſſerimus; non nudatam hiſce materiam,ſed in duobus interim illi graviſſime peccant: primum in eo quod ab extremis perfectiſſimiſq; formis ad primam omniũ,quęcunq; cogitari poteſt,aſcendentes,omnes pariter à materia ſejungunt,& tanquã acceſſarias aliundeq; inductas habent, ita ut nudam ad extremum materiam relinquant; cum juxta veram ſpecierũ productionem a Moſe deſcriptam,ſupra chai informitatem à Moſe indicatã,non liceat aſcendere: hoc enim cum primũ fuerit rerum initium,& in illud poſtremo reſolvantur omnia,juxta Eccleſiaſtem capite 3,quo ulterius illud circumcidendo poterant aſcendere, quum id compoſitum eſſe docere nequeant? Secundo in eo gravius adhuc peccant, quod formam omnem ita alienam a materia faciunt, ut nullam in illa ſeminariam vim aut radiculam habere concedant, ſed primum ſui initium aliunde extra materiam accepiſſe volunt, cui nos adverſamur, cum ex Mundi geneſi, & teſtimo-

& teſtimonijs diuinis conſtet, primam materiam ſuam formam, & qualitatem ac quantitatem habuiſſe, & ex ejus forma reliquorũ formas natas eſſe. Præterea abſurdum planè eſt & à Deo alienum, aliquid informe & ſine omni virtute ac qualitate creare, tum ratione inſtituti ſui, tum ratione omnipotentiæ & majeſtatis ſuæ. Inſtituti, quia cum omnia hominis ſervitio deſtinarit, quorſum iners ſpectabit mater, quæ nec ipſa aliquid per ſe poteſt, nec receptas qualitates & virtutes intendere, quin potius obtundere valebit. Nam ſi receptis qualitatibus aliquid conferre dicas, contradictoria ſimul aſſeris, materiam, nec quantitatem, nec qualitatem aliquam eſſe, nec eam in ſuis viſceribus propriã cõplecti, & tamen aliqua virtute dotatã eſſe, quippe quæ operis aliquid præſtat. Ratione omnipotentiæ & majeſtatis ſuæ minime Deo convenit, informem omnino materiam condere. Quippe cum ſit ille forma formarum omniũ formatrix, mera lux, mera Virtus & efficacia, mera vita, & ſpirans bonitas, quomodo poterit inane & mortuũ aliquid parere, qui ad vitam omne ſuum inſtitutum direxit. Qui hominem ad ſuam imaginẽ creare concepit, quomodo a mortuo & inerti fundamento incipiet, & ex eo hominem formabit, quo nihil Deo diſſimilius, imo magis contrarium & a Deo alienum eſſe poteſt? Injuriam ergo Deo optimo maximo facit, & illius majeſtati atque omnipotentiæ detrahit, qui tam excellẽtis & incomparabilis operis tam vile principium facit. Rectius paullo de materia prima ſenſiſſe videntur Empedocles & Anaxagoras, quos Plotinus lib. de materia, cap. 7 reprehendit. Non enim Empedocles materiã ita in infinitũ circumcidebat, & omni qualitate exuebat, ſed cum experentia diſceret omnia corpora in Elementa reſolvi, unde compoſita fuerant, nec ulteriorem reſolutionem deprehenderet, deſtitit altius materiæ principium indagare, neſcius prioris materiæ unde Elementa nata eſſent. Quod vero illi objicit Plotinus elementorum corruptionem, locum non habet; etenim non corrumpuntur Elementa, ſed mixturæ tantum, quarum putrefactione & reſolutione Elementa repurgantur, & ſuæ integritati reſtituuntur. Anaxagoras autem proximè ad chaï naturam accedens, miſturam quandam aquoſam primam aſſeruit eſſe materiam, in miſtura quidem errans, ſed forte quia juſtum non ſuppeditabat nomen, ſimilitudine rei proximam illam deſcribere voluit, nimirum ab antiquiſſima traditione edoctus, primam rerum omnium materiam Aphar, & ὕλην fuiſſe. Addidit hanc ipſam materiam, non aptitudinem paſſivam tantum ad omnia, ut alij volunt habere, ut nimirum aliunde inductas formas reciperet, ſed ipſam actu (non expreſſo ſive actuali, verum potentiali intellige) in ſe ſuave eſſentia omnes formas omneſq; ſpecies continere. In quo profecto parum admodum a veritate aberrabat, ut in progreſſu patebit, verum ſi ſpeciem a materia formari voluit, ut dicere videtur Plotinus, in eo certe erravit, neque enim imperfectum perfectius producere poteſt, ſed ipſum perficiente eget. Vt autem omiſſis Ethnicorum ſomnijs, veram de materia prima doctrinam conſequamur, primum quid de ea ſentiendum judicem, compendio dicam, & in proceſſu ex verbo Dei & perceptibilis naturæ cum illo conſenſu probabo. Sic igitur res habet.

Ex quolibet quidlibet facere ſolus naturæ dominus, Deus omnipotens poteſt, de quo Mat. 3. & Luc. 3. ſic teſtatur Iohannes Baptiſta. Potẽs eſt Deus, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios ipſi Abrahę. Et qui ſine omni ſubjecta materia Mundum hunc creare potuit, multo magis ex quolibet quidlibet etiam in momento fecerit. Rationem tamẽ & normam quam naturæ indidit, ipſe in creando ſequutus eſt, ut videbimus. Natura autem ſemel a Deo ordinata & conſtituta, non quidlibet ex quolibet efficit, ſed ex materia quæ illi quod intendit natura proximior eſt, hoc ipſum procreat. Hæc enim illius infinita eſt providentia: Sic non ex lapide triticũ gignit, ſed ex ſucco terreo & aqueo, nec ignem ex aqua ſuſcitat, ſed ex oleo, magiſque ex ſulphure. Qualitas ergo accommoda ijs quæ generantur, in materia requiritur, atque hanc videmus in univerſum naturæ ſemel a Deo cõſtitutæ legem, ut nihil ex nihilo gignat, neque ex contrariè affecta, aut ad generationem inidonea materia.

Omnis operatio Naturæ in contrarie affectam materiam, atque inidoneam eſt violenta, minus tamen in inidoneam quam in contrarie affectam. Porro quod vim patitur amoto agente ad ſuum genium redit, niſi diuturniore actione victum paullatim in agentis naturam pertrahatur. Violenta eſt igitur omnis generatio in materiam, ſi illam ſine omni qualitate & naturali affectu, quibus ad gignendum inclinari poſſit, eſſe dicamus. Porro ad generationem & continuationem ſpecierum ac multiplicationem, neceſſarius eſt rerum inter ſe conſenſus & ſympathia, ut 5 capite dictum eſt, & in Mundi œconomia hoc paſſim manifeſtiſſime eſt perſpicere : oportuit igitur materiam ex qua aliquid generaretur ſibi propriam naturam & conditionem habere, quæ ad intentam ſpeciem ex ipſa generandam eſſet idonea.

Hæc eadem Natura, ſi ex prima creatione radicem in materia prima nullo modo habuiſſet, quomodo potuiſſet ad officium, ad quod deſtinavit Deus omnia (nimirum ad ſerviendum in hominis uſum) inclinari? quæ potuiſſet unquam rerum inter ſe ſympathia naſci? quam agnoſci & obſervari a nobis uſque adeo eſt neceſſarium, ut Spiritus Sanctus, qui omnia creata in hunc uſum ſuſtinet, & dirigit, per Paulum Rom. 8. nobis eam luculenter & ampliter deſcribat, cum magnitudinem incomparabilem glorię, quæ revelabitur erga nos ex hoc creaturarum ſervitio demonſtrat, dicens: Etenim ſollicita creaturæ expectatio expectat ut palam fiant filij Dei, hoc eſt ſuum officium ſibi à Deo injunctum alacriter proſequitur, homines in hac vita ſolicite ſuſtentans, cum deſiderio ut ſalvi fiant, & ad Deum creatorem ſuum adducantur. Quod ſi, inquit, hoc creaturæ ſervitium in multis fruſtra fiat, & ſit inane, tamen huic vanitati non volens ſe ſubjicit, hoc eſt, non perinde illi eſt, bonis ne an malis ſerviat, ſed quantum in ſe eſt præſcriptum officium præſtat in gloriam Dei, & ſalutem hominum. Veruntamen illam huic vanitati ſubjecit Deus, ut nimirum etiam malis, licet fuſtra ſerviat, non ſimpliciter tamen, ſed ſub ſpe, ſi forte palpent bonitatem & benevolentiam Dei, ac convertantur. Et ut invitè malis ſerviviſſe illam doceat, addit eam ab hac ſervitute liberandam eſſe, in libertatem quæ cedat in gloriam filiorum Dei, ad quam perpetuo aſpirant, nimirum cum Chriſtus Dominus noſter & naturæ, præciſa ulteriore propagatione humani generis, fideles ſuos in gloriam Dei patris adducet. Vides hic manifeſtiſſime, quanta ſit rerum omnium inter ſe & cum homine ſympathia, quam ex materia plane informi omniſque qualitatis & affectus experte, fieri eſt impoſſibile. Atqui dices mihi ex Ethnicorum philoſophia, Deum creatæ materiæ poſtea induxiſſe formam aliquam, ex qua deinceps generatio & propagatio ſit facta. Et quorſum, quæſo ſecundo loco ſecundaque operatione fecit, quod primo primaque creatione poterat? annon æque principio materiam in ſua natura idonẽ & qualificatam dare poterat, atque poſtea inducta, idque per vim qualitate? Rurſus an poteſtis qui totus forma, virtus actuſque perfectiſſimus, potentiſſimus, optimuſque eſt, & ipſa boni origo ac fons, aliquid omnino informe & ab omni affectu actioneque alieniſſimum, procreare?

Iam præcipuum opus ſuum hominem voluit Deus ad ſuam imaginem creare, quomodo enim alioqui in diſſimilitudine potuiſſet gloria Dei frui? Diſſimilia diſſimilibus non afficiuntur, ſed ab ijs abhorrent. Similitudo igitur ad Deum requirebatur in homine magna, prout multum glorię Dei particeps eſſe debebat. Atqui ſacræ literę teſtãtur, univerſam Dei gloriam ſanctis patefactum iri, & nos illi ſimiles fore, quia videbimus eum ſicuti eſt. Maxima

igitur

igitur hominis ſimilitudo cum Deo erit in futura vita, cujus excellentiæ initia in creatione illum accepiſſe, ex Geneſi teſtatiſſimum eſt, quippe a creationis ſuæ initio cum Deo verſari, eique in omni obedientia ſervire, in hoc mundo debebat, donec in ſimilitudine Dei ſibi concreata adoleſceret, & extremam perfectionem in cœlis reciperet.

Cum igitur homo ad Imaginem Dei creatus ſit, etiam reliquæ creaturæ, ut cum homine cui ſervitúrę erant juſtam haberent ſympathiam, aliquid ſimilitudinis cum Deo in ipſa creatione nactæ ſunt. Quin etiam & prima materia Chaos ipſum, ex quo omnia, pariterque homo, creata ſunt, aliquam ad ſuum conditorem ſimilitudinem habere debuit, abſurdum enim erat, ut dixi, fontem bonorum omnium Deum, mali aliquid, & qui totus, vita & virtus vivifica eſt, ſtupidum & ſine omni qualitate atque affectu corpus creare, quod mox refingendum eſſet, ut creandis rerum ſpeciebus, & homini ipſi convenire poſſet. Nam & cujuſque artificis opus, induſtriam, prudentiam, & animi ipſius ſtudium præ ſe fert, quanto magis Dei intentionem & imaginem aliquam ipſius opera referunt. Qui ergo ita naturam formavit & conſtituit a principio, ut non niſi ex idonea qualificata materia generationem faciat, etiam primas rerum ſpecies ex idoneo ad hoc Chao creavit, & eduxit.

Concludimus ergo, Chaos fuiſſe primam rerum omnium materiam, habentem in ſua eſſentia omnium qualitatum & formarum ſemen, naturam, inquam, unam ſimplicem & incompoſitam, in tot qualitatum & formarum ſpecies deducibilem & diſtribuibilem, quot nunc in univerſa natura extant. Fuiſſe item creatori ſuo in eo ſimile, quod quemadmodum Deus Pater principium eſt totius Deitatis, in ſe occulte habens omnia quæ in Logo Filio actu expreſſa, & per Spiritum S. effuſa, & creaturis communicata ſunt, ita etiam Chaos omnes rerum formas, ſubſtantias, & qualitates, latenter ſecundum potentiam ſeminariam & radicalem in ſuis viſceribus intimaque eſſentia complexum fuiſſe, quæ inde a creatore inductæ, perfectæ & in ſpecies diſtributæ actu egrediente homini ſerviunt. Et quemadmodum in Deo Patre idearum multitudo, non ut multa, ſed unitate ſimplici comprehenſa, per creationem extra Deum in ſingulas deducitur ſpecies : ita chaos ſub una ſimplici & incompoſita natura per creationem in tot ſubſtantias & ſpecies diducitur & perficitur, quot in mundi corpore & œconomia requirebantur. Et quemadmodum ſubſtantia Dei incompoſita eſt, non conſtans materia & forma, ſed una indiviſibilis, etiam cogitatione, eſſentia; ita & materiæ primæ ſive chai ſubſtantia incompoſita eſt, non conſtans materia & forma aliunde introducta, aut de novo in ipſa creata, ſed eſt una ſimplex eſſentia unico actu ab uno ſimplici Ente Deo creata, & ſubſtantia vitalis, vitaque ſive forma ſubſtantialis, ſive ſubſtantia eſſentialis, & eſſentia ſubſtantialis (aut quomodocunque unitas materiæ & formæ exprimi poteſt) exiſtens, in hoc tamen præ cæteris differentijs maxime a Deo diſtans, quod corporea & craſſa ſit, finita actu, virtute & potentia, principium tantum tenue horum exiſtens, & diviſibilis in differentes ſubſtantias, etiam uſque ad contraria, non quidem immediate, ſed per intermedios progenituræ gradus. Hanc primæ materiæ unitatem haud recte per omnia diviſerunt veteres Philoſophi, quaſi duo diverſa & incommunicantia eſſent rerum principia, materiá & forma. In ijs quidem quæ generantur, aliquid intellectui lucis adfert talis diſtinctio, dum materiam ex qua aliquid fit, & formam inducendam ac nondum exiſtentem ſejunctim (ut ibi res poſtulat) ſpeculamur; verum cum id in prima materia, & extra caſum generationis facimus, materiam plane informem & inanem concipimus, & a veris naturalibus principijs aberramus.

Eſt itaque chaos in ijs quæ creata ſunt & extra Deum, Ens Entium, forma formarum, ſubſtantia ſubſtantiarum, non actu, ſed potentia, eaque non extranea, ſed intranea, materiam & initium formæ præſtans, omnibus tanquam mater, verum opifice Deo primum, deinde virtute ſpecifica a Deo inſtituta, ea formante, perficiente, & ad partum præparante. Hanc de materia prima & chao ſententiam, ex creatione mundi & indubitata rerum experientia, confirmari videbimus.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT QVINTVM.

### *De erroneo & vero idearum intellectu.*

QVIA vero ex ſiniſtro idearum, & formarum intellectu ac conſideratione, multa traduntur a Philoſophis abſurda, perplexæ queſtiones & diſceptationes oriuntur, & verus operationum naturæ ordo obſcuratur, altius idearum & formarum conditio ac natura perveſtiganda nobis erat, quo ne falſo nitentes fundamento nos ipſos fallamus, & pro vera ſcientia meras opiniones, atque etiam inepta deliria conſtituamus. Cum formas aliunde in materiam deduci volunt Philoſophi, aliud & diſtinctum a materia principium illis aſſignant, nimirum ideam quandam æternam ex qua fluant illæ, & materiæ adjungantur, ita ut ens unumquodque non ſimplex ſit, ſed ex diverſis & ſeparatis, atque incommunicantibus, materia & forma compoſitum, proinde nec in eſſentia ſimilitudinis aliquid, nec ſympathiæ inter ſe quicquam ante compoſitionem materia & forma habuerint. Notum ac tritum ſatis eſt, bonum quemque artificem ante operis ſui fabricam ideam quandam concipere, cujus intuitu illud inchoet atque perficiat; verum multa inter operandum ſubinde incidunt, quæ præter conceptum exemplar addat dematve, & ſi plures idem ſpecie opus aggrediantur, tot erunt differentiæ, quot artifices. Non igitur extra hominem idea eſt aliqua, tale exemplar in illius intellectum inſtillans atque formans, ſed ipſe pro ſui intellectus perſpicuitate, proque rerum cognitione, ſive vera ſive erronea, quam nactus eſt, & pro rationis ſuæ judicio illud fingit, & ex accidente per experientiam aut aliunde meliore cognitione refingit. Deus item, ut per ſe ſapientiſſimus, potentiſſimus, peritiſſimuſque mundi architectus, non niſi optima exquiſitiſſimaque ratione condidit omnia, quamobrem & ideam ſuo operi convenientiſſimam concepiſſe neceſſarium eſt. Non enim eſt ſapientis aliquid ſine juſto ordine, modo & ratione facere; enimvero quæ ſic fiunt fortuito ac temere fiunt; nec boni ſpeciem certo promittere poſſint. At vero hanc condendi operis ideam, non ex rerum præcognitione & præſcitu & ratiocinatione ac meditatione tanquam exemplari aliquo collegit, ut homo: ipſe enim cum per ſe & ſine omni mentis motu, alteratione, inſpectatione & auſcultatione ſit omniſcius, omnipotens, omnia rerum principia media, fines, modos, conditiones, numerum, proportiones, habitudines, & quicquid viſibilium inviſibiliumque exiſtit, in virtute eſſentiæ ſuæ preſentia & conſpecta & ponderata habens, tam abſolutus, inquam, artifex ex inti-

mo centro & fonte eſſentiæ ſuæ hanc ideam increatam & in omnia relucentem habet & poſſidet ab æterno. Eſtque hęc idea unica & ſimplex, quemadmodum eſſentia Dei unica & ſimplex eſt, ſed fœcunditate veluti generationis & propagationis in ramos formarum, & ſpecierum omnium procedens, juxta creationis in unica hominis ſpecie inſtitutum & ſcopum. Quare cum creationem rerum intime contemplari voles, & eam affinitatem ſympathiamque recte indagare deſideras, quo ordine unumquodque, & ex quo creetur, quoque modo ſpecies in ſpeciem tranſeat, tota mentis acie & viribus eſt contemplandum, inde enim creaturæ ſingulorum & ſervitutis ordo, quo ad hominem pertingunt, innoteſcunt.

Iam hanc ideam extra Dei ſubſtantiam & eſſentiam collocare nullo modo licet, eſt enim ipſi Deo proprijſſimę propria, nulli alteri præter Deum communicabilis, quemadmodum eſſentia ipſius nulli alteri quam Deo competit, niſi cum quibuſdam inſanire lubeat, qui omnia ex eſſentia Dei genita, veluti particulas ejus eſſe, ideoque animas omnium ad ipſum redituras ſomniarunt. Cum igitur ab eſſentia Dei ſit inſeparabilis hæc idea, nefas eſt aliquod formarum & ſpecierum primum principium, prętęrquam in Deo cogitare. Quod ſi quis ideas extra Deum ponat, non erunt hæ primæ ideæ, ſed ſecundariæ, a prima illa, quæ in Deo eſt, creatæ, quæ cum extra res a Philoſophis collocãtur, & cum materia coire, reſque ipſas & ſpecies cõpoſitas conſtituere dicuntur, quid aliud fit quam quod ſufficienti omnium conditori, miniſter adhibetur qui omnia formet? quaſi per ſe immediate id nequiviſſet ille, aut dedignatus eſſet efficere, qui tanto erga opus ſuum accenſus eſt amore, ut delectetur eſſe cum filijs hominum. Prov. 8. Et ſi informem, inertem, & per omnia impotentem, nulliſque qualitatis materiam per ſe creaſſe concedamus eum, qui totus virtus, & ad nobiliſſimos effectus pregnans omnipotenſque efficacia eſt, cur digniores nobilioreſque materia formas per alienas miniſtraſque ideas creaſſe dicemus? An non eſt hoc gloriam creatoris attenuare? An vero & materiam per ſecundas ideas conditam voles? quas queſo ejus quod nihil eſt, & ab omni eſſentia nudum, idea fingi poteſt? Ideas enim formas formarum effectrices eſſe volunt. Quod ſi has ſecundas ideas, non in primum tantum creatorem rerum, ſed in perpetuam ſpecierum propagationem factas quis aſſerat, quę erit differentia propagationis a prima rei conſtitutione? nonne utrobique ſpecies forma in materiam inducta componitur. Si igitur primum hominem creavit Deus, & idem creationis opus in ſingulis deinceps hominibus repetitur, quomodo ſeptimo die & deinceps a creando ceſſaſſe dicitur Deus, Gen. 2. v. 2. ut tanquam hæretici e cœtu fidelium exploſi fuerunt, qui Angelos mundi creatores affirmabant, non minus hi tales erunt qui ideas extra Deum poſitas ſpecies rerum conſtituere dicunt, ſunt enim & tales ideæ creaturæ non minus quam Angeli. Ad hæc accedit quod antea dixi, ſpeciem & materiam ſi ſeparata & incommunicantia conſtituas (ut neceſſe eſt cum materiam plane informem, eamque cum forma junctam, compoſitum non ſimplex reddere ſtatuis) fieri non poteſt, ut ſit ulla materiæ ad formam inclinatio aut appetitus, aut ulla ſympathia, quæ ex differenti ſimilitudine naſcitur. Multæ ex Ideis a Deo & rebus ſeparatis intricatæ & mere inutiles quæſtiones oriuntur, quas utcunque ſolveris nunquam veritatem creationis generationiſque attinges, proinde nec de naturæ origine, potentia ſymphatia, certi aliquid ſtatuere: poteris.

Dicimus ergo unam eſſe uniuerſam ideam in Deo eſſentialiter reſidentem, quæ eſt commoda ratio omnium eorum quæ Deus condere voluit juxta infinitam ejus ſapientiam & voluntatem diſpoſita & deſtinata, eamque ideam actu externo in opificio mundi ſpeciatim expreſſam, atque in eo actu expreſſo naturaliter per generationem ſpecies in multa individua multiplicari & propagari, ſine ulla extra Deum cooperante idea, quippe in primo cujuſque ſpeciei actu expreſſo impreſſus eſt character ideæ illius ſpeciei in Deo exiſtentis, ex qua impreſſione deinceps ad ſuæ ſpeciei propagationem inclinatur. Illam etiam ideam, ſive rationem omnium, utpote internum actum eſſentiæ Dei eſſe analogum ipſi eſſentiæ dicimus, proinde & creaturas, quę ejuſdem ideæ ſunt imagines, ad Dei ſubſtantiam & eſſentiam aliqualem analogiam habere. Vnde altiſſima Trinitatis myſteria, veluti per tranſennam de longe elucent, & adverſus omnes de Trinitate hæreſes, catholica doctrina inſigniter illuſtrari, & utcunque disjectis tenebris perſpicua magis reddi poterit, ſi quis invocato Spiritu Sancto, creaturæ ad Creatorem analogiam pio zelo pro viribus perſcrutetur. Quia vero rationes particulares in univerſali illa idea, per mutuæ dependentiæ nexum & perpetuam harmoniam in conſonantiſſimam melodiam excitantur, creaturales etiam rationes in unam ſymphoniam utcunque coire eſt neceſſe, juxta ſimilitudinem aliquam, non autem proportionem, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Ex hac quoque creaturarum ſymphonia, ſive in natura & officio conſenſu & concordia, ſequitur ſympathia, quæ propter creationis ſcopum erat neceſſaria. Quę hactenus de materia & forma, de ſpeciebus & earum miniſterio ac ſympathia partim dicta, partim etiam demonſtrata ſunt, in creationis hiſtoria manifeſtius elucent & probabuntur, eo igitur redeamus,

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT SEXTVM.

### *De tempore inchoatæ creationis.*

VM Deus creare inciperet nondum erant aſtra, nondum illorum motus, nondum igitur tẽpus erat juxta Phyſicorum definitionem, & tamẽ tenebroſum illud intervallum, quod lucem præceſſit, pro parte diei computatur, & nox ac veſpera vocatur v. 5. & cum luce ſequente, uſque dum occidit illa, diem naturalem ſequentibus æqualem conſtituit. Menſuratur igitur a Deo æternum illud ſpaciũ, per prius poſteriuſque juxta partium magnitudinem, nec eſt ulla cum Phyſicorum tempore differentia, præterquam quod menſurari non poteſt, niſi comparatione menſuræ ex creatione mutuo acceptæ, neque enim illa mundum prȩcedens æternitas, annos, menſes, dieſve, aut ſimile aliquot accidens, quo mẽſurari poſſet, habuit. Quod ſi vero tempus Phyſicorum mẽſurari non poſſit, an propterea deſinet eſſe tempus? menſuratio eſt accidẽs tempori, definire illud non poteſt. Quicquid eſſe dignoſcitur ſuam in natura habet definitionem, etiam ſi verbis dari non poſſit, ita æternitas vere eſſe dignoſcitur, communis enim intellectus id oſtẽdit, dum nemo eſt, qui quod nunquam eſt, eſſe fateatur, & quod eſt aliquãdo, eſſe non contendat, ac proinde quod eſt, id aliquandiu, ſive aliquo tempore eſſe non dubitet. Et communis eſt ſententia: quod nullo tempore eſt, & quod nuſquam eſt, hoc non eſſe. Impoſſibile enim eſt, eſſentiam alicujus ſine circumſtantia temporis & loci concipere. Proinde ad evitandum flexiloquos captioſoſque ſermones, & inanes fantaſias multas, quas ex temporis & loci definitionibus hactenus uſitatis, fallaces ſophiſtæ Intellectui tanquam

denſa

quam denſas nebulas offundunt, præſtat in ipſas temporis & loci ſubſtantias, ſive malis dici, eſſentias, animum intendere, & rationes earum ſi exprimere nequeas, cum deſint apta vocabula, ſimilitudine tamen aliqua concepta ſpeculari. Sic tempus cogitabis extenſionem quandam durationis, inter prius & poſterius eſſe, quam poſt mundi creationem conſtantes immutabileſque menſuræ, videlicet aſtrorum motus, exquiſitiſſime menſurant, ante conditum vero mundum, licet tales menſuræ defuerunt, non tamen deſijt eſſe tempus, & ſi jam illud menſurare ſpeculatio aliqua poſtulet, cogitatione menſuras hujus noſtri temporis, quantum ad extenſiones earum attinet, partibus illius æterni applicabimus. Vtſi æternitatem Dei aliquo modo declarare velimus, dicemus illum mille ſeculis (extenſione inquam tanta) ante conditum mundum fuiſſe, & ſupra hæc rurſus mille, & ulterius mille, ac deinceps ſuperius ſine fine. Sic communis intellectus æternitatis partes aliquouſque metitur; & quid opus eſt hic argutis tergiverſationibus & labyrinthis, quę æterna ſunt & increata facilius aliquali intellectu concipiuntur quam definiantur, aut recte deſcribantur. Et verbum Dei æterna & infinita ſecula a priori & poſteriori, Deo ſubinde tribuit, communi intellectui quem ipſe formavit ſe accommodans. Locum ſimiliter cogitabimus eſſe ſpacium quoddam in quo res eſt, quem in ſpecies tres partiemur, in excedentem locatum, in adæquatum, & in minorem, nihil de locati magnitudine definientem. Secundum primam homo eſt in domo, pro ſecunda corpus quodque eſt in aqua aut aere, undequaque ejus extrema comprehendente, ſecundum tertiam unaquæque res, & præcipue Deus, eſt etiam in minimo loco, creatura quidem ſecundum ſynecdochen, Deus vero ſecundum totam eſſentiam. Si quis ita hiſce determinatis æternum aliquid præter Deum conſtitui addubitet, is locum & tempus in ipſo Deo ab ejus eſſentia adferri conſiderabit, cum eſſentia ſine tempore & loco eſſe nequeat. Eſt enim ut elegantiſſime dicit Ioannes Damaſcenus lib. 1. cap. 16. Deus ſui ipſius locus. Eodem quoque modo & ratione ſibi ipſi tēpus eſſe imaginabitur. Et Tertullianus contra Praxeam ſic ſcribit. Ante omnia enim Deus erat ſolus, ipſe ſibi & mundus & locus & omnia, fol. 675. b. Si aliam temporis locique ſubſtantiam quærat, in abyſſum imperſcrutabilem & devias ambages devolvetur; quia profunditas Dei omnem intellectum longiſſime ſuperat.

Dicamus ergo cum Moſe v. 5. creationis & primi diei naturalis initium, nocte factum eſſe, noctemque primam diei partem eſſe, & a primo creationis momento tempus mundi inchoandum eſſe, ideoque Deum non ſolum hebdomadam dierum in memoriam creationis conſtituiſſe, verum etiam cujuſque diei initium ab occaſu ſolis & veſpera ſumi voluiſſe, maleque ſentire eos, qui vetuſtiores Hebræos diem ab ortu ſolis inchoaſſe volunt, locis aliquot ſcripturæ ſacræ male intellectis & detortis id ſibi perſuadentes, Exo. 12. v. 18 ſolemnitas Paſchæ 7 diebus celebranda præcipitur, & initium finiſque illorum dierum, cōſtituitur in veſpera, diem autem primum & ultimum ſolemnes conſtituit Dominus v. 16. adeo ut primus Ioan. 19. v. 31. vocetur magnum ſabbathum, diem vero decimum quartum menſis, quo agnus mactabatur inter duas veſperas, Hebræi vocant paraſceven, id eſt, præparationem & a Paſchate immediate ſequente diſtinguunt, ut patet Mat. 27. v. 62. Marc. 15. v. 42. Luc. 23. v. 54. Ioh. 19. v. 31. Duo igitur ſunt dies, duæque veſperæ ſe mutuo ſequentes. Prima eſt finis diei 14, altera poſt ſolis occaſum ſequens nox, quæ ad ſequentem diem pertinet. Inter has duas veſperas jubet v. 9. agnum occidi & præparari. Atqui hoc in momento utrumque diem dividente fieri nequivit, ideo veſpera latius ſumitur pro tempore veſpertino, & ad finem diei inclinante illive propinquo, aut etiam diem terminante, & continuo ſequente. Sic v. 18. cum jubet infermentata, die 14 ad veſperam edi, de veſpera finiente & diem completum immediate ſubſequente, intelligit. Cum enim ſolis occaſus dies diſtinguat, quomodo nox qua edebatur paſcha, & pars diei ante occaſum ſolis, in qua mactabatur agnus, in unum diem referri poſſunt? Planius Mar. 16 patet, noctem initiū diei naturalis fuiſſe. Cum præteriſſet ſabbathum, inquit, mulieres emerunt aromata, quod ſabbatho non licuiſſet; veſpere ergo finito ſabbatho id fecerant, quandoquidem poſtridie quæ erat altera ſabbathi, ſummo diei diluculo ad monumentum ueniſſe ſubjungit. A veſpera ergo & ſole occidente, diem naturalem inchoarunt Hebræi, quia primus dies creationis a nocte cœpit.

# FABRICAE MVNDI
## CAPVT SEPTIMVM.

### *Opera primi Diei.*

QVOD ergo primum creavit Deus, fuit chaos illud, de quo hactenus diſſeruimus & indigeſta moles, materia materque omnium creandorum, quam terram appellat, quod terræ naturæ & conditioni fuerit proxima, quippe terra primum abſoluta fuit, & ſuos fructus dedit; mox autem chao hoc adhuc indiviſo, ipſum aquas nominat, non quod aquæ jam tum a terra ſegregatæ fuerint; ſed indicat ſtatim creata materia ejus, in Elementa diſtinctionem inchoatam fuiſſe, ideoque & antequam aquam nominet, vocat abyſſum, tanquam medium quiddam inter informem maſſam, & primam diſtinctionem apparere incipientem, aut potius naturam illius maſſæ indicat, quod fuerit APHAR & fluida materia, ad aquæ generationem prona, quam primum a terra ſeparare inſtituebat. Fuit autem maſſa hæc tota, quanta erat, abyſſus, uniformis enim adhuc erat, nec in ullas ſpecies formata. necdum extàbant animalia, plantæ, lucidum cœlum, immo nec elementa ipſa, terra, aqua atque aer, ſed erat, inquit Moſes, ſolitudo & inanitas, ſive ſolitaria, inanis & vacua, quemadmodum terram inhabitatam, ſterilem, & nihil uſibus humanis accommodum proferentem, ſolitudinem appellamus. Sic erat maſſa hæc mera ſolitudo, ſpeciem tamen in ſe habens, unde omnia quæ nunc ſunt, deduci & formari poſſent, eaque ſpecies ſub forma APHAR, limi & abyſſi præcipue indicatur & intelligitur.

Addit huic chao defuiſſe, quo maxime opus erat ad conſtituendam naturam rerum omnium generatricem & procreatricem, nimirum lucem. Duo in creatione in primis ſunt obſervanda: Primum quod ab imperfectiſſimis, ignobilioribuſque, ad perfectiſſima nobiliſſimaque ordine procedit, ut a chao primum ad terram, deinde ad aquam, hinc ad cœlum, & ita deinceps. Secundum, quod ſingulorum naturas, potentiam, actiones, ordinem, modumque agendi, ortus occaſuſque, & periodos ſingulorum, univerſamque naturæ legem, talia in creatione inſtituit, qualia perpetuo eſſe voluit. Itaque cum inferiorem mundum, terram, aquam, aerem matrem generandorum omnium; ſuperiorem vero patrem & maſcula vi præditum eſſe vellet, hoc eſt ſeminariam rationem in Elementis, præparatricem autem & excitatricem ad generandum potentiam in cœlis conſtituere vellet, mox ut elementa educere cœpit,

ſimul etiam materiam cœlorum extraxit,quo ſimul mater paterque adoleſcerẽt, ut utriuſque in generando potentia virtuſque omnis,ſuas leges normaſque in ipſa creatione acciperet.Itaque duos creaturarum ordines a principio diſtributionis chai ſimul inſtituit,& in utroq;paullatim ad perfectiora nobilioraque progreditur,& dum in elemẽta maſſam diſtinguere incipit,ſimul cum aere cœleſtem materiam lucidam educit,ex qua deinceps firmamentum & Aſtra formanda colligendaque erant,& ut cuique ſuam ſpeciem ſenſim perficiendo tribuit,ita & ſingulis proprias naturæ leges indidit,elementis elementares,& cæleſti materiæ cœleſtes.Animadvertendum eſt autem & aeris elemẽtum,& cœlum ipſum ex quo lucẽt aſtra, uno cœli nomine ſubinde in ſacris literis ſignari,ex ratione igitur nominis a Deo inſtituti,ejuſdem conditionis,hæc duo primum fuerunt, ſimulque indiſtinctim creata ſunt,ſed mox ſeparari cœpta, cum ex nobiliori ejus ſubſtantiæ parte firmamentum condendum eſſet atque Aſtra.

Obſerva nunc,quæ fuerit cæleſtis ſubſtantiæ materia.Aquæ elementum jam in chai convexitate colligi & apparere incipiebat,necdũ producta luce,quæ ad naturæ operationes erat neceſſaria,& ecce Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas,inquit, Ventum validum e chao excitavit, qui aquas nondum a terra ſeparatas moveret, & in altiores undas attolleret. Hac agitatione paullatim ſecerni aqua a craſſiore terræ ſubſtantia cœpit,& ſubtilior ſpiritus ex aquoſa chai parte excitatus in aerem evaſit,ſubtilior quoque & nobilior aeris pars in æthera,ſive cœleſtem ſubſtantiam. Tria hæc primo die præſtitit flatus ille, qui haud dubie durante ulterius agitatione,denſior, vehementiorque factus eſt, ventoſi ſpiritus majore excitata copia, donec ſubſidens terra & compactior evadens, agitationem illam paullatim cõpeſceret,vẽtoſaque materia utcunque exhauſta & attrita,paullatim ad quietem ſe componeret. Quando igitur cœlum ex aqua necdum diſcreta educi & formari vides, facile intelligis ipſum etiã cum terra affinitatem habere aliquam,magis autem cum aqua,unde ipſum Hebræi SHAMAHIM, ab ESH, id eſt igne, & MAIM aquis, vocant,quod ex aquis ſit factum,& aſtra tanquam aquas ignitas circumferat, ut nominis etymon deſcribit Eugubinus. Porro quia chaos magnitudinem & põdus habuit,& quicquid ex eo factum eſt matris indolem aliquo modo, ut dixi,refert graviora ignobilioraque in unoquoque primum ſubſederũt,levior aut nobilior vero ſubſtãtia,veluti pinguedo chai totius ſurſum elevata diutiſſime cum ſuperiore cohæſit,unde cœlum ex nobiliore parte cujuſque Elementi creatum eſt,priuſquam illa in ſuum quæque locum ſeparatim abijſſent.Hinc ex nobilitate ac virtute omnia elementa longe ſuperat cælum,quod ex nobiliſſima totius chai ſubſtantia creatum eſt,& in ipſo cælo,quæ ſuprema ſunt,inferioribus multo ſunt nobiliora, itemque cæleſtia ad elemẽtaria,affinitatem & ſympathiam perpetuam obtinent,per quam ad ſe mutuo inclinantur,ſimiliter ſuperiora cæli ad inferiora ejuſdem, ut nihil ſit in mundo, quod non ex indita ſibi ſympathia ſuo loco & ordine hominis cauſa ſervet.Ita cæli & aſtra propter inclinationem quam habent ad hæc inferiora, ſphærica forma conſtituta, & in centro univerſi conquieſcentia, circulariter & varie moventur, quo ſuas virtutes his inferioribus omnibus,quantum ad generationem neceſſarium eſt,communicent. Fuit autem cœlum hoc primo die adhuc indiſcriminatim unius per omnia conditionis & naturæ,proinde & unicum tantum principio habens motum,qui noctem & diem diſtingueret. Cæterum non interquieſcente creatione,lucidior cæli materia ſenſim in ſphæras diverſas globoſque ſtellarum & planetarum colligi cœpit, & ut quodque illorum perfici naturaque propria & motu imbui cœpit, ita etiam ſua cuique ſympathia & operatio innata fuit.Sic Soli deſtinata lux ſive lucens materia in dimidiam cæli partem continuo colligi cœpit,& in globum ſolis coire, ita ut poſt decem circiter creationis horas (nam ad Leonis ſignum contrahi cœpit, ut in Chronologia probabiliter demonſtratum eſt) lumen, mundo dederit,quod poſt quatuordecim horas deinde motu cæli diurno occubuit.Fuitque hoc lumen,principio debilius,quippe ſparſa adhuc Solis materia,donec 4 die in ſuam magnitudinem contraheretur & compingeretur.Hæc de ſyderum in globos collectione lucisque incremento,inanis eſſe nequit ſpeculatio,quandoquidem lucem eſſe primo die oportebat,quæ diem conſtitueret,cum Sol 4 demum die perfectus fuerit,nec aliam lucem quam Solis ad faciẽdum diem Deus ordinarit. Simili modo expanſionem cæli,collectionem aquarum in maria, terræ exſiccationem, herbarum, frugum, & arborum productionem, & quæcunque ſoli naturæ mandavit & commiſit Deus,non momento,ut mandantis ſermo præ ſe ferre videtur, facta eſſe cogitabimus, ſed ſenſim eo ordine & modo quo naturam ſemper uti in poſterum voluit, ideoque unum quodque opus tum incœptum eſſe, cum materia ad hoc idonea præparata fuerit,præſertim autem eo die quo mandatum expreſſum eſt.Sic ſecretio aquæ a primo die inchoata eſt,at tertia demum die perfecta. Si enim in momẽto ſingula creata eſſent,magis ad res producendas, quam ad naturas rerum & leges conſtituendas intendiſſe videretur Deus, cujus contrarium tertio die videbimus. Quum ergo cum re qualibet ejus natura, & lex naturalis fieri debeat, mox ut creari aliquid cœpit, cœpit & ejus virtus efficax, & modus regulaque agendi, quibus Deo in creatione ſerviebat, ita ut ſingula a ſui initio ſua velut progymnaſmata in creatione habuerint, & per naturam ſemel inſtitutam in cæteris diſponendis Creatori ſuo ſervierint.Sic facto in chao pondere,& centro ſedeque gravium poſito,naturaliter omnium corporum diſpoſitio & ordo ſecutus eſt, ſic mota per ventum maſſa,naturaliter terræ & aquæ diſcretio facta eſt, & exhalationes ſurſum ſublatæ ſunt,quæ in cœleſtem conditionem ab opifice formatæ, cæleſtem etiam operationem in generandis herbis, arboribus,animalibus exercuerunt.Ita creatio præcedit, creationem ſubſequitur naturalis operatio,& hæc duo deinde in reliquis Dei operibus concurrunt. Cum igitur hic ſit ordo rerum ab opifice ad totius intentionis ſuæ ſcopum ſapientiſſime inſtitutus, diligentiſſime obſervabit veræ philoſophiæ ſtudioſus, quo ordine ſint creata ſingula, quam illorum materiæ naturam primum indiderit Creator,quidque illi naturæ adjecerit,quo ſpecies rei formandæ prodijt,item ſi quid res hanc creationem circumſtantes,operæ attulerint,negligendum id non eſt,quanto enim hæc omnia altius perſcrutari datur,tanto perfectius rei creatæ natura,efficacia,communio cum alijs creaturis,& per conſequens ſympathia & omnis operatio innoteſcent.Vt porro cujuſque rei materia cognoſcibilis fiat,a prima omnium materia chao incipiendum eſt,quatenus enim illa juxta ſuam formam & qualitates cognita fuerit,eatenus & quæ ex ea primum creantur cognita fient,ſimiliter & ex his reliqua. Cæterum quę a Creatore materiæ adduntur,ad conſtituendam rei ſpeciem & naturam,ea præcedens creata natura docere non poteſt, ſed a poſterioribus, nimirum ab apparentibus rei magnitudine,pondere,levitate,ſoliditate,raritate,fluxibilitate,figura,qualitatibus, coloribus,officio,aut alijs quibuſvis accidentibus ac proprietatibus,quorum tamen cauſę effectrices antea longo ſtudio & experientia cognitæ ſunt,petere oportet. Hæc obiter admoneo, quia ad inveniendas rerum cauſas & œconomiam ( quo Philoſophus animum intendere debet ) hæc prima ſunt fundamenta. Quod quiſque poteſt hoc faciat, nos partes mundi,ſitum,proportionemque & motum localem, cæteraque quæ ſunt Coſmographiæ propria ſectamur, cætera divinioribus ingenijs relinquimus contemplanda.

Cum ait Moſes,dixit Deus, non latam peculiari aliquo tempore ſententiam indicat, ſed perpetuam ejus voluntatem,quæ res ſine ſermone aut expreſſis verbis eloquitur & efficit, ac definito tempore profert.Ita etiam in actionibus Dei

nibus Dei cum inquit, divisit Deus lucem a tenebris, non externam actionem intelligit, sed perpetuam Dei voluntatem, qua sola omnia præconstituto tempore inchoat & perficit. Non autem dicere vult, hoc die completam fuisse illam divisionem, postquam quarto demum die, Sol astraque omnia perfecta fuerunt, sed intelligenti non obscure eam lucis collectionem quam dixi indicat, eamque hoc die eousque processisse, ut lux in unam partem cœli contracta occumbere potuerit, relicta post se nocte & tenebris. Post absoluta hujus diei opera addit lucem illam bonam a Deo judicatam & attestatam fuisse, quod non de omnibus creaturis agit, sed de illis tantum, quæ præ cæteris insignem homini utilitatem conferunt, & eximie opus intentionemque Dei illustrant & commendant. Sic in sequentibus eodem encomio extollit terræ exsiccationem, herbarum, arborum, & fructuum generationem, Solis, Lunæ, & stellarum officia, animalia aquatilia, deinde terrestria, quæ omnia tandem creato homine valde bona judicavit, ut quæ illius servitio, cujus causa creata sunt, accómodatissima erant. Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates ejus, Psa. 110. Inducta in mundum luce, completus fuit primus dies, quem dicit constare vespere & mane, sive nocte & die, naturalis appellatur a Latinis. Noctem præponit, quoniam ab illa cœpit creatio, non enim prima omnium lux creari potuit, juxta ideam omnium in opificis mente conceptam, sed materia prærequirebatur, ex qua illa formanda erat. Finis primi diei.

# FABRICAE MVNDI.

## CAPVT OCTAVVM.

### *De Cælo.*

### SECVNDVS DIES INCIPIT.

AB occasu lucis, sequutus est secundus dies, in quo firmamentum creatum est. Non addit autem ex qua materia illud fieri voluerit Deus, verum hoc ex lucis creatione manifestum est. Cum enim lux ex aquis, quales diximus, sit producta, & lux omnis a firmamento veniat, certum est eandem lucidam substantiam, quæ diem attulit & circularem motum nacta est, hoc die in firmamentum factam esse, unde & firmamentum SHAMAIM sacra lingua vocatur, quod ejusdem cum luce sit substantiæ, nimirum aqueæ, licet paullo ignobilior, quippe lux ut nobilior, nobiliorem etiam ejusdem substantiæ partem postulabat, quapropter & serius ejus species & natura perfecta fuit, videlicet 4. die. Vocat hoc firmamentum Moses RAKIA, qua voce diffusio, extensio, expansio & distensio significantur. Ratio ergo nominis hujus ex creationis opere sumpta est, quæ hoc ordine & successu facta fuit. Mox ut ventus in abyssum incubuit, sursum exhalavit, & diffusa est aeria cælestisque substantia, in qua quicquid ad lucem commodum erat, in luminosam essentiam excoctum mox colligi cœpit, ut diem præstaret, simulque futuri firmamenti substantia, in qua lux colligebatur & permanebat, sursum ex aeris elemento sublata, diffusa, extenta & tanquam velum aut tentorium circum universum mundum inferiorem expansa est, & motum diurnum jam a primo die habens, & lucem circumferens. Hoc firmamentum ergo propter hujusmodi ex elemento aeris diffusionem, extensionem, & expansionem, proprie RAKIA, vocatum est, non autem propter soliditatem aut compactum substantiæ robur, quod RAKIA non significat. Neque vero materia ex qua firmamentum hoc factum est, neque expansio illa quam hic illi tribuit Moses, & item Esa. cap. 42. v. 5. & 40. v. 22. Item Ps. 104. v. 2. talem soliditatem, taleque substantiæ robur secum necessario fert, neque ferre suspicandum est, nisi aliquod ejus in verbo Dei argumentum eluceseat. Sumpta a velo ventis tenso & tentorio firmiter expanso, comparatio, magis naturæ stabilitatem atque immobilitatem declarat, & incorruptibilitatem, tale firmamentum voluit Deus in hoc opere significare atque esse, ut perpetuum esset rerum caducarum adjumentum & sustentaculum. Et quid, quæso, profuisset ibi ferrea rigiditas ac fortitudo, adamantinaque durities, ubi nulla est attritio, nihil est quod corrumpat? Vocavit etiam Deus hoc firmamentum Cælum sive SHAMAIM, ut ejusdem esse substantiæ cum luce, pariterque cum illa creatum esse intelligeremus. Observandum hic est, quod Esdras lib. 4. cap. 6. creationem mundi repetens, de hoc firmamento dicit: Et die 2, inquit, creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei, &c. Docet ordo creationis docet ponderum proportio, docet raritas substantiæ & experientia, quanto altius a centro mundi distant corpora, tanto rariora, leviora, spiritalioraq; existere, proinde, quæ in summo resident, maxime spiritalia esse necesse est. Iam firmamentum hoc elementis multo est altius, quamobrem multo etiam est aere spiritalius, & quam maxime in extrema summitate sua, ubi tot sydera perpetuum, constantissimum & minus varium motum habent. Tale autem fieri cælum necessarium erat, postquam masculà vis quæ in spiritali substantia, subsistit, illi inserenda erat, ad imperfectam horum inferiorum generandi potentiam juvandam; Neque totam ejus substantiam talem per omnia æqualiter, hoc est homogenee esse sufficiebat, sed pro rerum varietate & natura, varia etiam & turgens fœcunditas requirebatur, quæ foras naturali inclinatione tenderet ad maturandos inferioris mundi fœtus, eisq; obstetricandum. Ea autem fœcunditas in exundante spiritali essentia, ejusque fortitudine sita est, quapropter ejus spiritalis substantiæ, quæ cælo cuique aut ejus parti inest, collectio in unum corpus sphæricum, tanquam genitale membrum fieri debuit. Sic in cœlo Solis, præcipuum spiritalis substantiæ robur in globum Solis collectum est, addito illi in subsidium generationis, Mercurio & Venere. Sic Luna, sic stellæ a principio creatæ lucis, juxta sui officij exigentiam, in suos quæque collectæ sunt orbes, ac 4 die tandem perfectæ. Lucis etiam calor & splendor, sive potius eradiatio, ad spiritalis virtutis in generationis actum, productionem & intentionem, necessarius erat: proinde cum lucem crearet Deus, spiritalem cœli substantiam lucidam effecit. Nam si possibile cuiquam esset, lucis in substantia naturalem causam & originem cognoscere, mysterium magnum ille ad inquirēdas & aliquousq; inveniendas Stellarum naturas, quæ causam suam efficientem & materialem, haud dubie sequuntur, haberet. Si enim totam mentis aciem intendas, videbis creationem rerum, naturalem fere causarum ordinē sequi, atq; ex causis causas diducere, donec ad propositū effectū perveniatur. Atque hæc est incomprehensibilis sapientia Dei,

quod ex uno primum creato, ita naturam format & instituit juxta ideam universalem, ut non minus eam imitari, quam condere & statuere videatur, quippe ideam universam naturæ exactissime conceptam, voluntate & potentia creando, etiam exactissime imitatur & exprimit, ut idem in idea & fabrica, naturalis rerum & causarum successtia creando, etiam exactissime imitatur & exprimit, ut idem in idea & fabrica, naturalis rerum & causarum successus existat. O supra omnia admirabilem sapientissimam potentiam, potentissimam sapientiam! Quantum oportet naturæ ad creatorem suum esse affinitatem: Dixit ille & hæc facta est, voluntas ejus est hujus essentia, proinde ut vult ille, ita hæc est, ac vult ille, idque propter idem vult ille, Deus voluit, & cum delectatione & studio voluit, Cælum & unumquodque in eo astrum, homini & propter hominem omni creaturæ, vario motu inservire, hæc voluntas, hoc studium etiam cum quadam dilectione cœlo impressa manet, idem vult, eodem inclinatur Cœlum, & cum delectatione quadam diligenter exequitur. Affectus ergo Dei erga suam creaturam, fit affectus creaturæ ad creaturam. Hæc prima & præcipua est causa & origo omnis sympathiæ, qua unumquodque ad suum officium exequendum excitatur: non est quod aliam Cœlo aut Angelos motores tribuamus, quasi per se sit immobile, & virtutis suæ radios ociose & sine ullo ad inferiora affectu & sympathia quocunque contigerit, spargat, multo minus ut a divina mente ipsum perpetuo moveri dicamus, nisi perpetua natura ejus voluntate semel illi impressa. Interim tamen si hanc de sympathia philosophiam absolvere voles, inquirendum tibi erit, quam similitudinem, quam analogiam cum creaturis, & cum quibus earum ipsi Cœlo indiderit, per quam ad eas inclinetur, quin etiam unde, quo ordine & quo modo ea similitudo & analogia in ipsum inducta sit. Verum ubi hoc theatrum ascenderis, exclamabis; O profunditatem divitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & imperscrutabiles viæ ejus. Quod si nihil inveneris, hanc tamen imperscrutabilitatem didicisse magno erit lucro, quo infinitam sapientiam Dei altius admirari discas, & ipsius majestatem promptiore animo revereri. Hoc etiam facile consequeris, ut nihil sine causa justaque ad unicum scopum ratione, a Deo conditum esse experiaris. Intelligis nunc spero, quid velit Esdras, cum ait, Spiritum firmamenti creasti, & illi imperasti, nimirum quod cœlestis materia quæ multum est spiritalis, percipiens verbum Dei, sive impressionem voluntatis ejus, eundem cum illo affectum erga hominem induit: videlicet ut illius causa incalescens extenuaretur, spiritalis fieret, in altum super aeris elementum se attolleret, extenderet, ac ibi fixa persisteret, aquas ab aquis dividens. Hanc ergo ex voluntate Dei ejusque impressione sympathiam nacta materia cælestis, aeri adhuc mixta, & in spiritaliorem essentiam versa, a sua inclinatione sursum educta est, & hoc est quod ait, secundo die creatum spiritum firmamenti, licet tum nondum in globos stellarum ac planetarum contractus fuerit. Reliquum etiam mandati, nempe divisionem, ex eadem sympathia & inclinatione eodem die executa est, & in eodem persistit officio, donec Dei voluntas, ex qua ejus sympathia pendet, compleatur, ut testatur, illud Davidis, Ps. 148, stare fecit ea (cœlestia) in perpetuum, & in seculum, statutum dedit, & non præteribit.

Fuit hoc firmamentum non singulare aliquod Cœlum ab alijs divisum, sed una Cœlorum machina, ut inde manifestum est, quod quarto die solem, lunam & stellas in hoc firmamento posuit, omnes nimirum cœlos, qui nobis apparent, comprehendens. Quoniam autem corpora hæc, quæ Deus in firmamento posuit, & secundum Davidis testimonium certis legibus fixit, diversos admodum motus habere comperiuntur, in plures cœlos hoc firmamentum divisum esse constat, quot autem sunt illi, in Astronomicis probabiliter differemus. Divisionis autem modus in præcedentibus apparuit, cum perpetuo superiora ex inferioribus, ut extenuata, dilataque magis & leviora ascenderunt, ut aqua ex terra, aer ex aqua, firmamentum ex aere, ita proculdubio in firmamenti communi substantia, paullatim facta simili extenuatione, discretione, atque in altum subductione, primum imo loco relicta est & subsedit sphæra lunæ, secundo sphæra solis cum mercurio & venere, tertio Martis, deinde Iovis, ac sic deinceps, ut postrema secretio sit aquarum supercælestium, quæ totius machinæ mundanæ suprema pars est & manet. Hanc esse in cælorum distributione œconomiam, universalis rerum & perpetua natura, qualis est lex gravium & levium a Deo instituta postulat. Cum enim ex prima unicaque materia condantur & formentur omnia, ideoque illius indolem referant, non alia ratione superiora ad se mutuo, quam inferiora inter se affecta erunt, nisi Deum dicamus, cum ad cælos formandos veniisset, materiam primam refinxisse, & multo aliam illi essentiam, naturam & leges indidisse: verum hoc quid esset aliud, quam sapientiam Dei & potentiam elevare, ut qui materiam primam non ad omnia creanda idoneam fecisset? Quę potuisset, hoc concesso, inter cęlestia & elementaria esse naturarum communio? quæ sympathia? an non hoc esset turbare omnem rerum ordinem & scopum Dei in sua creatione subvertere? Cum ergo universalis lex naturæ per omnia inter se communicantia, eodem modo se habeat, nulli dubium esse potest, quin ea quæ ex uno in se conformi nec diffidente prodeunt, ad unum illud eam obtineant rationem, quam filius ad parentem, & genitum quodque ad suum genitorem illius naturam aliquo modo referat, & ad illum tanquam suum principium inclinetur & amoris vinculo alligetur. Eadem ergo cœlestium inter se erit ratio, quę est elementarium, quum ex una eademque in se conformi & concordi massa creata successive sint omnia, & superiora ex sua nobilitate & perfectione, hæc inferiora tanquam suum principium amplexabuntur, eo fortius, quo magis natura communicant, & homini pro viribus serviunt. Superiora etiam ut magis defæcata, magis distillata, excocta, nobiliore forma superaddita, nobiliora quoque erunt ad scopum Dei instrumenta, validiusque suum officium ad eundem præstabunt. Quamobrem absurdissima judico quæ Astrologi de Saturni & Martis malitia sibi persuadent, ut latius in Astrologicis disceptabo.

Creato & suo loco posito firmamento, factum est, inquit Moses, vespere & mane dies secundus, a vespera nimirum ut primus, incipiens, & ad lucem iterum occumbentem finiens, eadem est ratio diei quæ prius, quam toto creationis tempore servans, perpetuo ad creationis memoriam retinendam indicat. Vocavit autem Firmamentum hoc cælum, SHAMAIM Hebraice, si vocali dictione vocavit, Adamo sic vocavit, alioqui quod Deo, dicere esse dixi, hoc idem est quod vocare, videlicet æterna ejus voluntas, qua Firmamentum ex aquis esse voluit, & fecit.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT NONVM.

*De aquis supercœlestibus, & creatione Angelorum.*

De aquis

DE aquis ſupercœleſtibus nuſquam aperta fuit mentio, niſi Gen. 1. v. 7. Pſ. 148 v. 4. & 5. Eſd. 6. v. 41. Varie de illis ſentiunt ſcriptores. Iacobus Zieglerus valde inepte imaginatur, primam materiam a Deo infinitam creatam fuiſſe, ne quid vacui extra mundum relinqui putaretur: & ex ea materia mundum creando non exhauſiſſe ejus infinitudinem, ſed quantum ad creandum ſufficeret aſſumpſiſſe, reliquum, ut erat, reliquiſſe, quod vocat aquas ſupercœleſtes, inane & tenebras, illudque per firmamentum a mundo excluſum fuiſſe aſſerit. Quæ ſententia nimium eſt abſurda, quomodo enim infinitam Dei ſapientiam aliquid fruſtra creare admittetur. Etenim fruſtra plane fit, quod extra mundum inane, nulliuſque formæ & uſus relinquitur. Quod ſi ad complendum vacuum id fieri dicas, interrogabo antea ne ab æterno ibidem vacuum fuerit, an vero etiam hoc creatum ſit? inextricabilis quæſtionum fiet labyrinthus, nec ullus naturæ modus, ordo & lex in partium mundi ex chao deductione, apparebit, ſed omnia ſine ratione, ſine naturali aliqua conſequentia fient, nullus erit locus ex tenuandæ materiæ ac dilatandæ nobilitandæque. Alij & quidem non pauci, aquas ſupercœleſtes putant eſſe nubes, quæ media regione aeris ferruntur, aere inferiore (qui etiam cæli nomine comprehenditur) a mari & fluminibus ſeparari. Verum his adverſatur ſacrum Moſis teſtimonium, quod illi firmamento in quo Sol, Luna & ſtellæ ſunt poſitæ, diviſionem attribuit. Neque enim aer, qui ſub nubibus eſt & magnis mutationibus ſubjectus, firmamentum dicipoteſt. Quod ſi a perpetuo & immutabili in ſuo loco, ſitu, firmamentum appellare velint, erit & aqua firmamentum, verum alia firmitas requiritur, tale ut dixi firmamentum neceſſiarium erat, quod ſubſtantia & virtute immutabile perpetuo ſubſiſteret, ad ſuſtentandam rerum ſecundum earum ſpecies generationem & multiplicationem, hoc autem poſt lucem factum fuit, quare & poſt aerem, nam lux ſine aere, qui circumire maſſam, lucemque deferre, diem noctemque efficere debebat, eſſe non potuit. Quamobrem cum firmamentum hoc ex aere ſit factum, illoque poſterius uno die perfectum, aliud ab hoc inferiore aere, perfectiuſque illo, proculdubio fuit, ſupra quod etiam David has aquas collocat. Obſerva Pſal. 148 ejus in laudando Deo ordinem, primo in genere cœleſtia ad laudandum provocat, deinde juſto ordine & diſtinctim ſingula compellat; primum qui cœlos inhabitant Angelos & Spiritus beatorum, deinde partes Cœlorum, Solem, Lunam & Stellas, hoc eſt firmamentum, tertio Cœlos cœlorum, hoc eſt, cœlos qui firmamentum ambiunt, & intra ſe comprehendunt, ſive cœlum cæli, ut eſt Pſal. 113: poſtremo aquas quæ ſupra cœlos ſunt, movet. Vides illum ordine ab imis ad ſumma progredi, addita etiam ſingulari cauſa, cur maxime laudare Deum debeant, nimirum quia Deus illa ſtare fecit in perpetuum, & legem officiumque dedit, quod infectum non præteribunt. Poſt cœleſtia tranſit ad terreſtria, in quibus ventos, fulgura, grandines, nubes, aves cæli complectitur, nimirum elementaria omnia. Vides ergo duos laudantium ordines, cæleſtem & elementarem. Cum igitur inter cæleſtia & immutabilia collocet aquas ſupercæleſtes, nequaquam eas eſſe nubes credendum eſt. Et Pſal. 104 v. 3. contignare dicitur Deus tectum & ſuperiora ædificij ſui, mundi videlicet, aquis, quæ alię quam hæ ſupercæleſtes eſſe nequeunt.

Vnde nunc iſtæ aquæ ſint creatæ & in quem finem, ex Moſe non liquet. Quando enim oculis percipi non poſſunt, nec quid exhibent, quod in idolatriæ materiam a gentibus rapi poſſit, amplius & abditiſſima univerſæ creaturæ altiſſimaque ſunt, quæ perſcrutari nequeant ab ullo homine; non admodum referebat earum originem & ſcopum explicare, quamobrem & illa tacet Moſes, nec aperte revelat Spiritus Sanctus. Non tamen fruſtra earum mentionem facit, ſed pijs animis aliquid altius cogitandi materiam offert, & ſumme admirandam Dei ſapientiam & potentiam inexplicabilem innuit, ubi mētis extrema acies retunditur, & harum vias abyſſumque ulterius proſequi nequit. Originem autem & materiam illarum hinc percipere licet, quod aquas nominat, conformes enim & connaturales firmamento indicat, quemadmodum & David cum Pſal. 148, ſupremum illis locum in toto univerſo, pariter cum Moſe tribuit. Enimvero cum omnia quæ hactenus poſt motas aquas & lucem creatam ſunt facta, ordine extenuationis & perfectionis, ſurſum ſunt lata & ſuo loco affixa, dubitari non poteſt, quin eodem continuato ordine, ad extremam, ut ita loquar, diſtillationem & ſublimationem, in aquis illis ſupercœleſtibus ſit ventum. Sunt igitur iſtæ aquæ, cælum omnium limpidiſſimum, puriſſimumque, quod recte Theologi vocant empyreum, quippe cum tanta ſit lux in firmamento, & ex ipſa firmamenti ſubſtantia collecta, quæ meros ignes oculis & ſenſui repræſentat, erit, & hujus ultimi purificatiſſimique cæli ſubſtantia, multo nobilior fulgidiorque ignis, æquali per omnia claritate, ut in qua nulla lucis in globos contractio facta eſt, quod ideo factum apparet quod totius naturæ œconomiam, convexitate firmamenti terminare voluerit Deus, ideoque diviſionem illam aquarum firmamento commiſſam ſcribit, ut naturæ opera ibi terminari, & ultra ejus ſummam extremitatem, nimirum primi mobilis convexum non exire, ſed intra illud in univerſum contineri intelligamus, extra illud convexum autem, omnia quieta & immota eſſe.

Ad quid vero iſta aqua ſupercæleſtis, hoc limpidiſſimum cælum ſit creatum, dicam quod mihi probabile eſt viſum. Angelos creatos eſſe nemo eſt qui ambigit, quandoquidem nihil eſt ab æterno præter unum Deum, reliqua omnia ſunt creaturæ & initium habent. At quando creati ſint hi, non facile eſt dicere; ante mundum creatos non eſſe, inde convincitur, quoniam in principio creavit Deus cœlum & terram, hoc eſt, informem maſſam cæli & terræ matrem, quod ſi creatio a maſſa illa cœpit, non potuerunt Angeli primum creari. Cum tamen ſtellæ lucidæ in firmamento collocarentur, jam tum erant, ſic enim alloquitur Dominus Iob cap. 38 v. 6. Quis jecit lapidem ejus (terræ) angularem, quum laudarent pariter ſtellæ luminis, & jubilarent omnes filij Dei: filij Dei non potuerunt alij eſſe quam Angeli, nundum enim tunc creatus erat homo, quod ſi Angeli Deo creatori laudem cecinerunt, cum terram ſuper lapidem angularem firmaret ille; & ſimul cum illis laudarunt lucentes ſtellæ, ergo tertio die fuerunt Angeli, fueruntque ſtellæ, licet necdum abſolutæ: primo enim die mane cœperunt creari, & 4 die fuerunt perfectæ, fuerunt ergo multo plus quam ſemiperfectæ, & intenſo jam lumine, fulgere incipiebant, Deumque in ſuo obſequio laudare atq; glorificare. Quod autem locus ille in Iob v. 6. ad diem creationis tertium pertineat, facile intelliges ſi duos præcedentes verſus conferas. In priore enim loquitur de prima fundatione terræ, quando videlicet locum quietis illi dedit Deus, centrum univerſi, quod vere baſis terræ exiſtit. De hac fundatione loquitur David Pſ. 103 v. 5. dicens: fundaſti terram ſuper baſes ſuas, ne moveat ſe in ſeculum & in ſeculum. In altera loquitur de figura quam terra pondere ſuo ex omni parte æqualiter Centrum appetente nacta eſt, videlicet ſphærica. Sexto autem verſu primum adhuc de baſi terræ profundiſſimam facit quæſtionem, quomodo videlicet centrum illud, quod baſis eſt gravium, ſit fixum, cum ſit in medio fluxi & mobilis aeris pendulum. Mox de ſuperſtructione loquitur, quæ in altum attolli ſolet, & angulis Ædificiorum præcipue innititur, quis, inquit, lapidem angularem jecit, qui molem

molem in altum aſcendentem ſuſtineat. Vides tres partes collocandæ & firmandæ terræ, eo ordine quo in creatione ſibi mutuo ſucceſſerunt, in quæſtionem duci. Primo enim creato chao, in centrum ſubſidere terra cœpit, ſecũdo ſubſidendo ſphæricam figuram accepit, tertio exſiccata tandem terra ſupra aquas eminuit, atque ibi firmata eſt, etiam altiſsimis ſubinde montibus ſupra aquas pendentibus, de qua firmatione ſic loquitur David Pſalm. 24. v. 2. Quia ipſe ſuper maria fundavit eam, & ſuper flumina firmavit eam. Hæc terræ altiſsima faſtigia, quia tanto ſupra aquas intervallo extulerit, atque ita fundarit, ut non corruant, & ad naturalem ſuum locum redeant, interrogat verſus ſextus, ſecunda parte. Cum igitur horum firmitudo & ſtabilitas ſit facta tertio die, cum terra ſicca & ſolida firmaque redderetur, omnino apparet Angelos ante complexam illam ſiccitatem & firmitudinem, nimirum ſecundo die, creatos fuiſſe. Et quadrat huc elegantiſsime aquarum ſupercœleſtium creatio, ſecundo die facta, ex quibus Angelos creatos eſſe fit veriſſimilimum, nulla enim in omni creatura aptior ad hoc ſubſtantia fuit, quam limpidiſſimus ille & igneus Aer, in quo ſedem & habitaculum illis eſſe voluit conditor: nec aliud elemẽtum illorum coporibus cõvenientius erat, quam unde ſpiritum erãt hauſtura. Et Paulus Heb. 1. teſtatur Angelos eſſe ſpiritus & flãmam ignis, hoc eſt, ſpiritus limpidos in modum clariſſimæ flammæ, qualis fere eſt cœlo empyreo ſubſtantia, ut videantur Angeli quaſi ſtellæ ex aquis ſupercæleſtibus creatæ, ſed animatæ, ratioanales, & in miniſterium Dei ſuſque deque ſe moventes. Vnde vocantur Angeli lucis, hoc eſt, Angeli lucentes, ex luce creati, & in cœleſti luce habitantes, ac cum magna lucis claritate hominibus apparent, ut Paſtoribus Luc. 2. v. 9. & mulieribus Mat. 28. v. 3. & Petro Act. 12. ver. 7. Finis ſecundi diei.

# FABRICAE MVNDI
## CAPVT DECIMVM.

*De congregatione aquarum Elementarium, & terræ adgenerandum preparatione.*

### TERTIVS DIES INCIPIT.

DIE tertio dixit Deus; congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum unum & appareat arida. Non eſt Moſis ſententia, quod tertio demum die hoc dixerit & ſeparare cœperit, ſed quod æterna ejus voluntas fuerit, ut hoc die terræ & aquæ diviſio perficeretur & terra exſiccaretur, proinde & ſupra aquas altius emineret, aquis intra ſinus illius receptis, quo venturis Animalibus ſedes & habitaculum, horreumque eſſet ad omne alimentum ſuppeditandum. Quæcunque in Deo ſunt, æterna ſunt, voluntas dividendi quemadmodum creandi ab æterno fuit, & item hoc die complendæ diviſionis æterna fuit, & cum abſoluta fuerit, factam eſſe ab æterno voluit & approbat in æternum. Stat ſententia, cujus illum pœnitere non poteſt, quæ redargui, quæ emendari, quæ melius concipi non poteſt, quoniam infinita eſt ejus ſapientia & prudentia, quæ mutationem conſilij & voluntatis nullam admittit. Quoniam ergo hoc die completa eſt diviſio, dixit, inquit Moſes, Deus, ab æterno videlicet, ut fiat diviſio & appareat arida, hoc eſt, tantiſper fiat diviſio, donec appareat arida. Et quomodo appareat arida? Nunc tertio creationis die; ſubjungit enim : Et factum eſt ita, nunc nimirum poſt ſecundum diem, quem jam ante completum dixit, & ante finem tertij dici, quem poſt verſu 13 concludet. Quod ſi inchoatam & perfectam pariter diviſionem uno die quis comprehẽdere velit, quæ erit in creatione ordinis & legis naturę conſtitutio, cum nunc ſucceſſive & per cauſas conſequentia media illam operari videamus? Neceſſario tum ſequetur Deum omnia creaſſe, præterito omni ordine & lege naturæ, atque hæc poſtea ipſi naturæ præſcripſiſſe atque indidiſſe, quod abſurdum plane eſt & impium cogitare. Res enim ſuam naturam & legem operandi ſecum ex creatione adferre debent, niſi Deum in creando, aut conſilio aut potentia non ſatis valuiſſe ſentiamus. Igitur cum ſecundo verſu aquas forti flatu moverit, intelligimus illum naturalem cauſam ſequentibus operibus inſtituiſſe, & jam inde terram ab aqua ſegregari, cœptam, hoc autem die tertio hanc ſegregationem perfectam & completam fuiſſe. Hac ſegregationis cauſa naturali obſervata, ſimul inæqualitatis terræ, & ſinuum maris cauſa innoteſcit, idem enim venti impetus A P H A R illud principio creatum, ita ex diverſis partibus evaſit, ut vehementer in altum tolleret, atque nunc ſubſidentem terram in altum colligeret; inde vero profundas maximaſque valles & cavaturas efficeret. Cogitabis ergo ea parte qua nunc eſt mare Atlanticum, vehementiſſimum ventum in A P H A R incubuiſſe, ſimiliter & ea parte fere, ubi nunc Aſia & Nova India dirimuntur, eoſque ventos vaſtas ibidem excavationes terræ ſubſidentis feciſſe, & in altas continentes illam cumulaſſe, varios item hinc inde turbines ortos, qui minores cavaturas effecerint, ut undis utrinque in altum ſubvectis, terram in montes congeſſerint. Ita collidentibus undis, & terram ab aquis ſegregatam, & per medias regiones in montes collectam altiſſimos intelliges. Sic per Africam mons Atlas & montes Lunæ; per Aſiam mons Imaus & montes Caſpij, cæterique paſſim montes, haud dubie nati ſunt. Aquæ autem poſt longam agitationem ab omni terra defecatæ, & in cavitates illas collectæ reſederunt, ubi terminum eis poſuit Deus, ut ait David Pſal. 103. v. 9. nimirum cum gravia omnia ad centrum mundi quam poſſunt proxime accedant, & aqua quæ fluxa & labilis eſt, non potens accumulata conſiſtere, quemadmodum terra poteſt, ſemper illa ad decliviorem locum labitur, quouſque in imo ad libellam ſe conſtituerit, unde, per ſe aſcendere nequit, niſi fundum occupante graviore. Inde fit ut aquæ omnes, non objectis altioribus repagulis in Mare defluant.

Hic jam cogitandum eſt, Solem Lunamque & reliqua ſydera eouſque collecta & compacta eſſe, ut in natura ſibi indita vires intenſiores habere incipiant, jam enim in tertium diem lucis claritate ac virtute naturali creverunt, proinde in exſiccanda terra plurimum illam adjumenti adferre certum eſt. Ventus etiam utcunque adhuc per aerem ſpirans, humores a ſole excoctos & extenuatos eluto eduxit, ut duabus de cauſis terra exſiccaretur, & in majorem ſoliditatem coaleſceret. Sic ut habet David Pſ. 24. firmavit Deus terram ſuper aquas, ſiccitate videlicet & ſoliditate, ſine quibus ipſa fluxilis permanſiſſet, & ad ima relapſa aquis natura ſua ſubſediſſet, ut pote gravior, & illas in altum cedere coegiſſet. Cæterum hanc terræ ſiccitatem, non abſolutam intelligere oportet, ſed mediocrem,

ad terræ

ad terræ ſtabilimentum,& ad plantarum creationem ſufficeret,ſiquidem ante quam plueret,creatæ fuerunt herbæ, quæ ſucco indigent, & homo ex luto formatus fuit die 6. Quin & hoc conſidera,ſi omnino ſicca fuiſſet Terra,non potuiſſet in altos montes attolli,& conſiſtere, humor enim aliqualis terram compingit,illo autem expers, omnino dilabitur,ut arena,neque etiam gignendis ijs quæ in viſceribus ejus efficere voluit Deus,idonea fuiſſet,Obſervandũ etiã hic eſt,quanta prudentia fuerit Creatoris in excavandis ſinibus illis, aquarum receptaculis,ita enim maria per univerſum mundum diſtribuit, ut omnia regna mundi inter ſe mutuo tractare commercia, & quæ natura aut ars dederit,quovis tranſvehere poſſint;tum ut quod maximum eſt,Terra,cum aquis collectis unam efficiens ſphæram, in ſuo æquilibrio permanſerit,alioqui enim,Terra non fuiſſet ſupra aquas firmata ſed plus ponderis in unam partẽ collectum, totam terræ maſſam verſus Centrum gravitatis & Mundi depreſſiſſet, aquaſque ex altera parte incumbentes illa terræ depreſſio altius in ſublime ſublatas defluere feciſſet,& terras proximas occupare. Poſtquam enim Terra aquis in eadem quantitate gravior eſt,neceſſe eſt primum terrę corpus per ſe in æquilibrio conſiſtere. Deinde maria orbem Terræ ambientia,& inter ſe communicantia ſic diſtribui,ut undequaq;in ęquilibrio jacentes,non plus ponderis adferant in unam ſphæræ medietatem,quocumque tandem circulo illam finias,quam in alteram illi oppoſitam. Si non communicaſſent maria,ſed quædam proprijs finibus concluſa manſiſſent,potuiſſet Terra aliquo modo,etiamſi non per omnia in ſe ipſa æquilibris conſiſtere.Quod enim in una ejus medietate defuiſſet ponderis,ſuppleviſſent aquæ in eadem concluſæ. At cum uſus & officium marium poſtularet, eorum inter ſe communionem, propter neceſſariam circumnavigationem, idem etiam poſtularet fluminum exoneratio, quæ per ſolam marium communicationem,æqualiter & juxta æquilibrium,in omnes ſphæræ partes diſtribui poteſt, neceſſarium in primis fuit,quod dixi,Terrę per omnia æquilibrium,neque potuiſſet aquis illud compenſari:illæ enim in parte leviore altius cumulandæ fuiſſent, quam in graviore, proinde & defluxiſſent, donec æqualem undique centro altitudinem nactæ fuiſſent.Quod ſi has aquas æquilibrium compenſantes,ita circumvallatas demus,ut effluere non poſſint, tamen duo inconvenientia ſequuta fuiſſent,unum quod corruptioni obnoxiæ, vicina infeciſſent, nec rebus humanis debitum uſum præſtitiſſent alterũ quod vel in viſcera Terræ exſuctæ,vel exhalatione paullatim extractæ,locũ ſuũ deſeruiſſent,& æquilibrium totius abſtuliſſent.Quod ſi ratione aliqua,ibi conſervari poſſe aquas contendat aliquis, reſpondebimus fruſtra per plura,operoſiora,inutiliaque ex reliquo media fieri,quod ſine hujuſmodi,& compendio, & utilius fieri poteſt.Quamobrem ſtat ſententia machinam Terrę in ſe ipſa æquilibrem eſſe, & ex conſequenti etiã mare, quod illius ſinibus continetur, tum etiam hoc continuo moveri, ne corrũmpatur & inficiat aerem, ac piſces interficiat.Quin etiam Terram intus ac foris diluit,ut munda & ſalubria ſint omnia,corruptione omni,motu & attritione conſumpta ac difflata.Hæc omnia importat Centri gravitatis & Mundi conſtitutio,quæ ſi a veteribus cognita & examinata fuiſſent,de novæ continentis quæ noſtro ſeculo inventa eſt,deque Meridionalis continentis,quæ necdum explorata polo Antarctico ſubjacet,ſitu & magnitudine prope verũ judicaſſent. Etenim cum Terræ veteribus cognitæ 180 gradibus longitudinis comprehendãtur,hoc eſt,dimidiam tantum ſphæram occupent, neceſſarium erat tantundem terrarum in altera medietate extare. Et cum Aſia, Europa & Africa pro maxima parte ultra Æquinoctialem,verſus Boream ſint ſitæ, neceſſe erat tantam continentem ſub Antarctico polo exiſtere, quæ cum Aſiæ,& novæ Indiæ,ſive Americæ partibus meridianis,reliquis terris æquiponderaret.

Terram ſic,ut dictum eſt,ab aquis ſegregatam & animalium vitæ apparatam Deus,Inquit Moſes,vocavit ERETZ, hoc eſt Terram, & aquas collectas IAM,id eſt Maria.Non eſt autem putandum quod ſtatim ſeparatione hac facta, hæc nomina protulerit,quemadmodum nec antea diei, noctis & Cœli nomina, cui enim ea dixiſſet, cum necdum homo cujus hæc opera cognoſcere maxime intererat,creatus eſſet : niſi quis Angelis dicta contendat. Cæterum aliud & grande myſterium hic inſinuari perſuaſum habeo:videlicet immenſæ dilectionis,amantiſſimæque & beneficentiſſimæ converſationis Dei cum homine, quem ſingulari propoſito ac ſtudio creavit, teſtimonium. Exiſtimo enim hanc nominum patefactionem non hoc die, ſed poſtea in familiari colloquio Adamo factam, ſignificare.Etenim cum Gen. 2.verſ. 19. Animalia ad Adam adduceret Deus,ut illis nomina inderet, non dubium eſt, quin latior ipſi ſermo fuerit,& de creatione rerum pluribus cum illo egerit,lucem,diem,noctem,Cœlum,Terram,Mare,Solẽ, Lunam,præcipuaſq;Mundi partes nominando,quo poſteris veram totius opificij hiſtoriam tradere poſſit, ut etiam illa ab Adamo ad Moſen uſque mediocriter conſervata fuit.ERETZ vocabulum(ut Auguſtini Eugubini verba referam)proprie deſignat,quod calcatur, a verbo RAZAZ, addita juxta idioma Herbraicum litera Aleph, quod conſilium creandæ Terræ demonſtrat. Creata eſt enim ut ab animalibus nobiliſſimis, quibus omnia creabantur, calcaretur. IAM,id eſt conſonans,fremẽs,tumultuans,ſit a verbo HAMAH, quod fremere,vociferare,ac ſtridere ſignificat. Igitur ex hac Auguſtini deductione liquet ERETZ & IAM,talem Terram,taleſque aquas,quales nunc ſunt Terra,quæ animalibus terreſtribus eſt pavimentum & euntibus,quieſcentibuſque ſuſtentaculum præſtat,ac Mare vaſtum,quod ex congerie fluminum collectum perpetuo fluit ac refluit, ſonitum ſtridoremque efficiens. Et quidem Terra cum a terendo dicatur,proprijſſime voci ERETZ,reſpondet. Adverte & hoc quod ibidem Auguſtinus monet,THEHOM ab eodem verbo HAMAH derivari,adeoque abyſſum frementem & tumultuantem ſignare,ex nominis ergo ſignificato intelligis ventum illum diſcretorium,de quo cap.7.differui ſtatim a principio in chao fuiſſe,nec alium ibi ſpiritum quam flatum hunc, totam molem exagitantem intelligendum eſſe,proinde & naturali partim modo diſcretionem aquæ & terræ factam fuiſſe.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT VNDECIMVM.

### *De creandorum quadruplici gradu & ordine.*

HActenus ea tantum ſunt creata,quæ ad generationem eorum pertinebant,quæ homini ad vitam ſunt neceſſaria,quæque eorundem domicilia erant futura,hoc eſt Elementa ex quibus, aut ea,quorum opera illa erãt generanda & ſuſtentanda.Dividit communis ſenſus creata omnia in tres claſſes,aut potius gradus,in ea quę ſunt,ea quæ vegetantur,& ea quæ ſentiunt:quę diviſio ſi recte intelligatur & expẽdatur,elegantiſſime ſpeculationi noſtræ convenit,eamque plurimum juvat,& ſapientiam adfert. In primo gradu non oportet nudam eſſentiam ſine omni forma & qualitate atque efficacia,qualem ſomniant primam materiam Philoſophi intelligere,nihil enim tale

creaſſe Deum oſtendi, ſed illa cogitanda ſunt, quę quacunque ſint virture aut potentia, tamen ſine omni ſunt motu,ita ut ubicunque ja ceant,ſtent,pendeant,immota per ſe maneant,nec augmentum ſibi ullum aſſumant,vel ut plenius dicam,quæ in ſe vim creſcendi non habent,ſed ut natura primum formavit,ita ſunt & manent, nihil in ſe vitæ habentia.In 2 gradu ſunt omnia quæ in ſeſe primum vitæ gradum habent,videlicet vim vegetandi & creſcendi,nec altius ad vitam aſcendunt. In 3 gradu ſunt quæ præter vegetativam,etiam vim ſenſitivam habent, ac propria virtute,pro ſenſus conditione,ſe movent.Huc uſque ex prima materia procedunt creationis gradus,& quia animum hominis,quo ſolo a brutis differt,non ex prima materia,ſed privatim & ſingulatim a Deo creari vulgo credunt,hominem ipſum cæteris animalibus annumerant, & in 3 creaturarum gradu comprehendunt. At vero cum ſuo loco oſtendero, etiam animum hominis ex prima materia per intermedios perfectionis gradus deduci, quartum in illo creaturarum gradum conſtituendum eſſe patebit. Eſt itaque primus gradus eorum quæ ſunt, 2 eorum quæ ſunt & vim habent vegetativam,primum vitæ gradum,tertius eorum quæ ſunt, vegetantur,& ſentiunt, atque ex ſenſu moventur voluntarie;quartus eorum quæ ſunt,vegetantur,ſentiunt & intelligunt atque ratiocinantur, aut breviter, 1 quæ ſunt, 2 quæ creſcunt, 3 Animalia quæ ſentiunt, 4 intelligunt & ratiocinantur, ſuperiores enim gradus inferiores complectuntur. In hos 4 gradus oportet philoſophantem diligenter animum intendere, & ordinem creationis his gradibus aſcendentem & progredientem obſervare. Neque tamen cogitandum eſt, omnia quæ ſunt primi gradus,procreata fuiſſe ante ea quæ ſunt ſecundi,non enim Lapides pretioſos & Metalla ante Herbas exiſtere neceſſe fuit. Hoc enim ſtatuendum eſt in primis, ea primum creanda fuiſſe, quæ hominis uſus mox poſtulabat, Gemmæ & Metalla etiamſi diu poſt hominem ſint nata, nihil incommodi adferre potuerunt. Verum dices mihi ante ſeptimum diem creata illa eſſe oportuit,recte dicis,ſed attende ea tum creata cenſeri,quando Terræ mandavit Deus iſta generare;Terra enim conſtituta eſt mater horum,& mater manet, penes ſe & ex ſe ſemen concipit, unde illa perpetuo generet,ac pro ſua fœcunditate ſuo tempore perficiat,at tarditas perfectionis novę ſpeciei generationem non remoratur, quia ipſa ultima eſt, nec conſequenter generat. Quod ſi Gemma Gemmam, & Metallum ſibi ſimile debuiſſet procreare, tum vim ſpecificam & ſeminariam oportuiſſet Metallo & Gemmæ indi, quod Creatoris erat non Terræ,ſic utique ante ſeptimum diem Gemmæ & Metalla perfecta eſſe,& virtutem ſpecificam ſibi a Deo inditam habere debuiſſent. Quod ſi ordinem in Geneſi Mundi expreſſum obſervemus, tertio id die cum herbis faciendum fuiſſe videtur,ſimilis enim fuiſſet in utriſque generandi modus,& uterque in eodem gradu vegetantium ſcilicet, numerandus fuiſſet, adeoque pariter adoleviſſent. Itaque cum horum ſeminaria ratio penes terram maneat,licet adjutrix & fortaſſe formatrix aliqua virtus ex cæleſtibus accedat, cenſendum eſt, horum creationem tum perfectam fuiſſe, cum ſeminaria ratio & vis generandi, Terræ a Domino impreſſa fuit, quod nihilominus eodem hoc tertio die,juxta naturalem rerum progreſſum,factum credibile eſt, cum Terra ſufficienter ſolidata fuit, & aſtra jam proxime ſuam formam compleverant. Nullum igitur inconveniens inde naſcitur, ſi Metalla & Gemmæ & quęcunque ſimiliter a terra genita,propriam ſui propagandi vim non habent,poſt aliquot demum annos, procreata dicantur,& fuerint,cum ratio ſeminaria & vis ſpecifica,principio Terrę indita fuerit,quę generationē complēt.

Hic jam duplex generationis ratio occurrit, quæ prudenter diſtinguenda venit, ut ne juſtus creationis ordo in Geneſi manifeſte conſpicuus turbetur,& ordinis quoque ratio per omnia conſtet. Vna eſt ipſius ſpeciei,quæ ſemper ſibi ſimile profert,ut equus equum,ovis ovem,&c.uſque ad finem mundi,quia ex propria ſubſtātia,& per propriam generandi vim,de cujus ſupra omnem modum admirabili myſterio ſequenti capite dicemus. Altera eſt quæ non ſibi ſimile,ſed ſpecie differens,pro qualitate ſpirituum diverſis generis concurrentium gignit.Sic Terra,Aurum,Sulphur,Plumbum, &c. generat.ſibi diſſimilia & alterius ſpeciei,cujus vim in ſe habet ex creatione,non autem poſtea nec aliunde niſi ab opifice Creatore acquirit. Vides ergo duplicem generationem ſpecierum, quarum quæ a ſpecie ipſa fit,ſpeciei etiam intra ſex dies creationis perfectionem requirit,quo ſpecificam illam vim generandi a Creatore accipiat,quam nec Terra,nec Cœlum,nec aliqua prius creata ſpecies dare poteſt,ſolius Creatoris eſt eam vim creatis ſpeciebus indere.Propterea verſu 22,etſi aquæ primas ſpecies piſcium & volatilium produxiſſēt,non totam illis totis earundem ſpecificam vim perpetuam & propriam fecit,ſed eandem vim in propria materia earundem ſpecierū ex aquis ſumpta,inchoatam cum animalibus ipſis perfecit ijſdemq; impreſſit atque indidit,dicens: Creſcite & multiplicamini,& replete aquas maris,volatile quoque multiplicet ſeſe in terra. Quę vero ſpecies hanc benedictionem non acceperunt, eæ neq; ex ſe multiplicari poſſunt, ſed accidentariam quandam generationem habent aliunde nimirum ex certo Elemento, aut Elementis quibus eam generationis vim Deus indidit,tunc haud dubie,cum perfectam ſpeciem nacta propriam quæque naturam propriumque ſpiritum adepta fuerunt,quemadmodum & animalibus perfectis eandem vim indidit. Quamobrem cum harum ſpecierum ſpecifica vis, Elementis jam perfectis impreſſa ſit,non opus fuit Lapides, Gemmas, Metalla & reliqua ejuſmodi, ante ſeptimum diem in conſpicuum proferre,eorum enim creatio jam in Elementis facta erat,nec ulteriore creatione opus habebant,eorum generatione naturaliter jam ab Elementis pendente.

Iam hiſce rerum gradibus conſtitutis,ſecretioris Philoſophiæ ſtudioſus diligenter perpendat,qui horum ſint nobiliores,& quo ordine,quibuſque & quot medijs,ad ſuæ ſpeciei perfectionem adducantur. Quoniam autem intellectus & ratio aliquid ſupra ſenſum & virtutem motivam addit,& hæc plus habet quam vegetativa,rurſus hæc primus eorum quæ ſunt ad vitam acceſſus exiſtit, facile intellectu eſt, hos gradus quo ordine enumerantur, eo etiam a natura formari ac nobilitari. Exemplum omnium in hominis generatione habemus, in quo vis ſpecifica a parentibus ſemini impreſſa, eique innata primum corpus & viſcera format,quæ tantiſper dum cor formatur in primo conſiſtunt gradu,at mox corde formato vegetam naturam induunt,& alimentū ad ſe trahere ac creſcere incipiunt,poſt hebdomadas autem circiter ſex tertium adepta gradum, ſe movent, ac tum quidem nullum intellectus ſive animæ rationalis veſtigium,in fœtu licet deprehendere,neceſſario tamen animæ rationalis ſubſtantia,etiam in primo conceptu illi adeſt,ſi generari illam a parentibus concedimus,at formatur tum illa adhuc,& poſtrema ut nobiliſſima perficitur. Procedit ergo omnis generatio ab ignobiliore ad nobilius, & ſummo cujuſque ſpeciei faſtigio perficitur, nec ultra aſcendit.Nihil enim ſuæ ſpeciei metam ſupergredi valet,quia vires ei ulteriores datę non ſunt, ſed benedictio generationis,ipſa ſpecie terminatur.Sic ea quæ ſunt tātum,quantumvis in ſuo genere nobilitate cetera excedunt,ad creſcendi tamen potentiam non pertingunt;quæ vegeta ſunt,alia quidem alijs ſunt nobiliora, verū ad ſenſum non perveniunt,& Animalia quorum in ſua ſpecie veſtigium eſt ſenſus & motus, ad intellectū non pertingunt, hic enim ſuperat omnia, & Dei refert imaginem. Hunc nunc eundem ordinem obſervabis, Lector, in rerum creatione ſervatum eſſe, hactenus enim creavit Deus ea quæ ſunt, deinceps ex his ipſis aſſumpta nobiliore ſubſtantia, creabit ea quæ ſunt ſecundi gradus,nimirū herbas & plantas,deinde Animalia,quæ ſunt tertij ordinis,& in his primum

mum quæ ex aquis ſunt & ignobiliora, poſtea terreſtria, quę ſubtiliore, & ſicciore, calidioreque ſpiritu dotata, ſubtiliora etiam ſunt ſenſu, & ad intellectum nonnihil accedunt, denique hominem ipſum, qui cæteris omnibus ratione & ſapiẽia dominaretur. Ita nobiliora poſterius creantur, quia nobiliore ac magis defæcata digeſtaque materia egẽt; & proinde tardius perficiuntur, natura quæ prius creata eſt, juxta ſuum genium & modum ab idea Dei inditum ſemper operante. Eſt autem idea Dei Opus ſapientiæ ejus, voluntas ordinis, virtutis & proportionis, rerum creandarum & ſuſtentandarum. In ſumma, ſi quis intentius ordinem rerum perſcrutetur, & ſpecierum communionem differentiamque conſideret, intelliget creationem rerum ab ima & ignobiliſſima ſpecie ſic fere ſurſum aſcẽdere, quemadmodum arbor primum unicum habet truncum, in quo omnia quæ ſunt a radice ad ſummum uſque, ſunt unum communione ſpeciei, ſingulis interim partibus ſuas in eo venas habẽtibus, cum vero ad aliquã differẽtiam incipiunt accedere, fit prima trunci diviſio in ramos, ramus deinde quilibet unus aliquandiu exiſtens, donec in diverſum illius venæ abeant, fit ſecunda diviſio, ac ſic deinceps, donec ad extremos ramos & fructus perventum fuerit. Ita chaos unicus omnium ſpecierum creãdarum eſt truncus, radicem & initiũ in univerſali idea creatrice, quæ eſt in mente & voluntate divina, habens. In hoc trunco omnia adhuc unum ſunt, in ſeminaria ratione chai latentia & communicãtia; porro ut univerſalis illa idea creatrix rerum, per diviſionem in determinatum ſpecierum numerum & formam ſeſe paullatim aſcendendo dividit, ita ex una ſimplici incompoſita ſpecie chai, paullatim ſpecierum differentię oriuntur: tantiſper enim omnium deſtinatarum ſpecierum ſubſtantiæ una manent, donec in eo quo communicant perfecte ad differentiam vergunt, inde quæ adhuc communicant, uno ramo contentæ cohęrent, donec in propriæ ſpeciei viam perveniant, ſuam quæque altiſſimam ſive extremam & perfectam ſpeciem ſectantes, ſic omni undequaque veluti per omnes creaturæ ramos facta excoctione, diſtillatione, defæcatione, extenuatione, ſublimatione, aut quocunque tandem modo actus iſte ad ſupremum operationis ſcopum tendens nominandus eſt, tandem ad ſingulas ſpecies cõceptas pervenitur. Cæterum id memoria tenendum eſt, quæ ſuperioris ſunt gradus tardius perfici, quandoquidem per intermedios gradus aſcendunt. Sic animal cum tres aſcendat gradus, nimirum per eſſe, & per vegetam ſpeciem uſque in ſenſum & motum, neceſſe eſt vegetantia uno gradu prius perfici. Ita enim de idea illa in Deo univerſali cogitandum eſt, illam in creatione ita ſuas impreſſiones facere, ut a trunco incipiẽs, ordine inconfuſo ac recto tramite, paullatim per nobiliores & nobiliores ad ſummæ ſpeciei productionem tendat, & quę unius ſunt gradus ſimul perficiat. Deinde quæ ſequentis & nobilioris, ut in creatione plantarum, Animalium & Hominis videmus. Iam ſpecies quæ in uno gradu conſiſtunt, ſive unius ſunt generis, ut in plantarum genere ſalix & quercus, gradibus quibuſdam excellentiave aut nobilitate inter ſe diſtinguuntur, quamobrem perfectius aut nobilius quid, tardiuſque effectu eſt in uno quam in altero, inde fit quod tardius quercus quam ſalix creſcat & adoleſcat. Non minus tamen quercus quam ſalicis creatio tertio die fuit abſoluta, nam ut mox videbimus vis ſpecifica ſimul cum germinante herba nata, plantæque per ideam formatricem impreſſa eſt, duobus enim his creatio eorum quæ ſibi ſimilí ſunt gignitura, abſolvitur, ſpecie ipſa & ſpecifica, hoc eſt propagandi ſpeciem virtute, quæ deinde ſequuntur incrementa & fructuum generatio, opera ſunt ipſius ſpeciei naturalia, virtutem illam & creationem conſequentia. Hic autem meminiſſe oportet, quod ſeptimo capite diximus : Mox ut materia rei alicujus parata fuit, ſimul ſpecies rerum inde creandarum nata eſt, tametſi res ipſa ſerius adoleverit, ut Sol primo die cum lucem Deus crearet, creari cœptus eſt, cum quarto demum die perfectus fuerit; ſic paratis aquis, tertio die ſpecies piſcium creari cœperunt, & exſiccata terra ſpecies animalium terreſtrium, cum hæc quinto demum die perfecta fuerint, ſic tertio die ſpecies quoque Herbarum & Plantarum creari cœpta eſt, licet quarto demum die abſolvantur. Moſes enim tempus abſolutorum operum tantum notat. Simul ergo ſpecies plantarum & terreſtrium animalium, perfecta eorum matre Terra, natæ ſunt, ſed quæ, ſolidioris erant ſubſtantiæ tardius abſoluta, ut quercus quarto die ſerius adoleverit quam herbæ. His de gradibus & ordine rerum creandarum conſideratis, ad plantarum creationem veniamus, quæ eſt altera pars operis diei tertij.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT DVODECIMVM

### *De Herbarum & Arborum creatione, & Spiritali ſubſtantia.*

POSTQVAM tertio die, primo ſeparavit aquas, quæ ſub cœlo ſunt a terra, durante adhuc flatu alterum opus hujus diei ſequitur, creatio Herbarum, de quo nunc agemus. Quandoquidem homini & cæteris animalibus ex Herbis & fructibus vivendum erat, ad ſecundum rerum gradum, qui eſt primus vitæ, procedit creatio, & quia in illorum alimentum erant tranſitura, modum invenit Deus, quo multiplicarentur per ſemen, & vim ſpecificam, quibus Deus benedixit, ut ſufficerent omnibus animalibus, etſi enim non addatur benedictio multiplicationis, ea ſatis intelligitur facta ex eo, quod reliquis creaturis eam adjecit, & ver. 29. 30. omnibus animalibus ea in eſcam donat. Benedictio autem quæ exprimitur, piſcium & avium eſt ver. 22. Creſcite & multiplicamini, & replete aquas, & terram. Et hominibus dicit, v. 28. Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, atque dominamini piſcibus maris, & volatili cœli, & omni beſtiæ reptanti ſuper terram. Parata igitur Terra ad generationem dixit Deus: Germinet terra germen, Herbam producentem ſemen juxta ſpeciem ſuam, ut habet ſequenti verſu, hoc eſt, ex quo ejuſdem ſpeciei herba naſci poteſt, & Arborem fructiferam, facientem fructum juxta ſpeciem ſuam, cui inſit ſemen ſuper terram, hoc eſt, faciat fructum in quo naſcatur ſemen ejuſdem ſpeciei, interea dum creſcit arbor ſuper terram, ex quo ejuſdem ſpeciei naſci poteſt arbor. Cum inquit germinet, certum eſt non ſtatim, ut dixit, Herbam & Arborem perfectam fuiſſe, ſed ex puncto & veluti atomo terræ, non aliter quam ex ſemine (quod exiguum cum ſit, omnem tamen virtutem ſuam in minima ſui parte & gemmula, quæ altero fine comprehenditur & latet) per ſpecificam Dei ideam & benedictionem pullulavit, germinavit, & ſenſim in adultam plantam aut arborem excrevit.

Poſtquam nunc ad primum gradum vitæ pervenimus, neceſſe eſt ſpiritalis ſubſtantiæ, a qua vita ſuam originem habet, naturam & conditionem rimari & proſequi. Vt omnia per evaporationem & exhalationem ex chao, orta

dixi a capite ſexto, deinceps ita paratis nunc Elementis ad generationem, & cœleſtibus ad influentiam, virtutum atomos ſive minimas particulas Aquæ & Terræ aſſumpſit Omnipotens Creator, quibus ſpecificam vim juxta ideas & pro numero idearum in ſapientia ſua comprehenſarum indidit, & addidit ſibi ſimile generandi benedictionem, ut multiplicarentur eadem perpetuo ſpecie conſervata. Eſt autem ſpiritalis ſubſtantia, nobilior cujuſque Elementi aut corporis generativi pars, quæ attrahendo alimentum, in ſuam naturam convertendo, & ad incrementum corporis protrudendo vim ex benedictione & natura habet. Sic Terra, Aqua, Aer, & cætera corpora ex ſe ſpiritalem ſubſtantiam exhalant mediante calore, quæ a ſpecifica ſeminis ſubſtantia, in eandem naturam & ſpeciem convertitur, & incrementum, aut motum, aut ſenſum pro conditione ſpeciei ſuppeditat. Similis ſubſtantia cum viſceribus Terræ generatur, & intra Terram ſuam ſpeciem profert, non incrementum ſpeciei adfert, ſed in ipſam coagulatur & colligatur, inſolubilis ab ea, nec aliorſum exhalat, nullum ſui odorem nec virtutem effundens, niſi attactu & operatione permanentis qualitatis. Sic Aurum in quantitate ſpiritalis ſubſtantiæ coagulatur, nec accipit incrementum, quin potius a calore ſulphureo contrahitur, ut fiat ponderoſiſſimum, Lapides ſimiliter generantur. Herbæ & Arbores cū creſcere debeant, molle & ductile alimentum habent, proinde & odores & virtutes exhalant, & tandem paullatim conſumuntur, cum creſcendo maturuerint. Hæc ſpiritalis ſubſtantia ſola eſt, quæ ſpeciem ſervat: (intellige quæ in planta eſt, non quæ extra) hęc enim primum ab illa attracta mutatur in ſpeciem, deinde alit & conſervat, & quamdiu nihil ipſam ſpeciem corrumpit, tam diu alit, ſemper eoſdem characteriſmos, foliorū, florum, ramorum, fructuū, odorem, ſaporem, calorem & reliqua accidentia conſervant, adeo pertinaciter, ut ſi ſurculus vel gemma alteri plantę inſeratur, ibi quoque ſuam indolem ſequatur, omne alimentum in ſuam ſpeciem mutando. Quodlibet autem alimentum ſic attractum in formam ejus partis, ad quam ultimo pervenit, mutatur. Sic ſuccus Arboris cum ad fructum pervenit in ſpeciem fructus mutatur, cum ad folij, in folium abit. Et alimentum Animalis cum ad epar ultimo attractum eſt, in epar tranſit, cum ad muſculi alicujus radices in ejus ſubſtantiam tranſit, & ſic de omnibus: quodque autem membrum ad ſe trahit, quod illi magis eſt idoneum. Quædam autem quæ corpori alendo inidonea ſunt, natura expellit, alia in crines, alia in ungues, alia in ſcabiem, alia aliter, aut plane extra corpus. Quædam quæ occulta vi viſceri alicui ſunt appropriata, naturali affectu eo tendunt. Propterea divina admodum res eſt, iſta ſeminaria & ſpiritalis ſubſtantia, in qua omnis ſpecifica vis & conſervatrix virtus a creatione ineſt, in qua omnis corporis motus animali neceſſarius mediante corde cietur. Cor autem primum ab ipſa formatur in meditullio animalis, ut omnibus ejus extremis illius virtus ſit præſto, & ſemen ſimile ad generationem præſtat, ut ejuſdem ſpeciei maneat continuatio uſque ad finem rerum. Illud autem ſciendum eſt & conſiderandum, ipſam ſpeciem non ab Aſtris fluere, ſed ab eo cui Deus primum indidit, & ad generationem benedixit: adjumento quidem ſunt Aſtra, ſed omnium ſpecierum origo & radix eſt in his inferioribus. Cum autem Mundus hic ſit ut veluti unum corpus, partes inter ſe harmonicas & in unum conſpirantes, quemadmodum & ſingula animalia, habens, ad cujus & Dei exemplar, Homo tanquam Microcoſmus ſit conditus, & imaginem Dei referat, & œconomiam partium ſimilem, credibile eſt, Mundum quoque Solem tamquam ſuum cor habere, veluti principium omnis vitæ, & a principio cum lux crearetur, initium habuiſſe, & idem officium in Mundo, intra convexitatem Firmamenti præſtare, quod cor in homine, omnia ſurſum & deorſum ſuo calore & lumine fovendo, & propterea in medio illius Mundi (paulo altius ut cor in homine) conſtitutum eſſe.

# FABRICAE MVNDI.

## CAPVT DECIMVM TERTIVM.

### *De Ligno vitæ.*

SEminariam talem ſpeciem toto terrarum Orbe, ibi ad hoc idonea erat Elementi temperies, dedit, ut, nuſquam illius ſpeciei virtus deeſſet, non enim locum mutant Plantæ, & Animalium modo, per terras ambulant, ſed ſuo loco conſiſtentes ſemen maturum ibi proijciunt, neque tranſplantandi hominibus data fuit cura, ut quibus omnia ſponte offerebantur neceſſaria. Cumquenihil fruſtra & ſine cauſa ſapientia Dei crearit. quod non ad aliquam vitæ neceſſitatem ſit utile, certiſſimum eſt nullum eſſe morbum, nullum Naturæ defectum, cui non propitio remedio proſpexerit. Quamobrem tot ſpecies Plantarum pullulare & enaſci fecit, quot conſervandæ & ſuſtentandæ Hominum vitæ & omnium Animalium opus erat, & Lignum vitæ in medio Paradiſi collocavit, ut Homo quouſque mandati exercitio & obſequio divinior factus, in Cœlum transferretur, ejus uſu vitam ſalubrem conſervaret: ſic & bruta Animantia ſuæ naturæ ſubſidiū quærunt, Hirundo Chelidonium, Catus Nepetā, Bufo Plantaginem & Salviam, Canis Gramen, Teſtudo Cunilam, Muſtela Rutham, Ciconia Origanum, Perdix Parietariam, quę & Perdicium dicitur, Accipiter Hieracum, Columba Verbenacam, Pica quoq; ægrotans dicitur Laurifolia in nidum congerere, quo morbos illos arceat, ſic Cervos credimus Dictamum herbam, quod ejus paſtu telum ejeciſſet, ſagittarum vulneribus mederi, oſtendiſſe. Cervas Seſeli herbam demonſtraſſe arbitramur, & Fœniculum nobilitaſſe Serpentes, nam guſtatu & eſu ipſius ſenectam exuere, oculorumque aciem ſucco ejus reficere ſcimus, quod & pluribus licuit oſtendere, quandoquidem natura ipſa Animantia docta, plurimarum Herbarum vires ſibi cognitas mortalibus indicarunt. Tales aut ſpecies Plantarum in quaq; regione creavit, quales hominibus & animalibus ibidem natis, temperatura convenirent, quod comperimentis ſæpenumero probatum eſt, ita ut ex ſola Plārum naſcentium frequentia animadverti fere poſſit, quibus morbis popularibus, nimirum ἐνδημίοις, quælibet regio ſubjecta ſit. Ita apud Danos, Phriſios, Hollandos, quibus Scorbutus dictus morbus frequens, iſtius quaſi propriū medicamentum Cochlearia ſcilicet copioſe provenit. Ita ubi in paludoſis locis Tamariſcus natale ſolū agnoſcit, plerūque lienis ibidē vitijs expoſiti ſunt Incolæ, quod ex lurido colore, qui in tumeſcēte cute illius effloreſcit, hypochondrijſque inflatis videre licet. Eodem modo obſervatur, quibus in pagis circa ſepes in arcis frequens Abſynthium luxuriat, in iſdem habitatores naturalium viſcerum obſtructionibus, ventriculi infirmitate, ſuffuſione bilis plurimum affectos, ut facile, niſi prædictæ herbæ uſu, viſcerum meatus reſerentur, exterſaque bile eadem robo rentur firmenturque in Icterum primum, paulo poſt in Aquam intercutem exorbitent. Et licet quędā ſint inimica & venena qui

nena quibuſdam, ſuo tamen modo adhibita, ſunt ſalutaria; ſic ex peſſimis venenis fit nobilis theriaca, & nihil eſt tam alienum a natura hominis conditum, cujus uſus alicubi non ſit utilis. Nunc de ſemine agamus. Ex atomis Terræ per opus ſapientię, ideam Dei ac benedictionem, creavit Deus Herbas & Plantas; ſic autem creavit quemadmodū nunc ex ſemine illa naſcuntur, eadem enim eſt primæ generationis, quæ ſecundę, operatio, cum ſit & maneat eadē ſpecies.

Quemadmodum ergo ex ſemine naſcitur Planta, ita & ex atomo Terræ, per ideam formato in certam ſpeciem, & e contrario. Ex ſemine autem gemmula altero fine comprehenſa, qua parte ſeminis apicem facit, humorem terrę aut aquæ attrahit & radiculam unam aut plures facit, pro ratione ſpeciei, perque eas alimentum attractum in alterum ſui finem, truncum generat, & conſequenter, quæ trunco adhærent rami & folia; ſpecifica autem vis eſt in gemmula illa, quæ omne attractum alimentum in ſuam naturam & ſpeciem mutat. Eadem eſt ratio in atomo terreo formato per ideam, non enim aliter ſuam germinationem facit, quam ſemen. Porro illud alimentum attractum ut magis ſurſum fertur, magis etiam ac magis in formam ejus, quod inde naſcitur alteratur, in ramos a trunco diviſos, in folia, in florem, & in fructus. Perfectiſſimus omnium eſt fructus in quo abſolvitur ſemen, quod ad multiplicationem ſpeciei datum eſt. Et ſuperiora per calorem ad adcreſcendum excitata, ſuccum ab inferioribus trahunt, radix autem non potens ſufficiens alimentum ſuperioribus adminiſtrare, novas attrahendi colligit radices, per quas copioſius alimentum colligit. Hinc conſequitur, quæ plantæ plures habent radices, eorum ſuperiora majore alimento opus habent, & fructus ſunt humidiores, niſi radicum potior ſit uſus, quam Fructuum, in quo Sapientia Divina animalium uſui providit: ſic Herbæ, quarum radices eſui deſtinatæ ſunt, plus ſucci attrahunt, & radices ſucculentiores ſunt & craſſiores, natura præcipue radicibus incrementum non Herbis procurāte: & quę longiores ſunt, eæ ſiccioris pinguioriſque fere ſunt ſubſtantiæ, ut quæ ſiccius alimentum in profundo quærunt. Multa ex accidentibus, & proprietatibus radicum obſervari poſſunt, quæ ad naturam, earundem & Herbarum, diſquirendam pertinent. Defertur autem ſuccus attractus in Herbis ſurſum, per partes nondum alteratas, in Arboribus vero per corticem, utpote ſpongioſum magis, donec ibi longiuſcula mora alteretur a vicina parte, & quod nobiliſſimum eſt & defæcatius, ſurſum in flores, fructus & ſemen attollitur. Multæ hic indaganti occurrent ſpeculationes. Quod vero ſic, ut dixi, ſurſum feratur ſuccus attractus, docent nos inſitiones ſurculorum in Arboribus, in ijs enim attractus humor primum ſurculorum cortici, communicatur, ibi moram faciens cortices ſurculorum corticibus ſtemmatum unit, poſt lignum ligno connectit, ſed ſpecies quę in ſtemmate eſt, mutatur in ſpeciem ſurculi inſerti; ſic juxta mandatum Dei eadem ſpecies ſemper eadem producit, ſive ex ſemine, ſive ex ſurculo inſito, & conſequenter juxta illius ſpeciei naturam ramos, folia & fructus ac ſemen profert. Non inutile etiam conſideratu eſt, quanto tempore; & quanto a terra interſtitio, fructus & ſemen adoleſcat, & quibus humoribus plantæ circa radices delectentur, quos refugiant, & ſi poſſibile ſit quo pacto ſuccus alteretur per ſingulos gradus, in radice, in trunco, in folijs, in floribus, in fructu, in ſemine; ſic enim ſpeciei natura exactius dignoſceretur; ſaltem hoc in confeſſo eſt, alimentum plantæ multo nobilius eſſe in fructu quam in planta, nobiliſſimum autem in ſemine, ut quod ſcopus eſt totius creationis illius ſpeciei.

Ex jam dictis colligitur, alias Herbas & Arbores in alijs regionibus creatas eſſe, & experientia docet, alias in America ſive Nova India eſſe, quæ nuſquam in hac noſtra Continente, Aſia, Africa & Europa reperiuntur, quæ tantiſper in hominum uſu non fuerunt, donec eo aliqui emigrarent, quod poſt ætatem Chriſti & Apoſtolorum factum, opinor: ſimiliter & Animalia ibi ſunt, quæ in noſtra Continente minime inveniuntur, quæ haud dubie a creatione Mundi ibi extiterunt, unde ſuſpicor eas Terras diluvio obrutas non fuiſſe, cum hominem delere vellet Deus, Gen. 6. uſque ad v. 7. non enim ibi erant Homines, proinde nec Animalia ibi creata, ibique habitantia delenda erant, ut periret Homo quem condidiſſe pœnitebat, propter cauſam in Animalibus non repertam. In iſta vero noſtra Continente perire animalia debuiſſent, niſi aliqua in arca fuiſſent ſervata, quia in aquis vivere non potuiſſent.

Quum igitur virtutes Ligni vitæ, ſparſim toto Orbe condidiſſet Deus, eadem opera utrique hominis ſtatui conſuluit, obedientiæ & peccati, nec vis Ligni vitæ in Paradiſo, aut per Orbem ſparſa, fruſtranea fuiſſet. Impleto enim Hominibus Mundo, non omnibus ad Lignum vitæ patuiſſet acceſſus, ſed æquivaluiſſent Herbæ ac Plantæ ſparſim natæ, & fuiſſet Homini certus delectus, & benedictio omnem morbum avertiſſet. Cum igitur ad uſum & miniſterium Hominum ſapientiſſime creata eſſent, in ſuperiore ſimul ac inferiore Mundo, quam pulchra harmonia tum fuit? ubi ima ſupremis conſentiebant, & ab illis opem exſpectabant, ſuprema imis ſua dona conferebant, & omnia homini ſubſerviebant, donec a Deo in cœleſte habitaculum transferretur. Hæc œconomia, hæc pulchritudo ſtatus inviolata permaniſſet, ſi Adam non peccaſſet, eadem tamen harmonia, ſi quis diligentius attendat, in primæ naturæ veſtigijs adhuc deprehenditur: nihil enim tam exiguum eſt quod non alicui ſerviat & a perfectiore dependeat, omnia propter hominem ſunt, ad ſcopum ergo cum omnia tenderent, & ſcopus ille, Homo inquam, ex varijs partibus conſtaret, quæ tamen conſentientiſſimam inter ſe harmoniam ſervarent, ut pote in qua vita conſiſtebat, alia ſtomacho, alia epati, alia cordi, alia ſanguini, alia renibus, &c. ſubſerviebant, quamobrem tot erant ſimplicia aut Plantæ quot viſcera in homine, & quot viſcerum affectiones. Et quum unumquodque ens, attractum alimentum in ſuam ſpeciem mutet, & ſint diverſæ ſtationes in corpore humano, & diverſæ viæ ad ſingulas extremas ſtationes per quas alimentum meet, puta in ventriculo, in epate, in ſanguine, in liene, &c. ea ſimplicia ſunt fortiora, aut citius tanquam amica medias ſtationes permeant, quæ virtutem ſuam integram ad extremas deferunt, ubi operantur, quæ vero illic a Natura alterari non poſſunt, ea aut venena ſunt, aut Naturæ moleſta. Quæ in primis ſtationibus alterantur, amica ſunt naturæ, aut exiguæ virtutis. Quæ integra virtute ad extremas ſtationes penetrant, amica naturæ exiſtentia, ea ſunt quæ illi membro aut viſceri magis ſunt appropriata, & quoſdā characteriſmos habent, ex quibus dignoſci poſſunt, ſi quis diligentiſſime perſcrutetur. Videmus enim eas quæ magnam naturæ ſimilitudinem habent, etiam in figura communicare, ſicut Cepæ & Allia, & quæ his ſimilia ſunt, bulbos habent pro radice, & ſimilem fere herbam ſurſum generant, ſi flores colore differunt, hoc pro ſingularū peculiari proprietate & aliquali differentia fit. Sic multæ ſunt Herbæ & Arbores, quæ folia in ambitu dentata in modum ſerræ, habent, quæ eadem de cauſa ſic germinant, proinde ſimile aliquid habent in Natura, in quo conveniant: multæ item Herbæ & Plantæ, folia in ambitu minime dentata, ſed ęqualiter circumſcripta habent, multa dentata in accumen abeūt, multa in rotundos veluti globulos, ut Ruta, multa in aciem duram & pungentem, veluti Taxus, omnia diligenter obſervanda, ſiquidem non caſu talia ſunt: ſed ita perpetuo producente Natura: quamobrem cum nihil temere natura producat, & ejuſdem figuræ eadem perpetuo creata eſt cauſa, neceſſe eſt multa certa ſpecierum lege ſimilia eſſe & Naturæ aliquo modo communicare. Amplius cum cœleſtium & terreſtrium in eundem ſcopum, hominem, ſit conſpiratio & ſocietas, cœleſtia autem ſint æterna, ſpecies etiam in hoc inferiore Mundo ſint ęternę, eaſdē ſemper in figura & forma generationes habent, & ſingulæ a proprijs in Cœlo cauſis dependent: utile eſt in characteriſmos plantarū intendentes, multa in unū

aſtrum reſpicientia, multa item ejuſdem Naturæ apud Medicos peritiores participia colligere, & perſpicere, inquibus figura, colore, ſapore, cæteriſque qualitatibus ſibi mutuo reſpondeant, ſic enim ex ſimilitudine de natura rerum judicare diſcet. Eſt enim cujuſq; naturæ proprius character, quem perpetuo ſervat, aſpirante conſimili in Cœlis natura. Hæc pro mea qualicunque ſpeculatione lectorem admonere volui, quo rem longe utiliſſimam, in qua Salomon multam laudem 3 Reg. 4. cap. v. 33. adeptus eſt, ſuis ſtudijs adjuvet. Quæ enim præ oculis ſunt, & perpetuo eandem legem Naturæ, in figura & forma ſectantur, quidni ſtudio & induſtria perveſtigari poſſent? Operoſum quidem eſt, ſed omnia vincit labor. Audivi ego induſtrie & ſolerter admodum, de Herbarum characteriſmo diſſerentem Illuſtriſſimi Principis Iuliaci Medicum doctiſſimum, Reinerum Solinandrum, qui utinam in tam neceſſaria Philoſophiæ parte pergat advigilare (ſi quiſquam poteſt, ille poteſt, qua eſt dexteritate ingenij in perſcrutanda Natura, & cauſis rerum) brevi apodixes characteriſmorum haberemus, & occultas ſingulis viſceribus appropriatas.

Itaque dum ubique virtutes Ligni vitæ conſtituit Deus, recte Pſalmiſta inquit Pſal. 110. Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates ejus, ſemper ad ſcopum præconſtitutum opus ſuum dirigit, ſive primo mandato obediat Adam, ſive non obediat, idque in ſumma Sapientia, Miſericordia, Bonitate & Iuſtitia.

Poſtquam pro meo exili intellectu de Natura & varietate Plantarum egi, unum eſt ſummum naturæ miraculum quod tam multa quæ ſunt in ſingulis ſpeciebus, verbi gratia, magnitudo, forma, figura, odor, ſapor, color, folia, nervi, radices, cortex, vis, & infinita quæ uni plantæ inſunt, in tam exigua ſeminis gemmula, quam dixi, latet: vis enim tota ſpeciei, in illa gemmula abſconſa eſt, cum gemmula illa nihil in ſe talium habeat, ne veſtigium quidem ullum, ſed ſit totum homogeneum, & ejuſdem plane naturæ appareat; quamobrem mihi recte judicare videor, ideam ſimpliciſſimam quæ principio formavit ſemen, adhuc ſpeciem comitari, & eandem operam continuare, quouſque ceſſet generatio. Et hoc eſt quod Chriſtus dixit: Ioh. cap. 5. v. 17. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor, quo licet ſabbathum a creatione ſit, non tamen a ſuſtentatione creaturarum, ſed quod opus illud duret uſque ad finem rerum. Non video quid aliud hic dici poſſit. Qui hujus ſpeculationis ſtudioſus eſt, præcipue attendat, quæ accidentia cuique ſpeciei ſint propria, & horum cauſas, ſi poteſt, perquirat, in primis de figura & ejus incrementum a radice uſque ad ſummmum pro ordine, fiat, reſpiciat, quo pacto per corticem, per venas & nervos foliorum, uſque ad ambitum eorum procedat & diſtribuatur, & cujuſque naturę characteriſmum proprium, tandem haud dubie inveniet. Finis tertij diei.

# FABRICAE MVNDI.

## CAPVT DECIMVM QVARTVM.

### *De Luminarium creatione.*

### QVARTVS DIES INCIPIT.

CReatio Luminarium licet quarto demum die perfecta fuerit, primo tamen die creari cœperunt, id liquet, quia non eſt aliud lumen quod diem a nocte diſtinguat quam Solis, ut v. 14. proprietas illi adſcribitur, & jam tres dies elapſi ſunt, quare illud lumen, quod primum diem a nocte diſtinxit, haud dubie Solis futuri lumen, fuit ſparſum adhuc, ſed contractum in Hemiſphærium Cœli, totum chaos ambientis, & ab initio ſuper Polis Mundi verſatilis, ita ut primo die ſimul cum luce Cœlum ejuſque motus creari cœperit: verſu enim 4 diviſit Deus lucem a tenebris, quod non niſi collectione luminis in unam partem Cœli, ejuſque circumductione in Paradiſo, diem & noctem præſtare poterat; quia igitur dies noctem ſequitur, incidit creatio lucis primum in illam medietatem, quæ erat ſub Horizonte Paradiſi, ubi intenſior & collectior facta motu in Occaſum facto, ab Orientali Paradiſi parte ſupra ejus Horizontem aſcendit & diem fecit. Quarto autem die collectio ſubſtantiæ Solis & Lunæ & Stellarum demum perfecta fuit. Moſes enim tempus abſolutorum operum deſcribit, quod a perpetua voluntate Dei dependet & definitur. Debuit tamen Sol quem cor mundi eſſe dixi duodecimo cap. ante omnia creari, ut in Animalibus, proinde cum prima lucis creatione inchoatus eſt. Sol autem lucidiſſimam ſubſtantiam nactus dominium diei obtinuit, Luna noctis, ut quę non ſuo lumine noctem illuſtrat, ſed Solis: habet tamen etiam proprium lumen, ſed exiguum, etiam in univerſali ejus Eclipſi, Aere claro, adhuc apparet ejus circulus, ſed luce admodum tenui; Stellæ autem & reliqua aſtra intenſius lumen habere videntur, ſed longe infra Solem. Illud obſervandum eſt quod Luminaria collocata ait in expanſione Cœli, & v. 7. expanſionem vocavit Cælum, unde colligitur chaos multo minus creatum eſſe, quam nunc ſit Mundus, & ex Aphar ac veluti luteo abyſſo chai, eductam & extenuatam materiam ſurſum latam eſſe, & paullatim ut longius a Centro receſſit, ſubtiliorem & nobiliorem factam & expanſam, craſſiora Elementa circumdediſſe: ita Cælum Empyreum ſubtiliſſimum & nobiliſſimum factum eſt, utpote Thronus Dei, & Habitaculum Beatorum, ſub illo primum Mobile Cælum paullo craſſius & ignobilius, ſub illo reliqui Cæli & Planetæ, quanto terræ viciniores, tanto denſioris ignobilirioſque ſubſtantiæ, minus expanſæ, ita ut craſſiſſimum ſit Lunæ Cœlum, & conditione Elementis proximum. Hæc expanſio facit ſuperiora leviora, & ſegregatio a craſſiore nobiliora. Porro lucida materia quæ Aſtrorum & Luminarium ſubſtantiæ parabatur, non extenſa ſed contracta fuit, ut tanto fortius lucerent & conſpicua fierent, ita fit ut aſtra denſioris ſint ſubſtantiæ quam reliquum Cælum, æque tamen levis, quod igneæ, & denſioris quidem, quo fortior & potentior ſit lux & radiorum ab alijs aſtris projectorum reflexio, quæ noctem illuſtrat, præcipue a Luna reflexa, Solis autē directa lux diem a nocte dividit. Præter hæc duorum Luminarium officia additur, ut ſint in ſigna & tempora, & dies, & annos. Hic Aſtronomi per ſigna intelligunt certos ſyderum aſpectus, per quos futura deſignātur, ac toto errant cælo, longe majus eſt cujus cauſa hæc Luminaria ſunt condita, quam varia Aſtrologorum vaticinia, nimirum ut homines quos Deus in ſuo ædificio collocavit, Omnipotentiam & Bonitatem Creatoris ſui cognoſcere diſcerent, quod David Pſal. 18. v. 1. luculenter indicat, dicens: Cœli enarrant gloriam Dei, & hæc (quæ cum admiratione ſpectantur) opera manuum ejus eſſe annunciat, firmamentum. Et Paulus ad Rom. 1. v. 18. in eandem ſententiam de gentibus loquens: Quod, inquit, de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis, patefecit. Siquidem quæ ſunt inviſibilia illius, ex creatione

Mundi,

Mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur, ipſaque æterna ejus potentia & divinitas. Sunt ergo Luminaria duo hæc prę cipue in cœlo conſtituta, ut per hæc Dei opera, Omnipotentia, Majeſtas, & Divinitas Creatoris, hominibus innoteſcerent, non ut vanitati Aſtrologorum ſerviant. Sunt præterea data ad deſignationem temporum, quãdo illa ſunt mutanda, ſic finem temporum, & Mundi judicium, indicabunt, cum obſcurabuntur ac diſſolventur. Sic tempore paſſionis Chriſti, cum tempus legis mutandum eſſet, admirandam Solis Eclipſim Dionyſius Areopagita vidit. Et Ioſue admirandam Dei manum ſenſit per Solem, Ioſue cap. 10. v. 13. Sunt item poſita, ut dies & annos definiant, deorſum inquam illuminant terram etiam, Stellæ quæ nocte cœlum ornant, & Solis annuum ambitum ſuo poſitu monſtrant. Finis quarti diei.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT DECIMVMQVINTVM.

### *De Creatione Piſcium & Volatilium.*

### QVINTVS DIES INCIPIT.

Secundo gradu rerum creato, jam de tertio agitur, de ijs quæ ſunt, vegetantur & moventur, & primum de ijs quæ ex aquis, quæ minus ſolidæ ſunt ſubſtantiæ facilius creſcunt, & minus duiturnæ ſunt vitæ, quæ in multas ſpecies dividuntur, & ſingulæ ſuæ ſpeciei ſemen intra ſe generant, ex quo maturo & projecto, eadem ſpecies naſcitur, cujus libet autem ſpeciei individua, eoſdem ſemper characteres habent, adeo ut idem ſemper ſit numerus & figura oſſium, idem color eadem forma corporis, & reliquorum membrorum, eadem vis & natura & ſapor, quemadmodum & in Herbis & Plantis: diverſæ autem ſpecies, diverſos habent characteriſmos, in figura vel aliquo accidente differentes, cujus differentiæ ſi cauſam colligere poſſis, propriam cujuſque ſpeciei, Naturam propius contemplaberis, propria enim cujuſque ſpeciei natura differentiam characteriſmi efficit, & hæc illam ſequitur, ut ex effectu cauſam, & ex cauſa naturam, colligere liceat. In Volatilium contemplatione eadem occurrunt conſideranda: quia autem Avium eſt ſolidior ſubſtantia, & per conſequens vivacior, poſterius etiam hoc die earum opus completum eſt, licet ſimul formari cœperint, aquis in maria collectis, parata enim cujuſque materia, continuo progreſſa eſt creatio, nec ceſſavit donec perficerentur omnia, & Sabbathum ab omni creationis opere adeſſet; nulla enim cauſa ſubeſt, cur parata materia, creatio rerum ſuſpenderetur, æque multa, atque unum creat Deus, & ordo naturalis rerum creãdarum eleganter obſervatur. Aſtra etiam, quæ propius ad vitam conferebant, jam præcedente quarto die perfecta fuerunt, ut operam ſuam jam validius conferre potuerint, quam cum Herbæ crearentur: ſic Natura rerum creatarum, mox ut parata fuit, ſuum officium exequi cœpit, & ſimul omnibus cooperantibus Fabrica Mundi proceſſit. O admirabilem Sapientiam, quæ tot diverſiſſimarum rerum ordini, naturæ, ornatui, perfectioni & viribus condendis ſuffecit, ſine ſtudio & ratiocinatione: Dixit enim & facta ſunt. Proderit hic ſingularum ſpecierum anatomiam facere, ut in quibus characteriſmi ſingulorum differant cognoſcatur, & quo pacto, & quot ſtationibus in ſpeciem mutetur alimentum, qua ſtatione ſanguis creetur, in Piſcibus. Invenies etiam in Piſcibus mirabili providentia Dei, veſiculam plenam incluſo aere, quæ cum piſce incrementum ſuſcipit, cujus officium eſt, quacunque parte aquæ pendulum ſuſtinere, ne ad fundum corporis gravitate mergatur. Invenies etiam in fœmellis ova multa, quæ attritione ad ſcopulos facta, aut alioqui naturali vi effuſa, ſpeciem multiplicant, & quemadmodum ſemen plantæ extra matrem) cum in ſe virtutem ſpecificam habeat) projectum, in ſuo Elemento, Terra aut Aqua, eandem ſpeciem profert; ita & hæc ova piſcium in aquam projecta, vitam ſuſcipiunt & eandem ſpeciem ac characteriſmum matris exhibẽt. Aves etiam ſingularum ſpecierum ſecare, & internas partes ac munia ſingulorum perſpicere non erit inutile, ut cauſæ characteriſmorum, & naturæ propriæ origo rectius cognoſcatur. In quibus ſingula ova viciſſim procreantur, & recta duriore cruſta (ne vis ſpecifica facilius exhalet) excluduntur, quæ etiam a matre ſeparata ſuam vim ſpecificam ſervant, & fœta calore matris, aut etiam hypocauſtis, ut in Ægypto uſitatum eſt ſpacio ſex hebdomadarum aut menſis, ſuæ ſpeciei Aves producunt. Porro maris & fœmellæ, ſicut cætera Animalia, congreſſu concipiuntur. Potiſſimum autem hic attendendum eſt ad differentiam Piſcium & Avium, quod licet uno eodemque die perfecta fuerunt, non tamen ex eadem materia conſtent, ſed quia Volatilia ſimiliora ſunt Terreſtribus Animalibus, ut ex ſanguine & tota corporis conſtitutione manifeſtum eſt, plus terreæ ſubſtantiæ quam piſces habent, ut ex lutoſa aqua nata videantur, & piſces ex puriore aqua. Sunt igitur Volucria media ordine inter Terreſtria Animalia & piſces, propriora naturæ terreſtrium animalium quam piſcium, proinde ſerius hoc die perfecta. Vnum autem in omnibus animalibus obſervatu digniſſimum eſt, quod figuram hominis aliquo modo imitantur, quaſi tota Natura ad hominis formationem tendente, & in homine demum omnibus numeris perfecta. Caput enim licet longius ſit, omnibus ad ſenſum & motum inſtrumentis ſimilibus quodam modo dotatum eſt, cranii oſſa ſimilia, ſpina dorſi ſpinæ hominis utcunque reſpondet, & coſtæ coſtis, formataque ſunt omnia membra pro natura & operatione cujuſque. Finis quinti diei.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT DECIMVMSEXTVM.

### *De Animalium Terreſtrium creatione.*

### SEXTVS DIES INCIPIT.

DVo tertij gradus genera vidimus, Piſces & Aves, ſequitur nunc tertium genus, Animalia Terreſtria, quæ quo tardius creata ſunt, eo ſimiliora ſunt homini quo ad ſenſum & motum : in ratione autem Homo omnia in univerſum ſuperat, ut quæ nihil hujuſmodi habent. Sunt autem Animalia Terreſtria, alia alijs Homini ſimiliora, ut de Elephantis ſcribunt, docile illud animal eſſe, ad intellectum quodammodo accedere. Quid de Simia dicemus? quæ actiones humanas imitatur ludibunda, iraſcitur, ridet, applaudit, cogitabunda olfacit, verſando inſpicit, quaſi deliberans ſi eſui conveniat, Nuces dentibus confringit velut homo, & interim dum ſua agit, circumſpicit quid aſtantes moliantur, caput, pedes, & manus ſimiles admodum humanis habet, per omnia plurimum inter Animalia characteriſmos imitatur hominis; hujus ratione conſultum eſt illius anatomiam diligentiſſime perſpicere, & examinare quantum interior diſpoſitio, & in quibus ab hominis interioribus differat quo animales virtutes, ex interiorum characteriſmo, innoteſcant. Exiſtimo enim illas ab hoc dependere, aut ſpeciatim a Natura inditas, per hunc tanquam idoneum inſtrumentum in opus excitari, quod tamen ambiguum videtur. Apparet enim unumquodque in ſe ſuæ naturæ principium quoddam habere, quod tamen cum intereunte interit, ita ut cauſa cujuſque Naturæ ipſi rei concreata ſit, & non aliunde inſit. Facienda eſt autem cujuſque ſpeciei Anatomia, quo omnium inter ſe Animalium differentia interna perſpiciatur, & differentiæ virtutum Animalium ex diverſitate characteriſmorum innoteſcant : ſic invenies quibus de cauſis virtutes animales excellentiores ſint in Volatilibus quam in Piſcibus, in Terreſtribus Animalibus quam in Volatilibus, in Homine quam in Terreſtribus Animalibus, & deprehendes elegantiſſimum ordinem a minus ſolidis ad ſolidiora, ab imperfectiore ad perfectiora, a minus vivacibus ad vivaciora, a tẽporarijs ad æterna. Veſcuntur omnia Animalia e Terra natis unumquodq; quod ſuæ naturę convenientius eſt, cujus naturaliter delectum habet, & hoc ſcire eſt utile. Etſi enim Natura cujuſque, alimentum in ſuam ſpeciem mutat, aliquid tamen virtutis ineſt Herbis & Fructibus, quod autem ad ſuam Naturam utcunqne flectit & immutat præcipue ubi eſt affinitas naturarum, & digeſtio facilis, quinetiam venena immutant, ſed vi contrariæ naturæ, & corrumpunt. Aves etiam piſcibus veſcuntur tanquam cognatione affinitatis, & unumquodque ſuæ naturę propinquiore gaudet, eadem ſpecie excepta, quæ a ſingulis Animalibus colitur, præterquam ab Homine ſuę originis oblito. Habẽt venenoſa Animalia, prẽterquam quod naturam alicubi utilem poſſident, hoc commodi, quod paſſim venena ad ſe trahunt, ijſque aluntur, ipſa autem ab ijs abſumuntur ſine noxa, ita Natura Animalium incolumitati providit. Vna autem hic relinquitur quæſtio ſolvendo : utrum ea quæ nunc eſt Animalium Natura & conditio futura fuerit, ſi Homo non peccaſſet? Moritura haud dubie erant abſoluta vitæ periodo, & ſibi mutuo in cibum futura, alioqui multiplicationem illorum Mundus non potuiſſet capere, & quorſum immortalia fuiſſent, cum tantum ſervitio hominis deſtinata eſſent, cum totã individua multiplicata nulli uſui erant futura? Hominem autem reverita fuiſſent eique obedientia, Gen. enim 1 cap. v. 28. 29. 30. conſtituit Deus Adamum Dominum omnium quæ ſub Cœlo ſunt. Et Gen. 2. v. 21. fecit Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, quas mortua Animalia procul dubio dederant, ceſſaverat enim Deus jam antea creare.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

### *De Hominis creatione, & prima ac principali creationis intentione,*

QVartus gradus creandorum & perfectiſſimus, eſt Homo, in cujus uſum & ſervitium hactenus omnia creata ſunt; & quemadmodum illa omnia inter ſe ordinem & harmoniam ad mutuam opem habent; ita & hæc ſimul omnia ad Hominem certam in natura, qualitatibus & operationibus conformitatem & harmoniam habent, & propterea Homo Microcoſmus a Græcis appellatur. Eſt autem hæc conformitas & harmonia, quantum ad animal hominis attinet. Porro nobilius quiddam multo in Homine eſt quod omnium creaturarum dignitatem excedit, nimirum anima rationalis, ſecundum quam ad ſimilitudinem & imaginem Dei conditus; & quia Homo ſecundum ſubſtantiam eſt animal rationale, & benedictionem accepit ut creſcat & multiplicetur, generatione videlicet ſuæ ſpeciei; non eſt dubium, quin ex ea benedictione, etiam generandi animam rationalem, potentiam acceperit, quæ præcipua eſt ſpeciei pars quam in ſingulis Hominibus de novo creari minime convenit, cum 7 die Deus ab omni creationis opere ceſſaverit, & ſabbathũ egerit. Et ſunt in hoc inferiore Mũdo adhuc reliquiæ ejus materiæ, ex qua cœleſtia & ſupercœleſtia creata ſunt, ut ſit ſuperioris Mundi ad inferiorem naturalis inclinatio & ſympathia, & inferioris ad ſuperiorem reſpectus & deſiderium; hinc enim & ſuperiorum ad inferiora proclivitas & cooperatio dependet. Nobiliſſimum autem quod in ſuperiore eſt Mundo, eſt Cœlum Empyreum ſive aquæ ſupercœleſtes, ex quo creatos oſtendi Angelos, ut etiam ex hujus in hoc inferiori Mundo reliquijs, generari poſſit anima rationalis, & quid ni poſſit, cum ex multo craſſiore & ignobiliore materia Terræ Aurũ, quod eſt incorruptibile generetur. Æterna igitur & immortalis anima multo magis ex ſupercœleſtium aquarũ reliquijs generari poteſt, ut ſit ſimilis Angelis, & benedictio ac mandatum Dei ad generandum, ac multiplicandam ſpeciem, potentiam generandi animam ex talibus reliquijs dedit. Iam vide quæ dona Spiritus Sancti ſive Dei ſint in hac anima: ſunt intellectus, ratio, judicium, memoria, amor vere boni, juſtitia, gaudium in Spiritu Sancto, libera electio voluntatis, & ſi quę ſunt alia. In his enim ſimilitudinem Dei habet, & imaginem in immortali animæ rationalis ſubſtantia. Creatus autem eſt Homo hoc ordine & modo. Primum ex APHAR ſive luto figuram humanam plaſmavit, in qua haud dubie ea viſcera quæ primum in generatione fiunt, ut cor, deinde epar, & quæ immediate a corde pendent, formari cœperunt, quibus formatis inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ. Per os & nares vivẽtia omnia ſpiritum attrahunt, quo cor accenditur vita & motu, ita per nares & os flavit ſpiritum, in quo haud dubie erat ex reliquijs aquarum ſupercœleſtium, aut prius in corporis compage aliquid earum conceptum erat, ex quo anima rationalis a comitante Spiritu Sancto tandem formata eſt, prius tamen per communem aerem vita Animalis procurata eſt; non enim eadem anima rationalis eſt, & animal vivificans, ſiquidem diverſa habent munia, & præeunte Animalis anima,

ma, manet rationalis, & est Animalis anima certa harmonia & communis operatio interiorum viscerum, ad vitam animalis conspirans, rationalis autem imago divinæ essentiæ. Quod autem Animalia vitam sunt nacta, simili Aëris flatu operante Spiritu Dei haud dubie factum est, tametsi id non dicatur, in similibus enim similiter Deum operatum esse facile intelligitur. Dona quæ anima rationalis secum attulit, necessaria erant in Homine, si Imago Dei esse debebat, ut opera Dei contemplaretur, & Creatorem suum agnosceret, veneraretur & coleret; cognitio enim Dei requirebatur ad scopum creationis Hominis; quæ enim beatitudo ei apud Deum fuisset sine ejus cognitione? Cum ergo summam Dei Potentiam & Bonitatem cognosceret, & suavis illi esset contemplatio & familiaritas Dei, voluit Deus in illo experiri, an qui maximis donis ab illo ditatus erat, quibus Deo obsequi poterat, Deū creatorem suum agnosceret ac revereretur: voluntariam enim & spontaneam obedientiam & dilectionē requirebat tam benefi-cus Pater, qua colendus esset, & gratum ille Deo obsequium feciſſet: facillimum illi præceptum imposuit, ne ex una arbore, ubi tam multæ erant optimorum aspectu & sapore fructuum ederet, ab ea sola abstineret, & credibile est illū Deo aliquamdiu obsequutum esse; non enim una hora tantum, ut sentiunt quidam, aut diebus aut hebdomadis aliquot in Paradiso permansit. Quin potius verisimillimum est aliquot annis in ea Dei voluntate permansisse, ut sentit Georgius Cedrenus, quo opera Dei adminiculo Spiritus Sancti & contemplatione diuturniore firmiter edoctus, illa posteris suis enarrare posset. Cum igitur longissimæ tum essent vitæ homines, vera Dei doctrina paucorum traditione, nimirum trium, Adam, Mathusalem, Noe, ad Abraham pervenit, cujus deinde sacro cum Deo fœdere, facile ad Mosem usque in posteris Iacob reservata est. Verum sub ejus ortum nimium invalescente idololatria, voluit Deus per Mosem primorum operum suorum descriptione, homines ad unius Dei agnitionem & cultum reducere. Genesim igitur Mundi, quam ille partim ex traditione, partim ex revelatione Spiritus Sancti descripsit, hic contemplari est propositum, quo veram & integram totius Orbis descriptionem, quam indagamus, assequamur. Fuit illi procul dubio frequentius cum Deo colloquium, in quo de creatione Mundi, de natura rerum, de Dei proposito, & alijs, quæ Homini scitu erant necessaria, eruditus fuit; adduxit illi Deus Animalia, ut singula perspiceret & nomina imponeret, juxta naturam eorum, quæ tam exiguo temporis spatio fieri non poterant. Author est Georgius Cedrenus in compendio historiarum, antiquos quosdam sentire, quod Adam septimo demum anno peccarit, & Paradiso ejectus fuit, & efficacibus rationibus id probabile esse ostendit.

# FABRICAE MVNDI

## CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

### *De lapsu Adami.*

INterea dum Paradisum habitaret Adam, familiarior Deo factus, forte non satis graviter præceptum Dei ponderans, Satanæ aures arrexit, & diu patienter audivit, qui inimicus factus Deo, quod justo ejus judicio Cœlo ejectus esset, homini insidiatus est; persuasit ei mandatum Dei in alium finem, quem ipse a Deo non audisset, datum esse; quum tamen sciret Deum Creatorem suum veracem & justum esse, nec frustra mandatum dedisse, Serpentem vero mendacem, & juste Cœlo ejectum esse. Non enim dubium est, quin multam cum Deo in Paradiso conversationem & varia colloquia habuerit in quibus de creatione & scopo rerum omnium, & Natura edoctus fuit, Potentiam etiam Dei ex tam sapienti creatione & recto serpentis judicio agnovit, ut merito Serpentem non audire debuerit: fecit insipienter, in hoc tamen contra Deum non peccavit, quia Deus hoc non prohibuerat. Etenim faciebat ad majorem Dei gloriam, si Adam tentatus non peccasset, tum enim certum testimonium Homo exhibuisset de se bene creato, ut erant omnia valde bona, Gen. 1. v. 31. Poterat Serpentis sermonem interrumpere, eumque abijcere, & non peccasset. Initium quidem ad peccandum, non tamen peccatum fuit, quod Satanæ aures præbuit, Deus enim hoc non prohibuerat, & adhuc potestatem contradicendi obtinebat, sed diutior patientia & familiaritas consensum peperit, & continuo peccavit transgrediendo mandatum, quo offensus Spiritus Sāctus, illum suis donis quæ in creatione acceperat, & a Spiritu donec non peccaret, sustentabantur, reliquit, Deo eventum spectante, at non approbante, quia prohibuerat, Adamo vero de sua constantia experimentum faciente, De hoc lapsu verissime & planissime scribit Ecclesiasticus cap. 15. v. 16. Deus hominem creavit ab initio, eumque arbitrio consilij sui permisit, si volueris mandata servabis, optimeque voluntatis fidem præstabis. Ignem & aquam tibi proposuit, ad utrum voles manum tuam porrige, vita simul & mors proposita sunt Homini, & utrumcunque placuerit dabitur illi. Porro cum eum peccaturum Deus præsciret, cur non talem creavit, qui labi non posset? Deus omnia bene & paterne fecit, gratia erat, quod tam insignibus animi dotibus ornatus fuit, ut facile tam levi mandato obedire posset, & merito Homo pro tantis donis suo Creatori obediendo gratus esse debebat. Poterat ergo, ut asserit Ecclesiasticus, stare si voluisset, quod autem cecidit, illius est culpa, non prædestinantis aut volentis Dei; Deus enim omnia valde bona creaverat, & paterne dispoſuerat. Cum ergo peccavit, Spiritu Sancto, qui antea illi familiariter cohabitabat, a quo vitam habebat non interituram, si non peccasset, privatus est qui illum in vita sancta, gratia & favore Dei sustinuerat; derelictus ergo familiari Spiritus Sancti præsentia, nihil in se sensit quam affectiones carnis, a qua pertractus ejus animus, ut ex Paulo liquet Ro. 7 v. 15. & sequentibus usque ad 24. factus est enim & ipse carnalis, hoc est concupiscentijs carnis addictus, ut in eadem constitutus hypostasi. Dicit enim aliam esse legem sive necessitatem in carne quam in animo, & eam animum captivum trahere. Porro quod captivum fit, non est sui juris, sed alterius potestati subijcitur. Indicat igitur animum principio non fuisse carnalem, sed talem evasisse, cum captivus fieret carni. Hanc peccati originalis originem plane necessarium est scire & observare, ne animum ab initio carnalem creatum esse, aut fragilem & impotentem malis resistendi, hoc enim Creatoris impotentiam argueret, ut qui ad conceptum scopum, hominem idoneum creare non posset; & ejus potestatem violaret. Iam quæ calamitates Homini ex hoc peccato ortæ sint, disce ex loco Pauli allegato capit. 7. Si enim tantum potuit caro in tot donis ornatum animum, & a Spiritu Sancto custoditum, quid non posset in eumdem jam sibi captivum factum, & a Spiritus familiaritate desertum? Audi quid Apostolus Rom. 3. v. 12. de omnibus tam Iudæis, quam gentibus dicat. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui exerceat bonitatem non est usque ad unum.

De

De Natura humana loquitur ſola, ſed quando in Chriſto eſt, & a Spiritu Sancto adjuvatur Homo, non eſt talis, naturalia dona animi, intellectus, ratio, judicium, memoria, &c. dona non ſufficiunt, niſi adſit Spiritus, horum ſuſtentator & gubernator. Eſt autem carnis concupiſcentia, non tantum, privatio juſtitiæ, ſed vera inclinatio ad ea quę cartni placent; proinde cum animus ejuſdem inclinationis fit conſors, non ſolum privatur juſtitia, ſed habet poſitivum malum, nimirum perpetuam inclinationem ad carnis placitum, unde omnia peccata oriuntur, & propterea dicitur illa inclinatio peccatum originale. Quod ſi privatio tantum juſtitiæ eſſet, non habuiſſet Paulus occaſionem exclamandi: Miſer ego Homo quis me eripiet ex corpore mortis hujus? Rom. 7. Renatus enim animo jam ereptus erat, Atqui etiam in renatus adhuc hæret peccatum originale, hoc argumentum eſt, peccatum orginale plus eſſe quam privationem & malum in Natura hærens, quod per generationem propagatur. In peccatis, inquit Pſalmiſta, concepit me mater mea. Prędens autem Deus, hoc peccatum in homine oriturum, dixit. Quacumque die ex ligno ſcientiæ boni & mali ederis, moriendo morieris, morte enim corporis hoc peccatum delendum erat. Itaque omnibus ſimul mori lex eſt, quo quod præter creationem eſt deleatur in ſalvandis. De Paradiſo, ubi fuerit, & quæ ejus flumina, in veteri geographia reſtituta demonſtrabo. Homines extra Paradiſum creati in illum tranſlati fuerunt.

# FABRICAE MVNDI.

## CAPVT DECIMVMNONVM.

### *De ſecunda & ſubalterna Creatoris intentione in creando Homine.*

QVIA peccaturum Deus hominem prævidit, ne fruſtra eſſet tam ſapiens rerum omnium creatio & ad deſtinatum finem ſcopus, quem Adam peccando violavit, novo beneficio hominis lapſum reſarcivit, viam conſtituit, qua a peccato liber, priſtinæ conditioni reſtitueretur, & procederet prima creationis intentio, Filium ſuum carnem aſſumpturum promiſit, qui pro peccato Adami, quo omnes a generatione tenebantur, ſatisfaceret, Deum patrem pacaret, & Spiritus Sancti auxilium iterum impetraret, quo promiſſo & credito eadem qua prius intentione vitam æternam aſſequeretur. Ex hac prędſcientia mirabili Deus uſus providentia, ita creationem omnium abſolvit, ut in utroque ſtatu, obedientiæ & lapſus, Homini ad vitam æternam conſequendam ſerviret, ita ut nihil fruſtra a Deo fieret, tantum maneret mors carnis, quæ peccato originali debebatur, quo illud tolleretur, plane ab Homine, & purus totus, ut creatus erat, ad Deum veniret, in finem ad quem conditus erat Porro quia per peccatum originale omnes tenebantur, ut oſtendi præcedente capite, quo minus per dona naturæ ad Chriſtum venirent, ordinavit Deus Pœnitentiam, Baptiſmum & Synaxin, præcipua ſacramenta, quibus homo coram toto mundo ſe Chriſto dederet, & fide ejus pro peccatis hominum ſacrificium approbaret & acceptaret, quo contra vim peccati armaretur, hoc ſolo medio a peccati originalis poteſtate liberaretur, & contra ejus vim, auxilium Spiritus Sancti impetraret; durat tamen pugna cum peccato, quo ad vivimus, donec illud per mortem carnis (in qua ejus origo pēdet) aboleatur, ideoque mors carnis a Deo injuncta eſt, propter lapſū Adami, ut peccatum illud, quod præter creationem eſt, radicitus tolleretur, quo facto ſalvus eſt Homo, non tamen patet acceſſus ad Deum Patrem, niſi per Chriſtum, Ioh. 3. v. 13. ſcriptum eſt. Nemo aſcendit in Cælum, niſi filius hominis qui deſcendit de cœlo. Via a Chriſto aperienda erat. Et oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, Luc. 24, v. 26. Ergo ut hoc hic non recte a multis controverſum adijciam, ante incarnationem Chriſti, nemo piorum patrum in cælum aſcendit, ſed certo loco in gaudio & fælici expectatione ſervabantur, uſque ad Chriſti adventum. Hunc locum vocabant Patres Limbum, non Inferni, ſed Paradiſi cæleſtis opinor, in quo Abraham, tanquam pater fidelium nominatiſſimus erat, in cujus ſinum ſive congregationem Lazarus poſt mortem ab angelis deportatus eſt Poſt Chriſti mortem vero in cælum adducti ſunt, ſecundum ejus teſtimonium. Pater volo ut ubi ego ſum, illic & miniſter meus ſit. Proinde aſcendit Ieſus Chriſtus ſuo tempore, cum hac præda & captivitate magna in Cęlum. Peccatum ergo hoc originale & pugna cum illo, durat uſque ad mortem carnis, ſed per fidem in Chriſtum contra illud munimur & ſervamur auxilio Spiritus Sancti, quemadmodum Adam ſervandus erat, ſi non peccaſſet. Propter ejus pugnam cum animo Hominis exclamat Paulus. Miſer ego Homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus, quæ ab illo intentatur.) Gratias, inquit ago Deo meo per Ieſum Chriſtum, quem Pater Salvatorem dedit, & per Spiritum ſuum adjutorem, donec in morte carnis plane aboleatur.

FINIS

# ORBIS TERRAE TYPVS.

VM ex Naturæ neceſſitate ordo ſemper requirat generalia particularibus antepoñere, totumque parti, ad majorem oblatæ rei intelligentiam: hac eadem & ego devinctus lege huic primo noſtræ Geographiæ ac Septemtrionalium Terrarum Tomo, Vniverſalem Orbis Terræ typum, ejuſque quatuor partes, Europam, Africam, Aſiam & Americam, quo fœlicius rem proſequar, præponere debui: & ſingulis quoque deinceps Tomis conſequentibus, ut is etiam perfectum ſemper habeat opus, ac totius Vniverſi deſcriptioñe, nec hac utili ſpeculatione privetur, qui vel ſuæ tantum patriæ delineationem ſibi comparaverit. Iucunda etenim eſt & maximopere neceſſaria generálium contemplatio ei qui vel minimam Mundi & naturalium rerum cognitionem habere cupit. Si enim libeat conſiderare, quis Solis ortus vel occaſus, quæ cauſa æſtatis vel hyemis, unde inæqualitas dierum & noctium exiſtat, qui denique & quo in loco natum, propagatum, actum, geſtum, mutatum & converſum jam inde a rerum conditarum primordio fuerit, id omne certe non aliunde melius, quam ex harum quinq; tabularum adjunctione ſine omni periculo & honeſta cum animi voluptate didiceris. Et quemadmodum nulli, quantumvis amplam habitationem nacto, ſufficit perſpectas habere ſuarũ ædium partes, ut ſunt atrium, cella vinaria & penaria, culina, triclinium, cænaculum, cubiculum, conclave, muſæum, quo ijs commode uti poſſit; ſed etiam in qua urbis parte & platea, domus ejus ſita ſit, compertũ ipſi eſſe neceſſarium & commodũ eſt, ut hinc cognoſcat ſtatim ſi in civitate tumultus, vel incendium oriatur, quam prope vel procul a periculo abſit. Sic non minus jucundum vel neceſſarium noſſe, qua in Orbis parte habites, quos populos vicinos, aut remotiores habeas, ut graſſãtibus belli calamitatibus, quo metu, quave animi trãquillitate uti liceat, ſcire queas, Denique cum Coſmographia ſit lumen totius tã Eccleſiaſticæ quam Politicę Hiſtoriæ, & plus ex ea diſcat otioſus ſpectator, quam ex longo, moleſto & ſumptuoſo labore peregrinator, qui crebro Cælum tantum, non autẽ animum mutat: parum utilitatis ex ea capias, ſi Tabulis particularibus generales nõ adjunxeris. Sunt autem hæ generales Tabulæ collectæ ex magna Orbis terræ deſcriptione (cujus etiam initium longitudines, vel primi Meridiani poſitionẽ in ſingulis ſequuti ſumus) & ex magna Europa mea quas Duyſburgi edidi. Tu interim Lector vale & fruere, ac hujus tuæ habitationis ac tibi ad tempus tantum conceſſæ gloriam cum Poëta Buchanano diligenter conſidera, qui ſic eam cæleſtibus comparat, ut animos terreſtribns ac rebus hiſce caducis immerſos extrahat, & ad altiora ac æterna viam oſtendat.

*Percipias rerum ſit quantula portio, verbis*
*Quam nos magnificis in regna ſuperba ſecamus,*
*Partimur ferro, mercamur ſanguine fuſo,*
*Ducimus exiguæ glebæ de parte triumphos.*
*Illa etenim moles per ſe ſpectata ſeorſim,*
*Magna quidem: ſi cum ſtellati tegmine Cæli*
*Componas, puncti inſtar erit, vel ſeminis, unde*
*Condidit innumeros ſenior Gargetius orbes.*
*Hæc illa eſt hominum ſedes, hæc illa ferarum,*
*Et volucrum: hoc anguſto e carcere quantum*
*Surripit Oceani terræ circumfluus humor,*
*Quique per Herculeæ irrumpens divortia metæ,*
*Europam Libycis late ſejungit ab oris?*
*Adde huc clauſtra Arabum, quæq; arctant æquora campos*
*Hyrcanos: huc adde lacus laxaſque paludes,*
*Et quæ præcipiti labefactant flumina montes*
*Vertice, vel pigris ſtagnant immota lacunis.*
*Dumque hæc vi rapiunt, hæc Orbem gurgite mergunt*
*Conditur exiguæ ſub aquis pars maxima terræ.*
*Quod ſupereſt magno velut inſula parva profundo*
*Innatat: hæc etiam quantum vel ſqualet arenis?*
*Vel tumet in vaſtos ſine fruge, ſine arbore montes?*
*Vel nimijs ardet flammis? vel frigore torpet?*
*Vel jacet humano indocilis manſueſcere cultu,*
*Vel fœcunda malis animantum in funera ſuccis?*
*O pudor, ô ſtolidi præceps veſania voti!*
*Quantula pars rerum eſt, in qua ſe gloria tollit,*
*Ira fremit, metus exanimat, dolor urit egeſtas*
*Cogit opes ferro, inſidijs, flamma atque veneno?*
*Scilicet & trepido fervent humana tumultu.*

## DE MVNDO.

NIVERSITAS hæc, quæ ob mentis humanæ factaria magis, quam oculorum aciem obverſatur, ab Elegantio perfecta & abſoluta Puritate Græcis κόσμος, quod illi nomen primus dedit Pythagoras, dicitur; Latinis *Mundus*. Is Plinio Naturalis hiſtoriæ lib. 11. cap. 1. cujus circumflexu teguntur cuncta, Apuleio, admirandam omnibus machinam depingenti, *qui ſocietate Cæli & terre conſtat, & eorum Naturis, quæ utriuſque ſunt.* Ariſtoteli περὶ κόσμου definitur ab Cauſſis quidem: ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις ὑπό θεῶν τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη: a Partibus vero: σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Operoſior in eo deſcribendo Apuleius: *Mundus eſt*, inquit, *ornata ordinatio, DEI munere, Deorum recta cuſtodia: cujus cardinem ſic enim dixerim Centrum, robuſtum & immobilem, genitrix atque altrix animantium omnium habet Tellus: Supernis omnibus, vt videri poteſt, Aeris liquiditate ad modum tegminis, ſeptis & opertis. Vltra deorum Domus eſt, quod vocamus Cælum: quod quidem divinis corporibus onuſtum videmus, ignibus pulcherrimis & perlucidis Solis & Lunæ & reliquorum Siderũ, cum quibus fertur per orbem, dierum noctiumque curriculis, agens Stellarũ choros interminolapſu, ſinẽ nulla ævi defectione factura.* Ejus formam in ſpeciẽ orbis abſolutiſſimi globatam eſſe, Nomẽ inprimis, & cõſenſus in eo Mortaliũ Orbem appellantium pingentiumque, ſed & argumenta rerum docent: Non ſolum quia talis figura eſt capaciſſima & ſimpliciſſima, omnibuſque ſui partibus vergit in ſeſe, ac ſibi ipſi tolerandæ eſt, ſeque includit & continet, nullarũ egens compaginum, nec finem aut initium ullis ſui partibus ſentiens: ſed oculorũ quoque probatione, quod convexus mediuſque ſit, quacumque cernatur, quodque partes habeat ejuſdẽ formæ, quũ id accidere in alia non poſſit figura. Vt ridiculi merito exiſtimãdi ſint, qui non *figuræ ſphericæ vel rotundum, ſed* vel κύκλοειδῆ, vel ὠοειδῆ, vel alius etiam figuræ eum eſſe ſunt arbitrati. Partes mundi duæ ſunt, Æthereа ſive Cœleſtis, & Elementaris ſive Sublunaris.

*Nomen a quo & cur inditum.*

# ORBIS TERRAE COMPE NDIOSA DESCRIPTIO

Quam ex Magna Vniuersali Gerardi Mercatoris Domino Richardo Gartho, Geographiç ac cęterarum bonarum artium am tori ac fautori summo, in veteris amicitię ac familiaritatis memoriã Rumoldus Mercator fieri curabat Aº M.D.Lxxxvii.

# DE MVNDO.

ris. Ætherea eſt lucida illa regio ſphæras cæleſtes omnes complexa, immunis ab omni variatione. Elementaris eſt ea quæ infra illos orbes conſtituta, generationem corruptionemque admittit, eſtque non tantum corporum ſimplicium, ut ſunt Ignis, Aër, Aqua, Terra: Verum etiam eorum quæ ex hiſce componuntur; quorum quinque genera Sapientes prodiderunt. Sunt enim quædam imperfecte mixta, quæ *Meteora* appellamus, Grandines, inquam, Pluviæ Nives, Tonitrua, Fulgura, venti: Alia perfecte mixta, ſed inanimata, ut Saxa, Marmora, Metalla: Alia quæ animam habent θρεπτικὴν, ut Plantæ. Sunt quæ inſuper αἰσθητικὴν ut Bruta: Sunt denique in ſupremo, & ultimo rerum compoſitarum gradu, quæ præter hæc omnia animam habent λογικὴν, ut Homines. Nos ſua Aſtronomis, Phyſiciſque reliquentes Orbem Terrarum potiſſimum conſiderabimus. Terra univerſa Mari, Fluminibus, Paludibuſque varie interſecta, Orbem abſolutum cum illis omnibus conſtituit. Homerus ſane non aliam ob cauſam eam vocat *orbicularem*. Et numa Pompilius, idem ſpectans, Ædem Veſtæ rotundam conſecravit. Neque vero aliam ejus figuram eſſe poſſe cum ex gravium ad unum aliquod punctum tendentium ratione demonſtravit Ariſtoteles, tum ex Eclipſibus & horologiorum umbris a Mathematicis probatur. Præterea longis certiſque peregrinantium obſervationibus deprehenſum eſt, longitudines & latitudines locorum pro intervallis variari, adeo ut & Periæcos, & Antœcos, & Antipodas eſſe certius ſit, quam ut ulla prolixiore demonſtratione oſtendendum ſit. Hunc Orbem continere in circuitu, quo maxime patet, gradus 360 antiquitas docuit, idemque recentior aſſerit ætas, unde ſi ſingulis gradibus tribuas milliaria Germanica xv, vel Italica Lx, nõ erit difficile inire rationem ambitus totius Terræ, *Atque hæ tot portiones Terræ*, (ut Plin. 11. Natural. hiſtor. lib. cap. lxviij inquit) *imo vero (ut plures tradidere) Mundi punctus, neque enim eſt aliud Terra vniverſa. Hæc eſt materia gloriæ noſtræ. hæc ſedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic inſtauramus bella etiam civilia, mutuiſque cædibus laxiorẽ facimus Terram. Et (ut publicos gentium furores tranſeam) hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini ceſpitẽ noſtro ſolo effodimus, ut qui latiſſime rura metatus fuerit, ultraque fines exegerit accolas quotá terrarum parte gaudeat, vel cum ad menſuram avaritiæ ſuæ propagaverit, quam tandem portionem defunctus ejus obtineat?* Hæcille. Ac de Terra quidem quatenus ea cum Mari Orbem conſtituit pauca iſta ſufficiant. Eadem prout ab Aquis diſtinguitur, & in ſacris *Arida* appellatur, proprium eſt Hominum domicilium. Huic uni propter eximia merita cognomentũ indidimus Maternæ venerationis. Hæc nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper: noviſſime complexa gremio jamque a reliqua Natura abdicatos deſertoſque, tum maxime ut Mater operit. Aquę ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, augeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: Aër denſatur nubibus, furit, procellis: At hæc benigna, mitis, indulgens, uſuſque mortaliũ ſemper ancilla, quid non generat? quid nõ ſponte fundit? quos odores ſaporeſque? quos ſuccos? quos tactus? quos colores? quã bona fide reddit creditum fœnus? quæ noſtri cauſa alit? Hoc etiã adjiciendum videtur? *Promontorium* vocari terræ tractum prominentem & opponi *Sinui*. Talia eſſe in extrema Italia, *Lacinium* & *Sephyrium*, in Sicilia, *Lilybæum*, in Aſia, *Sigæum*. *Inſulam* dici quę undique mari alluitur, quales ſunt *Creta*, *Cyprus*, *Sicilia*, *Peninſulã* quæ jugo adnectitur continenti: jugum illud vocari Græcis *Iſthmum*: ipſam vero Peninſulam *Cherſoneſum*, quales ſunt, *Cherſoneſus aurea*, *Cimbrica* vel *Dacica*; *Taurica*, aliæque. De *Mari* hoc loco aliquid etiã adjiciendum. Mare aliud vocamus *Mediterraneum*, aliud *Oceanum* *Oceanus* quem Sacræ literæ appellant abyſſum aquarum, reliqua omnia ſua vaſtitate & magnitudine ſuperat, diffunditurque per totam Terram, ac per diverſas mundi oras variarum gentium Littora, Inſulas, Promontoria flexuoſo meatu oberrans, nomen cum locis mutat. Alibi vocatur *Occiduus*: alibi *Eous*, *Aethiopicus*, *Hiſpanicus*, *Atlanticus* *Scythicus*, *Gallicus*, *Britãnicus*, *Germanicus*, *Hyperboreus*, & *Glacialis*: alibi ex recẽtiorũ obſervationibus, *Mare del Sur* ſive *Pacificum*, *Archipelagus Lazaria*, *Mare Indicũ*, *Lantchidol*. Ejus. *Sinus* plures ſunt, *Arabicus*, *Perſicus*, *Gangeticus*, *Magnus*, *Sarmaticus*, *Mexicanus*, *Vermilius*. *Freta* Oceani nobiliora ſunt duo *Gaditanum* & *Magellanicum*, quibus addi poteſt *Aniam*, quod inter Americæ oras ultimas Occidentales & Tartariæ Orientales interjectum eſt, *Mare Mediterraneum*, Africam ad Europa diſterminat, & pro regionum ſitu diverſa habet nomina. Primo quidem occurrit *Ibericum*, poſtea *Balearicum*, *Gallicum*, *Liguſticum*, inde *Siculũ*, *Adriaticum*, *Ionium*, *Creticum*, *Aegyptiũ* *Pamphilium*, *Syrium*, *Aegæum*, *Myrtoum*; *Icariũ*; *Propontis* *Pontus*. Sed de motu Maris quem *Aeſtum* dicunt cũ ſit res admiratione digniſſima ac plane divina, aliquid hoc loco dicendũ eſt. *Aeſtus* dicitur Motus Maris, quo exundans fluit & exacta periodo refluit. Hujus ut cauſa eſt una, ita eventus effectuſq; nõ unus, Alibi enim vel nullus vel perexiguus Æſtus apparet. In Oceani *Sur* littore Boreali nullus eſt. In Liguſtico, Tyrrheno, Narbonẽſi, & apud Barchinonen in Celtiberia, & in Mexico ad Cúbam, vicinaſque Inſulas nullum veſtigium. Alibi magnus eſt, ut ad Bengalan, in plaga Indica ſecundum Gangem, in Oceano Gothico, Germanico, Britannico, & Portugallico, & Erythræo tantus, ut oſores Sacrarum Literarum mentiti ſint, Moſen in ſicco tranſiuiſſe, uſum refluxionis oportunitate. Quod tamen fieri non potuit, propterea quod ad Sues uſque, quod in intimo receſſu jacet, Mare operit Littus illud, neq; unquam regrediens ita nudat, ut inferiores Partes qua tranſiverunt Hebræi, ſua diſceſſione aperiat. Semper autẽ Oceani majores ſunt Æſtus quam Sinuum. Præterea circa Littora magis quam in alto deprehenditur hic Motus. Sed de Æſtu alibi plura. Neque vero ſterile omnino eſt mare; fert Piſces, fert plantas, fert Gemmas. Inprimis notandum eſt, quam dædalo artificio Natura pleraque omnia quæ aut in terris aut in aëre viſuntur, voluerit in Mari repræſentare. Mitto Elephantes, Porcos, Teſtudines, Canes, Vitulos, Equos Mitto Falcones, Hirundines: ipſum Hominem expreſſit in Equite marino, Sirenibus, Nereidibus & quod fidẽ pene ſuperat in Monacho. Ac de Sirenibus & Nereidibus conſpectis ſcire qui volet, pręter Alexandrum ab Alexandro, alioſque aſſiduæ & fidei locupletiſſimos teſtes, adeat pagũ Briele Batavorum finitimum quẽ *Swartewale* indigitant; ibi Sirenem exſiccatam & tomento fartam adſervatamque in rei fidem ac memoriam, ex templi laquearibus dependẽtem videbit. Iam Corallus Margaritæ, Ambra, Succinũ Spongiæ, a liaque infinita, quem non merito in admirationem trahant & adorationem ſupremi Numinis? Sed de his hoc loco ſatis copioſe, ad diſtributionem Orbis Terrarum accedamus. Terrarum Orbem Veteres, quibus non ita, ut nobis hodie, innotuerat, nunc in duas Partes, nunc in Tres ſunt partiti. Qui in duas, Aſiam & Europam, alios Africam comprehendiſſe lego ſub Aſia: alios ſub Europa. Sub Aſia quidem complectuntur Scriptor antiquiſſimus Eratoſthenes, de quo Varro lib. 1. de Re Ruſtica, cap. 11. & ipſe Varro lib. 1. de Lingua Latina. Sub Europa vero locant Africam, præter Iſocratem in Panegyrico, Incertiores cum apud Saluſtium in bello jugurtino, & Lucanus lib. ix Belli Pharſalici; tum apud Auguſtinum lib. xvj. de Civitate Dei, & Oroſium lib. 1. cap. 11. In tres Partes diſtributio, Europam, Aſiam, Africam, vel Libyam, maxime celebris apud veteres, quibus novus Orbis nondum innoteſcerat. Sed inventa America, eam pro quarta Parte ætas noſtra adjecit. Mercator noſter, Geographorum noſtri temporis Coryphæus, hunc Orbem Terrarum in tres Continentes diſtinguit: Primam vocat eam, quam Veteres dixi-mus in tres partitos fuiſſe: Secundam quam nunc Americam vocamus: Tertiam dicit Terram Auſtralem, quam nonnulli Magellanicam nucupant, paucis hactenus littoribus detectam. Nos vero Orbem univerſum in quinque Partes dividimus, Europam, Africam, Aſiam, Americam & Terram Auſtralem.

*Terræ ambitus.*

*Terræ qualitas.*

*Mare.*

*Commoditates Maris*

# EVROPA.

EVROPAM licet omnium minimam, primo loco cum potiſſimis Terreſtris Globi Deli- *Regio.*
neatoribus, deſcribemus: vel ob ſoli nobilitatem, vel ob frequentiam incolarum, vel ob præclara eorum facinora, qui eam hactenus tenuere. Plinius eam *Altricem* vocat *Victoris omnium Gentium populi, longeque terrarum pulcherrimam.* Aliæ ſane partes etſi majores ſint vaſtioreſque, minus tamen habitatæ ſunt. Principium igitur det has aliaſque ob cauſas plurimas Europa; nobliſſima hæreditatis Iapheti (qui primogenitus Noæi liberorum ſua promeria produxit etiam in fratrum Semi Chamique Terras) Portio. Hæc paucis de Ordinis Ratione: jam nunc Etymon ſuccedit explicandum. Herodotus nominis hujus originem ignorari notat: alijs tamen ab Europa Tyria dici, Agenoris Phœnicum (Libyæ inquit Iſidorus) Regis filia: quam Iovem in Bovem converſum rapuiſſe tergoqnc impoſitam Sydone in Cretam, vel Cyprum avexiſſe, fabulantur Veteres. Alij fabulis rejectis, raptam volunt Navi Tauriformi: alij Navem hic agnoſcunt quæ Iovis tutelam, effigiemque Tauri habuerit. Palephatus virum quemdam Cretenſem Taurum nominatum fuiſſe ſcribit, qui ex Tyrrhena Regione cum ceteris Puellis Europam Regis filiam abduxit captivam: Sunt qui Legionem Militarem fuiſſe arbitrantur, cui inter Signa Inſigne erat Tauri. Quidam, ob pulchritudinem Regionis, per ſimilitudinem raptæ Filiæ, ſic appellatam ferunt. Taurus ſane, quo vecta fingitur Europa, non inconcinne mores & indolem quodam modo refert Europæorum. Elatioris eſt animi, exſultans, ſpecioſus cornibus, colore niveo, lato gutture, cervice craſſa, Dux & Armentis imperitans; ſummæ continentiæ, ſed ſi ad diſſimilem ſexum adducatur, calidiſſimus inguineque potẽs, poſt caſtus modeſtiæque ſervantiſſimus. Tales fere Europæi, præſertim qui ſeptemtrionaliores. Andron Teius putat Oceano duas nupſiſſe Nymphas; ex quarum una natæ Aſia & Africa, ex altera Europa: has autem tribus Orbis Partibus nomina impoſuiſſe. Ab Europo ſic vocatam non male quis dixerit, quem in hac Orbis Terrarum parte aliquando Regnum tenuiſſe memoriæ proditum. Becanus perſuaderi nolens Europam Græcam habere nomenclaturam, quum prius ab Cimmerijs ſit habitata, quam ab Græcis ijſque alia quam his fuerit lingua, ſic vocatam putat a Gentis præſtantia: *Ver* enim monoſyllabum per Dipthongum e atum nihil aliud eſſe, quam magnum quid & excellens, quodque in quaque re præſtantiſſimum: *Hop* autem hominum multitudinem deſignare. Idem Goropius in Codice quodam edito, quo uti ſolitus erat, cujuſque marginibus, ſecundam parans editionem, ſua manu paſſim multa adſcripſerat, novam de Europæ Etymo ſententiam notarat his verbis: *Verum diligentius mihi nomen cum Sacris Literis conferenti, altera ratio in mentem venit, longe præſtantior, & felicius omen proferens. Iapeto dilationem, & ut alij interpretantur, Gaudium promitti videmus, quod tum conſequuturus erat, quum Chriſtus Morte ſua nos redemiſſet. Eigitur legitimum Connubium denotat,* Vr, *excellens;* Hop, *ſpem: quo fit, ut* Europ *Legitimi Connubij excellens ſpes ſit quæ propria ejus Terrarum portionis fuit, quã Noachus Iapeto dedit habitandam. Quamvis enim Semi poſteritas per Abrahamum multis ſæculis, Deo fuerit conjugata, tamen repudiata eſt. Coniugium vero, quo Chriſtus Europam Eccleſiam ſuam copulavit, nunquam diſſolvetur, adeo ut optimo jure Iapeti portio Europa dicatur.* Sunt & aliæ hujus partis Orbis Appellationes. *Tyriam* vocant nõnulli, a *Tyria* quam Puellæ raptæ, quidam matrem, Patriam alij perhibent. Ex Scriptoribus Sacris non pauci *Iapetiam* nominant a Iapero, de quo dixi. Ptolomeus 11 Quadripartiti *Celticam* cõmuni nomine vocari ſcribit, a populis eam paſſim habitãtibus. Varijs enim in locis huius Orbis Partis quam nunc Europam dicimus, fuere Celtæ. Et Europam merito *Celticam* nominari debere, manifeſte innuit apud Strabonem Ephorus, ubi Terræ totius loca in quatuor partes diducens, dicit eam, quæ verſus Subſolanum eſt, habitari ab Indis, quæ verſus Auſtrum ab Æthiopibus, quæ ad Aquilonem, ab Scythis, quæ in Occaſum vergit, ab *Celtis.* Europæos hodie *Francos* univerſim apellant Aſiatici. Turcis *Franki* vocantur Religionis Romanæ Cultores, ut *Romei*, qui Græcæ addicti. Abiſſini, quod teſtantur variorum Ephemerides, in Africa, Nos etiam *Alfrangues*, Chriſtianorum autem Regionem *Frankiam* nuncupant. Græcis hæc pars Εὐρώπη & Εὐρωπέία, Sophocli item & Euripidi, notante Stephano Ευρωπία per *i.* Hæc de nomine, ſequitur Situs ſive Quantitas. Quod illam attinet, tenendum cum primis Ptolemæum Alioſque veteres Europam collocare inter Climata IV. & IX. inter Parallelos XI & XXI; inter Gradus Latitudinis XXXVI LIV, Longitudinis XVII & LXI: noſtra ætate, quum & Solis Declinatio, quemadmodum obſervatum eſt, mutata ſit, & plurima Loca Europæ noſtræ adcenſenda, ad LXXII uſque Latitudinis gradum verſus Septemtrionem in notitiam venerint; eamque ob cauſſam ulterior Climatum Parallelorumque Notatio fuerit excogitata: Sita conſpicitur Europa inter Climata IV & XI IX; Parallelos XI & XXXVI; Gradus denique Latitudinis quidem XXXVI & LXXI: Longitudinis autem, ſi qua longiſſime ſe expãdit, conſideratur a Promontorio Hiſpaniæ, quod *Cabo S. Vincentij* hodie Vocant, uſque ad Lineam recta a Tanais fonte ad Oceanum Borealem ductam, inter Gradus fere XVII & LXXI; qua vero breviſſima, ab eodem Hiſpaniæ promontorio nſque ad Maleam Peloponneſi Caput, excluſis Ægæi maris, quæ Europæ adnumerari poſſunt, Inſulis, inter Gradus XVII LVII; adeo ut Meridionaliſſima Europæ ſint gradu Latitudinis XXXVI. Hiſpaniæ mons Calpe una Herculis Columnarum, Promontorium Sicilię Auſtrinum. *Odiſſia* olim, & Peloponneſi, hodie Moreæ, Caput, *Tænaria*, Veteribus, nunc *Cabo Maini:* quibus locis maximus dies horarũ XIIII. minut. XXX. Septemtrionaliſſimus autem Limes ſit, gradu LXXXI & dimidio, Scandiæ Promontorium, verſus Boream ultimum, hodie *Wardhuys*, ubi maximus dies II eſt menſium, XXII dierum, horarum VII. Lineam porro, a Tanais fonte verſus Septemtrionem recta in Oceanum ductam, Orientalem Europæ Limitem ſtatuimus, communes, a quibus diſſentire religio nobis eſt, ſequuti Calculos. Queis enim Europa Limitibus ſit Orientem verſus definienda, inter veteres Scriptores non ſatis convenit. Ariſtoteles, Plato, Herodotus & alij, qui his ſuffragantur, Europam ab Aſia ſeparant Phaſi flumine ſive Iſthmo, qui eſt inter Pontũ Euxinum & Mare Caſpium. Dionyſius, Arrianus, Diodorus, Polybius, Iornandes, Tanai flumine ſimpliciter. Abrahamus Ortelius fines Europæ verſus Ortum ſtatuit, Mare Ægeum, Pontum Euxinum, Mæotidem Paludem, Tanaim fluvium, & Iſthmum qui eſt ab ejus fontibus, recta ad Septemtrionem; Alijque alios. Ptolemeus eodem Tanai flumine finit ab Aſia Europam, ductaque ab ejus fonte verſus Boream ad Mare uſque linea. Huic cum peritiſſimis Geographis ſubſcribẽtes, deſcenſu ab Linea Tanaique flumine verſus Meridiem facto, metas porro cum alijs Orientales ſignamus in Palude Męotide, Boſporo Cimmerio, Ponto Euxino, Boſporo Thracio, Propontide, Mariquæ Egæo uſque in Mare Mediterraneum, quo Meridiem verſus ab Africa dirimitur: ad Occidentem vaſtiſſimus eam pulſat & apertiſſimus Oceanus; ad Septemtrionem deniq; Mari clauditur Boreali. Strabo formam Draconis ei tribuit, cujus caput Hiſpania, collũ Gallia, corpus

*Europæ unde dicta.*

*Nomina varia. A quibus & cur indita.*

*Situs.*

AMERICAE PARS

TERRAE POLARIS PARS

PETZORZKE MORSE

OCEANVS DEVCALE Circulus Arcticus

OCEANVS OCCIDENTALIS

TALIS

MARE GERMANICVM

Die Oosterſche ſee

Mare Gallicum

Mare Ibericum

Mare Tirrhenum

Ionium Mare

MEDITERRANEVM MARE

PONTVS EVXINVS Italis Mare maior.

MARE HYRCANVM ſive CASPIVM nunc MARE DE SALA Ruthenis Chualenſke morie

ASIAE PARS

AFRICAE PARS

Groenlandiæ pars

Frisland

Hebrides Ebenię vel Mevaniæ insulæ

Farre insulæ

Fedalida

Drogeo dus Cirnes Gallis

S. Brandain

Scotia

Hibernia

Anglia

Gallia

Hispania

Germania

Polonia

Austria

Hungaria

Bulgaria

Italia

Sardinia

Sicilia

Corsica

Majorica

Juica

Graecia

Cypros

Creta insula nunc Candia

Rhodus

Malta

Lampedosa

Moscouia

Nouogrod

Liuonia

Lituania

Volodimiria

Podolia

Mesopotamia

Mengrelia

Tartaria

Kithai: sko

Kalmuccki Tartari

Nagai Tartari

Kasakki Tartari

Perositæ ore angusto, edere coctæ carnis vitam sustentant

Samogedi id est se mutuo comedentes

Luco morie

Scythicum pro.

Obdora

Zolotaia baba, idolum

Cumbalich

Oby flu.

Ob flu. sesquidies ex: inundationes Latus

Cauabasi

Cochinachs

Organci

Centar.

Iance

Cathachi

Seruan

Giorgia

Derbent

Cumay

Sala

Saratzitzik

Astracan

Cubene

Bachanti Giuri

Bachichi Gura

Cabran

Circachan

Cogia

Vsbanar

Cacari

Tamasa

Gazaria

Tana

Copa

Matrolacho

Caffa

Calamita Tauorica

Meotis palus

Pesenda

Gordes

Trebizonda

Amaſtro

Carambis

Sinopi

Simiſo

Ceraſo

Boli

Limena

Nicomidia

Cangre

Nato:

Cesarea

Antiochia

Cogna

Laranda

Tarſo

Tirallo

Cyprus

Paphos

Syria

Damaſcus

Iudea

Ierſalem

Ierico

Ioppe

Gaza

Alexandria

Cairo

Pelusium

Suez

Meſſa

Nabarz

Tripolis antiqua

Cacheberio

Cyrene

Ptolemais

Lucha

Pallara

Tabraca

Catabathmus

Bona

Benzerei

Bugia

Algieri

Tedelis

Tremeſen

Oran

Mazalquiuir

Tenez

Melilla

Fez

Mequinez

Tefza

Tedla

Dubdu

Tesem

Tesebit

Tegorarin

Tegurt

Macara

Tuat

Mesab

Ghadamis

Ghuachde

Bilidulgerid

Borghi

Fatnasa

Nichisota

Pescara

Suffetula

Capsi

Machomeres

Africa

Tucca

Tuscha

Tunis

Lambesa

Bona

Stora

Goletta

Cerbe minor

Cercena

Syrtis

Limoza

Lampidosa

Zaphalonia

Zante

Cephalonia

Corfu

Larta

Patras

Modon

Coron

Candia

Retimo

Scarpanto

Rhodus

Hellespontus

Propontis

Constantinopolis

Nicea

Nicomedia

Sangarius flu.

Halys flu.

Thermodon flu.

Iris flu.

Phasis flu.

Araxes flu.

Cyrus flu.

Tanais flu.

Volga flu.

Don flu. olim Tanais

Oka flu.

Kama flu.

Vetluga flu.

Viatka

Cotelnitz

Slowoda

Kokuy

Kouloi

Vologda

Vstiug

Strelna

Bobrouesse

Onsthoa

Totma

Galtz

Castrome

Plesca

Balaghma

Nouogrod

Vsta

Suſdal

Murom

Meſtwort

Rezan

Kolumna

Kaſimir

Perſlauk

Troitzer

Tuer

Torgorete

Moſcouia

Volock

Meſco

Smolensk

Dorogobuſch

Druzeck

Serenſka

Opakow

Koluha

Donko

Tula

Mosaisk

Mohilow

Shitsko Lublitz

Mscislaw

Starodub

Beleſa

Pontz

Kiow

Cremenchuc

Pultawa

Cingis

Tocrcas

Acuta

Cocos mons

Chuſan

Lopeco

# EVROPA.

*Cœli Temperies.* lia, corpus Germaniæ, alas dextra lævaque referunt Italia & Cimbrica Cherſonneſus. Hæc de Situ & Quantitate: ſequitur Cœli Temperies Terræq; Qualitas illuſtranda. Aere Cœloq; ut plurimum fruitur temperatiſſimo ac clemẽtiſſimo. Vnde etiã Europa quãta quãta eſt habitatur, quamvis quicquid locorũ ſupra Lx Latitudinis gradũ, propter Frigora incommode, tum laborioſe. Addit Strabo lib. 11. *Totam Europam habitationi aptam eſſe, dempta exigua portione, quæ ob Frigus incoli non poteſt, ad Tanain, Mæotidem & Boryſthenem.* Quod mirum alicui merito cẽſeri poſſet, quum Loca, quæ nominat Strabo, incidãt in xlvij, xlviij & xlix Latitudinis gradus; & ex Situ cæleſti ſub Octavo Climate non inclementiore videantur frui Aere, quam in Gallijs Biturigum, Aurelianenſium, Pariſienſiumque Agri. Sed faciunt paſſim in hac Mole Montes, ut quę Loco ſuo ſitu futura eſſent calida, habitationique commodiſſima, ſi plana eſſent, ſint frigida, efficianturque aſpera, inculta, deſerta & horrida. Nec ſolum ſtupenda Cœli clementia, temperie, amoenitate, maxima Incolarum frequentia: verumetiam benigna Soli fertilitate, Frugum, Arborum, Plantarum, Omnis, item generis Animantium, Metallorum, & aliarum, quæ ſuſtentandæ Hominum Vitæ ſunt neceſſariæ, Rerum copia reliquas Orbis Terræ partes ſummo merito longe ſuperat. Vites tamen ubique non habet. Sed ubi Vinum deeſt, ibi ejus uſum factitio e frugibus potu ſupplet. Cetera quibus caret, Gemmas Precioſoſque lapides, Aromata, aliaque odorifera, tam cumulate, tamque liberali manu ab Aſia importata accipit, imo ut generalius cum Strabone loquar, neve quam Orbis particulam excludam ἔξωθεν μέτεσιν ut nuſquam major ſit adfluentia. Hæc Orbis Domitorum (nam nec hic ab ejus temperare poſſum laudibus) Genitrix. Quidni? Produxit quidem Alexandrum Macedonia, Italia Romanos; qui ſucceſſione quadam; quam *Deus* æterna ſua providentia decreverat, Terrarum Orbem quouſque notum habebant, domuerunt: producit autem hodieque Germania Principes, qui Quartę Romanorũ Monarchiæ jura, quantum per Immaniſſimorum Hoſtium potentiam & impreſſiones licet, ſarta tecta tuentur. Nunquid & Magni, quos Avorum adorarunt tempora, Europę Heroes incognitam, ut plerique opinantur, Veteribus Americam potioreſque & validiores Africę Aſięq; Partes ſuo adjecerunt Imperio? Nunquid Mater tot Regum, tot Principũ Chriſto, quod alibi rarius, militantium? Habet enim hęc noſtra Europa, pręter Romanum Imperiũ Toto Terrarum Orbe venerandum, ſupra viginti octo; ſi quatuordecim, quæ Damianus a Goes in ſola Hiſpania numerat, adjunxeris, in univerſum Regna, Chriſtiana Religione imbuta: unde hujus Regionis dignitatem vel imprimis ęſtimare liceat. In Europæis ergo illam Noæi benedictionem: dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, ſitq; Chanan ſervus ejus, adimpletam cernimus. Europa enim victoris omnium gentium populi, ut ſupra ex Plinio attulimus, altrix de reliquis Orbis Partibus, quæ Semo & Chamo obtigerunt non ſemel triumphavit. Conſtat enim non ſolum ex Theologis, ſed etiam ex Ioſepho & alijs, Iapheto Noęi filio, ejuſque poſteris Europam ceſſiſſe. Quid de Vrbium frequentia, nobilitate ac celebritate dicam? Superbivit olim Africa unica fere ſua Carthagine; tumuit vix tribus Aſia Vrbibus, Babylone, Ninive & Hieroſolymis; Gloriantur hodie America Cuſco, Mexicoque Nova Hiſpania: at vero quis hoc tempore non videt pares majoreſque in ſingulis pene Europæ Regionibus? Perambulet quis cogitatione ſolum ſua in Italia (exemplũ enim ſubminiſtret hic unus ille Mundi, in noſtra Europa ocellus) ſumtuoſam Romæ Magnificentiam, Regales Venetiarum Opes, ſuſpiciendã Neapolis Nobilitatẽ, ferventia Genuæ Commercia & Negociationes, felicem illam & beatam Mediolani Amœnitatem, aliarum denique alia cum Miracula, tum Commoda: Sileant ſua, clamare cogetur, ſileant partes Orbis ceteræ: Par nihil Europæ, nihil eſt ſecundum. Regiones autẽ ejus (ut hodie eas apellamus) ſunt, *Hiſpania, Gallia, Germania, Italia, Hungaria, Tranſilvania, Dalmatia, Græcia, Polonia, Lithuania, Moſcovia, Roxolania, Dania, Suecia, Norvegia.* Sunt & Inſulę in Oceano Boreali: *Anglia, Scotia, Hibernia Iſlandia, Friſlandia:* Alibi aliæ. In Mari Mediterraneo ſunt *Baleares Maiora & Minora, Corſica, Sardinia, Sicilia, Melita, Corcyra, Creta* pluresque aliæ, in quibus infinita vis hominũ degit. Lacuum vero, Stagnorum, Fluminum Aquarumq; queis variæ vires in hac parte copiam quis enumeret? Quæ præter Piſces, quorũ incredibilem vim ſubminiſtrant, regionibus pro muro plerumque ſunt. Quid Maria? quorum commoditates, utilitates & delitias omnes ſi velim recẽſere tempus me deficiat. Atque hæc ſuis locis explicabuntur. Non deſunt Europæ Mõtes, inter quos *Pyrænei Alpeſq;* perpetuis nivibus albicantes: neque etiam Sylvæ & Nemora, in quibus quum Ferarum utilium alat copiam, nocivarum tamen raritatem merito poteſt jactare. Quid de operibus publicis tam ſacris, quam prophanis, quid de privatis dicã? Innumera hic magnifica *Templa*, innumeræ *Abbatiæ*, infinita *Cœnobia, Monaſteria, Xenodochia*, ac *Noſocomia.* Plurima Regum conſpicua *Palatia*, innumeræ Magnatum & Principum magnificæ ac pulcherrimæ Ædes: iunumera denique & publica & privata Ædificia, uti ex ſequentibus Lectori planum fiet. Habemus hic Iura & Leges, habemus Religionis Chriſtianæ dignitatem, habemus Humanitatis delicias, habemus Armorum vim: Habemus Senatores innumeros, Viros prudentia atque eruditione venerabiles. Denique ſi viros celebres conferre libeat. Nulla unquam tanta fuit in alijs Orbis Partibus Heroum Virorumque Nobilium frequentia: quanta in uno aliquo Europæ tractu. Artes vero ſcientiaſque hæc pars Orbis ita tractat, ut ob multarum Rerum inventionem, Mater; ob conſervationem plurimarum. Nurrix Sapientiæ merito dicenda ſit. In hac ſunt præſtantiſſima florentiſſimaque bonarum Literarum Athenæa, in alijs regnat mera Berbaries. Supereſt poſtremum Methodi noſtræ caput de Europæorum moribus. Sua enim & incolis qualitas. Sed ego non is ſum, qui nulla coactus neceſſitate, maximas mihi parare velim moleſtias, certiſſimamque ab jis invidiam. Præſtare deſficile eſt, quod Titulus pollicetur. Non ubique fui, nt Europeorum omnium genios & ingenia fideli penicillo depingam. Faciat hoc,

*Lacus & flumina. Maria. Montes.*

*Opera Publica.*

*Leges & inſtituta. Senatores & eorum frequentia Scholæ. Mores.*

*Imperium Majorum & Minorum.*

*Vrbes.*

*Qui mores hominum multorum vidit, & urbes.*

Et fuerim etiam multis in locis, multaque uſu & conſuetudine didicerim, nunquid omnia temporis lapſu adventitioq; commercio crebris mutationibus ſunt obnoxia? Horũ omnium virtutes recenſere nimium foret. Vitia (quia autem ijs caret?) brevibus aliquot dictis circumferuntur: quæ attexere libuit: *Franci*, ſimplices, ruſtici, vehementes. *Bavari* ſumtuoſi, commeſſatores, procaces. *Suevi*, leves, loquaces, glorioſi. *Turingi*, diffidentes, ſordidi, contentioſi. *Saxones*, diſſimulatores, verſuti, contumaces. *Belgæ*, equeſtres, delicati, teneri. *Itali*, ſuperbi, vindictæ cupidi, iugenioſi. *Hiſpani*, faſtuoſi, conſulti, rapaces. *Galli* elegãtes, intemperantes, temerarij. *Cimbri*, magni, ſeditioſi, horribiles. *Sarmatæ*, edaces, ſuperbi, furaces: *Boemi*, inhumani, novatores, prędatores. *Illyrici*, mobiles, maligni, tumultuatores. *Pannones*, aſperi, ſuperſtitioſi. *Græci*, miſeri. Eſt & aliud haud minus lepidum. Pons Polonicus, Monachus Boëmicus: Miles Auſtralis, Suevica Monialis; Italica Devotio, Prutenorum Religio, Teutonum Iejunia, Gallorum Conſtantia. **Nihil valent omnia.**

# LECTORI
## SALVTEM.

ADmonuimus in Præfatione (benevole Lector) omnem nos diligẽtiam & curam adhibuiſſe, ut quaſvis regiones accuratiſsime delineatas in lucem daremus: quapropter neceſſe fuit non ſolum Geographicas, ſed etiam Hydrographicas Tabulas præſertim in remotiſſimis nuperque tum noſtrorum, tum aliorum navigatione detectis regionibus (utpote Africæ, Aſiæ, & Americæ) conſulere. Vnde fit ut noſtræ, ſicuti poſt Mercatoris Tabulas editæ ſunt, ita etiam ab ijſdem nonnihil differant. Ne tamen illi injuriam feciſſe videamur, ipſius intactas reliquimus, noſtraſque vel ſubjunximus, vel ſuis particularibus: ut ita & illius honori & Lectoris utilitati eſſet conſultum, cui non ingratum noſtrum laborem ſperamus fore. Cæterum monendus es (Candide Lector) nos in quatuor partibus generalibus locorum longitudinem non a Ptolomaico Meridiano incepiſſe, ſed ab Inſulis Flandricis (quæ vulgo Azores vocantur) quod acus nautica ibi recta in Septemtrionem vergat. In cæteris particularibus omnibus Mercatorem ſequuti ſumus, ut ita, quantum licuit, ex una Tabula in aliam tranſitus & itinera non minus agnoſci & perſpici poſſint, quam ſi una utriuſque deſcriptionis eſſet continua Tabula. Hoc tantum eſt diſcriminis, quod non ad eandem ſemper graduum cœleſtium magnitudinem ſunt compoſitæ Tabulæ: quare majore in una, quam in altera ſit miliarij capacitas, ad quam circinus contrahendus extèndenduſve eſt, cum iter ex una in alterius locum aliquem proſequimur. Vale & fruere Lector.

IVDOCVS HONDIVS.

SEPTENTRIO

AMERICÆ PARS Estotilãd Laboratoris terra DROGEO

FRETUM DAVIS

GROENLANDIÆ PARS

MARE CONGELATUM

Ponit hoc loco Gerardus Mercator ut & alij terram Polarem ultra 80. gradum navigarunt.

Thierri land al Pvere gland

Martin of Vlands il est plusieurs insules

Sir Hugo Willoughbes lande

Nova Zembla id Langenes est Terra Nova.

Obi fluvius

OBDORA

Orbis Zona Mundi

Fretum Nassovicum alias Vaigatz

Pustozera

Petzora

Wolski Povasta

CONDORA

Colgovia

Marsowitz

Madrytske Bastiteni

Peysasta

Stupuli ostrium

PERMIA

Vatka

Catelnitz

Slowoda

VACHINA

Strolez

Ustiug

Dobrowsko

Brousenscko

Totma

Cazan gorod

Suchko

Choglana

Suidesko

Schahoshoy

Wologda

Plesa

Largowitz

Balkina

Nisnovgorod

Bulgar

Ceremisegorni

Resan

Tartaria Przecopen sis regnum potes

Exapolis

Astracan

Bachanti

Mare de Sala vel de Bachu, Rhuthenis Chualenske more olim CASPIU et HIRCANUM

Stara Chirkassi

Cremea

Niburum

Meotis palus

Cumerium Bata

Susaco Cacari

Sawtapoli

Tamasa

Phasis

Archabis

Trapezus

Pontus Eu xinus, Mare Majus Græcis M. Nigrum, Turcis Caradeńs. Cujus aqua semper extra in Propontidem confluit, introrsum salsum est ac magna piscium copia abundat.

Sinopi

Amastro

Europæ nomen à Græcis inditum, quo interpretantur Hebraicum Iaphet, qui Latinis Iupiter, Græcia Ioëtre os vocatur: Nunc apud Lyricum Poëtam: Audax Iapeti genus etc. pro Europeis. Quod ab Homero & Æschylo sumptum est. Non igitur ab Europa Agenoris Phœnicis filia, bovis forma ab Asia in Cretam abducta / uti fabulmtur Pœtæ. Europam Iapheti Nohæ filius cum suis incolit: cujus progeniem hic asscribere libuit, in studiosorum gratiam.

Nohe tres habuit filios Iaphet, Shem, Cham: Iaphet 7. filios habuit à quibus hæ nationes sequentes

IAPHET

- Gomer ab hoc Cimmeri qui et Cimbri: a quo
  - Ascanes, unde dicti
    - Tutiscones quasi de Ascane nati hi postea Germani dicti sunt. ex Asia oriundi
  - Riph unde Riphei in Asia. Mela.
  - Togarmah Trocmi, al. Turce
- Magog. Ab hoc Ogygia sic olim Italia. et alij Turcas interpretantur, alij Massagetas & Getas, à quibus Turcæ.
- Madai, unde Medi, qui hoc sunt in Asia
  - Elisha, unde Eoles in Asia min.
  - Tarshish unde Tarsus in Cilicia
  - Kittim unde Creta insula
  - Rhodanim unde Rhodus ins.
- Iavan hinc Ionia seu Græcia hic 3. filios h.
- Tubal: Tobela: quæ hodie Hispania: Beroso Auctore
- Mesthech, unde Moscovia. Marices, Scythæ
- Thras unde Thracia.

Europa limites habet ab Occidẽte Oceanum: ab Oriente Mare Ægæum, Pontum Euxinum, Mœotidem Paludem & fluvium Tanaim, à quo recta linea ad Sinum Granvicum ducta, ab Asia separatur: à Septentrione Mare Hyperboreum: à Meridie vero Mare Mediterraneum.

Iodocus Hondius excudit Amsterodami

NOVA EUROPÆ DESCRIPTIO AUCTORE Iodoco Hondio

ASIÆ PARS

ASIAMINOR olim

PONTUS

Mare Glaciale

HYPERBOREUS OCEANUS

Circulus Arcticus

DEUCALEDONIUS OCEANUS

OCCIDENS

ORIENS

ATLANTI

CANTABRICUS OCEANUS

Farroe insulæ

Hitland al. Scherland

Orcades II. 33.

Hebrides Insulæ 43. quæ et Hebrides. S. Patricium Meridiem vocitur

HIBERNIA

SCOTIA

Flandria insula al. I. des Maillos

OCEANUS GERMANICUS

OOST ZEE Svevicum

Boddicus Sinus

Sinus Gravicus al. Mare Albuni

Finnicus sinus

Mare

Mare Gallicum

Balearides insulæ

Majorca I.

Minorca

Mare Tyrrhenum et Inferum

Golfo di Venetia Superum

Adriaticum mare

Mare Ibericum

MARE MEDITERRANEUM

Canariæ I.

Madera

Porto Santo

Salvages

Lancerotte I

Bulleza

Forteventura

Ossum

Maroco

Fez

Mosqueta

Tenis

Oran

Algier

Bogia

Bona

Tabarchia

Tunis

Africa

Suffetula

Malta olim Melita insula

Sardinia

Sicilia

Corsica

Cypria

Cyprus

Rhodus

Creta

Candia

Archi Pelagus

Morea

Peloponesus

Archipelagus

Scarpanto

Cerigo

Zante

Cefalonia

Ithaca

Lepanto

Athenæ

Thebes

Negropont

Smyrna

Efeso

Scio

Samos

Patmos

Mileto

Rhodus

Cypria

Paphos

Tyrus

Ptolemais

Iudea

Aggara

Damiata

Cairo

Alexandria

Rubri maris pars

AEGYPTUS

Miliaria Germanica. Duytsche Mylen.

10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120

20 30 40 MERIDIES 60 70 80

50 40 30

# AFRICA.

AFRICAM Ptolemæus, Dionyſius, Plinius ſecundam volunt eſſe Orbis Partem. Strabo Tertiam : haud multum refert, hunc an illos ſequaris : nonnullis ordo Strabonis placet : nos reliquorum authoritatem ſequuti, Africam ſecundam Orbis partem facimus. Ea ſic dicta eſt, ſi Niciæ credimus, ab *Afro* quodam ſocio Herculis, qui eum ad Gades uſque comitatus eſt: ſin Ioſepho & Iſidoro, ab uno ex poſteris Abrahæ, cui nomen *Afer* vel ut Feſtus autumat, a Græco φρίκη quod horrorem denotat: eſt enim horroris expers, quum ſita ſit inter Tropicos. Arabes *Fricchiam* vocant, a verbo *Faruca*, quod ipſis eſt dividere: eſt enim Africa a cæteris Terræ Partibus fere diviſa; vel ab *Ifrico* Arabiæ Felicis Rege, quem primum omnium has Terras ferunt Coluiſſe. Græci *Libyam* vocant, vel a *Libya* Epaphi filia, vel quia λιφόη, vel quod inde *Lips* ventus ſpiret. In ſacris literis *Chameſia*, ab Arabibus & Æthiopibus *Alkebulam* & ab Indis *Beſecath* nominatur. Æquinoctialis Circulus mediam fere Africam ſecat. Tropici eam nondum excedunt: ſed ipſa utrimque Tropicos gradibus decem atque amplius. Terminatur ad Septemtrionem Mari Mediterraneo & Freto Herculeo, ad Ortum Sinu Arabico ſive Mari Erythræo, & Iſthmo qui eſt inter Mare Mediterraneum & Sinum Arabicum. Ad Meridiem alluitur Oceano Æthiopico: ad Occaſum Atlantico. Formam habet Peninſulæ quæ Iſthmo quem retuli Aſiæ cõjungitur. Etſi vero ejus lõgitudo quæ ab Occaſu ad Ortũ patet, brevior ſit Europæ lõgitudine, tamen reliqua pars ad Auſtrum tantum ſeſe extendit, ut ei Europa vix conferri poſſit: habet enim ſpatium graduum pene lxx. Europa vero vix graduum xxxv. Præterea Europa tota ſinuoſa eſt, Africa uniformis & continua. Sed Europa, ut in ejus deſcriptione diximus, cultiſſima: hæc multis locis deſerta. Illa jam olim nota, hæc non. Vt mirum nemini videri debeat, ſi Strabo Africam Europa minorem fuerit arbitratus, aut ſi noſtra partitio aliorum partitionibus amplior ſit & locupletior. Quantum incolitur Africa fertilitate præſtat. Verum magna parte inculta eſt, vel arenis ſterilibus obducta, vel ob Situm Cœli deſerta, vel multo ac malefico Animalium genere infeſta. Eximia & propemodum portentoſa agrorum a nonnullis narratur feracitas, ut pote qui locis quibuſdam centeſimo fœnore reddant cultoribus meſſem. Mirum eſt quod de Mauritaniæ ubertate dicitur: reperi in ea vites, quas duorum hominum complexus capere non poſſit, uvarumque racemos cubitales. Arbores circa Atlantẽ proceritate inſigni, enodi nitore, folio Cupreſſi. Alit & Africa Elephantes & Dracones qui ipſis beluis inſidiantur, ſuoqve complexu enecant: Leones, Bubalos, Pardales, Capreas & Simias quibuſdã locis ſupra modum frequentes. Herodotus cornutos Aſinos ibi naſci author eſt. Dracones inſuper, Hyænas, Hiſtrices, agreſtes Arietes, Thores hoc eſt ex Hyæno & Lupo genitos, Pantheras, Struthiocamelos, & præter multa Serpentũ genera Ceraſtas & Aſpidem, cui peſti Ichneumonem minimum Animal Natura oppoſuit. Ceruus autem & Aper, eodem teſte, prorſus in Africa nullus eſt. In deſertis autem Libyæ, ut & in ea Numidiæ parte quæ Libyæ eſt contermina, imprimis maxima eſt Serpentum copia:

*Nomina, a quibus & cur indita.*

*Situs.*

*Soli fertilitas.*

*Animaliũ varietas.*

*Squamigeros ingens* Hæmorthois *explicat orbes,*
*Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arva*
Therſydros, *tractique via fumante* Chelydri,
*Et ſemper recto lapſurus lumine* Cenchris,
*Pluribus ille notis variatam tingitur alvum,*
*Quam parvis tinctus maculis Thebanus* Ophites
*Concolor exuſtis atque indiſertus arenis*
Ammodytes : *ſpinaque vagi torquente* Ceraſtæ,
*Et* Scytale *ſparſis etiam nunc ſola pruinis*
*Exuvias poſitura ſuas, & torrida* Dipſas,
*Et gravis in geminum vergens caput* Amphiſibæna,
*Et* Natrix *violator aquæ jaculique volucres.*
*Et contentus iter cauda ſulcare* Phareas,
*Oraque diſtendens avidus ſpumantia* Præſter,
*Oſſaque diſſolvens cum corpore tabificus* Seps.

Baſiliſcum etiam alit Africa. Quæ de eodem narrantur, fabuloſa quidam ſuſpicati ſunt. Atqui Leone Pontifice conſtat ad Ædem Luciæ ſub fornice ſtabulatum Baſiliſcũ, cujus adflatu magna lue Roma adfecta fuit. Sunt & varia Monſtrorum genera, quorum diverſitatem multitudinemque inopię aquarũ adſcribunt, ad paucos ſive amnes ſive puteos congregantibus ſe Feris. Multiformes igitur fieri aiunt animaliũ partus, varie Mares cum Feminis cujuſque generis aut vi aut voluptate miſcente. Vnde etiam vulgare Græciæ dictum, *Semper aliquid novi Africam referre.* Eam Romani diviſere in Provincias ſex: *Proconſularem*, in qua, Carthago; *Numidiam Conſularem, Bizacchium, Tripolitanam Mauritaniam Cæſarienſem, & Mauritaniam Sitiphenſem.* Ptolemæus initio lib IV duodecim ejus Provincias ſeu Satrapias numerat. *Mauritaniam Tingitanam, Mauritaniam Cæſarienſem, Numidiam, Africam proprie dictam, Cyrenaicam, Marmaricam, Libyam propriam, Aegyptum Superiorem, Inferiorem, Libyam Interiorem, Aethiopiam ſub Aegypto & Aethiopiam Interiorem.* Sed hi non diviſerunt Africam qualis erat, ſed qualem noverant. Leo Africanvs ex recentioribus totam Africam dirimit in partes quatuor, *Barbariã, Numidiam, Libyam*, & *Nigritarum Regionẽ.* Sed in hoc deceptus eſt Leo, quod terminum Africæ non poſuerit Mare Rubrum, ſed Nilum: quo factum eſt, ut Ægyptum & reliquam partem Orientalem Aſiæ adjudicarit. Nos igitur præter quatuor illas partes a Leone enumeratas ponimus in Africa *Aegyptum, Aethiopiam Superiorem* ſive *Interiorem* in qua Abyſſini. *Aethiopiam Inferiorem ſive Exteriorem* in qua Manicongi & *Inſulas. Aegyptus* ab Auſtro in Boream longo tractu porrigitur. Termini ſunt ab Occidente ultra Nilum deſerta Barcæ, Libyæ & Numidiæ, cum Regno Nubiæ Ab Auſtro agro Bugiẽſi & Nilo concluditur, quo loco Nilus ab Occaſu in Ortum nonnihil fertur. Plinius eam finit Syene urbe, quæ nunc *Aſna* dicitur. Ab Ortu ſunt deſerta Arabiæ, quæ inter Ægyptum & mare Rubrum ſita ſunt. Ab Aquilone clauditur Mari Mediterraneo, quod ea parte vocatur *Pelagus Aegyptiacum.* Cætera de Aegypto in ſingulari ejus deſcriptione explicabimus. *Barbariam* hodie vocant totũ Africæ tractum ab Aegypto ad Fretum Gaditanũ, qui Mari Mediterraneo & Atlante monte concluditur, continetque Regna Marocci. Feſſæ, Teleuſinum, Tunetanum, & Barcæ, de quibus fuſius in Barbariæ deſcriptione. Nunc ſatis fuerit Lectori limites commonſtraſſe. *Regnum* itaque *Marocco* dividitur in has provincias, *Heam, Suſam, Guzulam, Marocci terram, Ducalam, Hoſcoram & Tedletem.* Terminatur Oceano Atlantico, Atlante ipſo, & Regno Feſſæ. *Regnum Feſſanum* ab Occaſu habet Mare Atlanticum, a Septemtrione Fretum Herculeum, ab Ortu *Mulviam* flumen, ab Auſtro Regnum Marocci, ejus regiones ſunt *Temeſna, Territorium Feſſæ, Aſgaro, Elhabata, Errifa, Garetũ, & Elchauſum*

# AFRICA
Ex magna orbis terr. descriptione Gerardi Mercatoris desumpta. Studio & industria G.M. Iunioris.

Miliaria Germanica communia quorum 15 gradum unum, latitudinis constituunt

Cum Priuilegio

# AFRICA.

ſum. *Teleuſinum regnum* quod & *Tremiſen* vocant, terminatur a Meridie deſerto numidiæ; ab Ortu fluvio Majore, a Septentrione Mari Mediterraneo. Hanc Romani vocabant Mauritaniam Cæſaream: in hac eſt vrbs *Algira*. *Regnum Tunetanum* complectitur totum Terræ tractũ a fluvio Majore ad Meſratæ regionis amnem. Ejus regionis ſunt quinque *Bugia*, *Conſtantina*, *Tunetanum territorium*, *Tripolis*. & *Ezzaba*. *Barca* ſeu *Barcha* a finibus Meſratæ protenditur ad Egypti confinia. *Numidia* hodie *Biledulgerid* dicitur, a Dactylorum proventu. Ejus fines ab Occidente Mare Atlanticũ, a Septentrione Mõs Atlas, ad Ortum Ægypti confinia. Ab Auſtro deſerta Libyæ. Regiones ſunt, *Teſſet*, *Segelmeſſa*, *Seb*, *Bildulgerid*, *Dara & Fezzẽ*. *Libya* veteribus ſarra dicta, quod deſerta ſit. Initium ejus a Gaogæ regno prope Nilũ exporrigiturque Occidentem verſus, ad regnũ uſque Gualatæ quod Atlantico Mari adiacet, a Septemtrione Numidiæ Regno contermina eſt, a Meridie Nigritarum. Deſerta Libyæ ſunt, *Zanaga*, *Zuenziga*, *Targa*, *Lempta*, & *Bordæa*. *Negritæ* dicuntur vel ab incolarũ colore nigro, vel potiùs a Flumine Nigro, quod hanc regionẽ lãbit. Habent ab ortu Nili confinia, ab Occaſu Oceanũ Occiduũ, a Meridie partim Mare Æthiõpicũ, partim Regnũ Manicongi: a Septemtrione vero Libyę deſerta: Regna eorũ ſunt quinq; & viginti. *Galata*, *Guinea*, *Melli*, *Tombutũ*, *Gago*, *Guber*, *Aga*, *Antedez*, *Cano*, *Caſena*, *Zegzeg*, *Zanfura*, *Guanara*, *Bornum*, *Goaga*, *Nubia*, *Biro*, *Temiamo*, *Dauma Medra*, *Goran*, *Territorium*, *Antecorotenſe*, *Territoriũ Gialofæ*, *Ora Guineæ*, *Territorium Melegenſe*, & *Regnũ Benin*. *Abyſſini* incolunt Superiorẽ ſive Interiorẽ Aethiopiam, quorum Princeps Prete Gianni dicitur. Ejus Regio Perampla, utrumque pene Tropicum contingit, extenditurque inter Oceanum Aethiopicum & Mare Rubrum. A Septentrione habet Nubiæ & Burgiæ populos Aegypto confines. Ab Ortu Mare Rubrum, a Meridiæ Lunæ montes, ab Occaſu Regnum Manicongi, Nigrũ amnem, Nubiæ Regnum & fluvium Nilũ. Regna ei ſubjecta hæc, *Barnagnes* ſive Barnagaſſum, *Tigremaum*, *Tigrai* in qua urbs *Caxumo*, *Angote*, *Amara*, *Xoa*, *Goyami*, *Bagamedrum*, *Guegere*, *Fatiagar*, *Damur*, *Dancali & Dobas*. *Aethiopia*, *Inferior* ſive exterior eſt Auſtralis Africæ pars, Ptolemæo incognita. Ejus initiũ eſt ad Occaſum ſupra Zaire fluviũ non longe ab Aequatore, totamque complectitur littoralis Africæ partem, ultra ipſum Aequatorem uſque ad Fretum Arabicũ. Regiones ejus quinque, *Aiana* terra, in qua regna *Del & Adea*, *Magaduzzum*; Terra *Zanguibara* cujus Regna *Melinda*, *Mombazza*, *Quiloa*, *Mozambique*, *Monoemuei*, *Cefala*, *Montpotapa*, *Torra*, & *Butua*, *Cafrorum* regio, & *Mavicong*, cujus Provinciæ ſex, *Sunde*, *Pango*, *Songo*, *Bamba*, *Batra*, & *Pemba*, quibus adduntur Regna, *Angolæ*, *Loangi*, & *Anzichi*. Atq; hæ omnes ditiones Inferioris Aethiopiæ, incognitæ, ut dixi, veteribus, primum cœperunt noſtro Orbi innoteſcere anno Chriſti MCCCC xcvij, quo anno Vaſco de Gama promontorium Bonæ Spei Prætergreſſus, Africa univerſa circumnavigata, ad Calecutum Indiæ pervenit, viamque primus Europæis commonſtravit ad Indias Orientales. Certe Ptolemæus ultra xvij gradum Latitudinis Auſtralis Terras non agnovit, & extremus ipſi terminus eſt in *Praſſo*, promontorio *Agiſymbæ* Æthiopum regionis, quod hodie vocamus, *Moſambique*. Fuerunt olim in hac Orbis Parte Vrbes Nobiliſſimæ, quarum pleræque dirutæ. Inter eas principem facile locum tuebatur *Carthago*, Strab. πόλις ἀντίπαμος τῇ ῥώμῃ, id eſt ut Plinius reddit, *Romani Imperij æmula Orbiſque Terrarum avida*: Strab. lib. ultimo in principio belli cum Romanis CCC Vrbium Domina, in qua Septingenta Hominum millia a Romanis obſeſſa, & ad deditionem coacta fuerint. Fuerunt & Vrbes præſignes *Tripolis* juxta Syrtes: Thebæ ἑκατόμπυλαι, portarum C Nobiles fama. *Memphis*, Plinio quondam Arx Aegypti Regum, hodie *Babylon Aegyptia & Alcairus* Vrbium totius Orbis maxima: *Alexandria* ab Alexandro condita: *Ptolomais Cyrene*, quondam Carthaginis æmula, aliæque plurimæ, quas brævitati ſtudens prætereo. Lacus aliquot immenſi ſunt in Africa, qui Maria potius eſſe videantur, quorum præcipuus eſt *Zembre* nonnullis dictus, inter altiſſimos montes ſitus, diſtans ab Aequatore, verſus Meridiem gradibus undecim, cujus ambitus ad quinquaginta mill. patet. ex quo profluunt Nilus, Zaire, & Cuama amnes. Habet etiam hæc Orbis Terrarum pars immenſos fluvios *Nilum*, *Nigrum*, *Senagam*, *Cambram*, *Zaire*, *Cuaman*, & *Spiritus Sancti fl.* qui omnes ejuſdem naturæ fere ſunt: namque inundatione ſua Terram mirifice irrigant ac fertilem reddunt. Habet præterea Montes plurimos, & maximos, inter quos principem locum tenet *Atlas*, qui immanibus & ſupra quam credi facile poſſit altis jugis, e media arenarum vaſtitate cõſurgens extollitur, utpote ſupra nubes, adeo ut ejus cacumen proſpici nequeat. Hinc factus eſt locus fabulæ, ut Atlas Rex Mauritaniæ Cœlum humeris ſuis fulcire dicatur. *Columnam Cæli* Indigenæ nuncupant. Incipit ab Occaſu, ubi & Atlantico mari nomen imponit; inde perpetuo dorſo varie flexus extendit ſeſe Orientem verſus ad confinia Aegypti: eſt rotundus, arduus, inciſis rupibus præceps, ac invius, frigidiſſimus, nemoroſus, ſcatebris fontium riguus. Montis hujus vertex altis etiam æſtate nivibus operitur, quinetiam & ejus dorſum incrudeſcente Borea nonnunquam alta nive arbores ſuperante tegitur, qua tam pecudes quam homines interimuntur. Præterea Fontes qui iſtic reperiuntur in ſummo Aeſtu frigidiſſimi, adeo ut ſiquis manum in ijs aliquamdiu immerſam teneret, eam facile exanimaret ac perderet. Præter Atlantem montes celebres ſunt illi qui a Portugallenſibus dicuntur *Pici Fongoſi* in parte Meridionali; namq; ob altitudinem, atque aſperitatem inacceſſibiles fere ſunt, nudi, deſerti, ac omni bono carentes. Præterea Mons altiſſimus *Sierra Liona* dictus immenſæ altitudinis, cujus vertex ſemper nubibus obumbratur, ex quo terribilis tumultus & fragor in Mari auditur: idque fortaſſe ex aſſiduo tonitru ac coruſcatione, unde & Leonum rupes dicitur: Quam Ptolemæo, Plinio, Melæ & Hannoni *Deorum Currum* fuiſſe dictam, nonnulli cenſent. *Montes* item *Lunæ* veteribus etiam cogniti ſub Tropico Capricorni locantur, aſperrimi ſane, ac incredibili altitudine, a gentibus feris inhabitati, prope quos ſunt valles immenſæ profunditatis, adeo ut illic Centrum Terræ eſſe videatur. Sunt denique, *Cantaberes* Montes in Angolæ Regno Argenti Fodinis ditiſſimi, & alij quos in particularibus deſcriptionibus recenſebimus. *Inſulæ* autem circa Africam nobiliores ſunt. In Oceano Atlantico eſt *Inſula portus Sancti*, eſt *Madera*, ſunt *Canariæ*, & *Caput viride*. *Inſula portus Sancti* ſic dicta a detectoribus qui periculoſa ac dubia ejus navigatione emenſa & ſuperata, hunc locum ſic vocari in rei memoriam voluere. Ambitus ejus circiter quindecim milliarium. *Madera* a magna, quæ hic creſcebat, Arborum copia nomen accepit. Peridromus ejus circiter centum & xl milliarium. *Canariæ* ſic dictæ a canum quæ ibidem erat, multitudine. *Fortunatæ* a veteribus olim nominabantur. Plinius ſex commemorat, *Ombrio*, *Iunoniam Maiorem*, *Minorem*, *Caprariam*, *Nivariam* & *Canariam*, Ptolemæus nominat *Aproſitum*, *Heram*, vel *Autoladam*, *Pluitaliam*, *Caſperias*, *Canariam & Centuriam*, omneſque recta fere in Septentrionem linea diſponit. Cadamuſtus decem, ſeptem cultas, tres deſertas; nomina cultarum ſunt *Fractæ lanceæ*, *Magne fortis*, *Gran canaria*, *Teneriffæ Gomeræ*, *Palmæ*, *Ferro*. *Caput viride* arboribus virentibus conſitum eſt, atque ex eo nomen habet. Inſulæ ejus Occidentem verſus medio Oceano jacent. A priſcis *Gorgones* dictæ putantur. Sunt autem S. *Antonij*, *S. Vincentij*, *S. Lucie*, *S. Nicolai*, *Salis*, *Bona Viſta*, *Maggio* vel *May*, *S. Iacobi*, & *Ignis*. In Oceano Æthiopico ſunt *Inſula Principis* & *S. Thomæ*. Poſt promontorium Bonæ ſpei in Sinu Barbarico, ſunt innumeræ Inſulæ magna parte incultæ præter unam nobilem *S. Laurentij*, quam indigenæ vocant *Madagaſcar*. Eſt & *Zocotara* inſula ad Sinus Aracici initia, ex adverſo Promontorij Guardafu, de quibus alibi fuſius.

*Vrbes.*

*Lacus.*

*Flumina*

*Montes.*

# ASIA.

AFRICAM in mea Partitione ſequitur *Aſia*. Ea nomen ſortita ab Aſia Nympha (teſte Varone) ex qua & Iapeto trahitur Prometheus: quod & Lycophroni arriſit, & Herodoto, qui tres Orbis Partes a tribus mulieribus denominatas putavit. Alijs hoc commentum de tribus mulieribus diſplicet: dicunt igitur appellatam vel ab Aſio Atyis filio, vel Aſio Philoſopho qui Troi Palladium ad urbis cuſtodiam dedit: hunc ut gratiam referret, ditionem ſuam omnem quæ antea Epirus dicebatur, Aſiam vocaſſe. Ab hac autem poſtea tanquam nobiliori parte reliquus omnis tractus, Aſia dici cœpit. Porro ut Libya & tertiam Orbis portionem ſignificat, & ejus portionis partem; itemque ut Armeniæ Cappadociæque appellatione & totum tractum, & partem ejus ſingularem notare veteres voluere: ita & Aſiam obſervatum eſt ſignificare & totam Continentem: & Partem illam quæ intra Taurum montem eſt, in qua Lydi, Cares, Lycaones, Paphlagones, Iones, Æoles, alijque, quę pars diſtinctionis gratia vulgo Aſia minor, Turcis, *Natolia* dicitur. Varro Lib. IV de L. *Nam & Aſia quæ non Europa, in qua eſt Syria: & Aſia dicitur prior pars Aſiæ, in qua eſt Ionia & provincia noſtra.* Aſia autem univerſa Semia Sacris Scriptoribus nuncupatur. Sita eſt propemodum tota in Septemtrionali Orbis plaga ab Æquatore uſque ad gr. lxxx Latitudinis Boreæ, exceptis tamen Inſulis ad Aſiam pertinentibus quarum aliquot ultra Æquatorem porriguntur. Vnde maxima diverſitas per totam Aſiam in magnitudine dierum artificialium conſpicitur. Nam in ultimo ejus parallelo, qui non longe ab Æquinoctiali per extremam Malaccæ Regni oram ducitur, longiſſimus dies eſt horarum pene XII. Circa medium Aſiæ parallelum eſt horarum XV, & in ejus Borealiſſimo parallelo perpetua lux æſtatis quatuor fere integris menſibus perdurat. At ſecundum Latitudinem protenditur a Meridiano gra. III, uſque ad Meridianum ductum per grad. CXVI, ſecundum nonnullos: ſed ſi Mercatoris noſtri deſcriptionem ſequamur, Occidentaliſſimus ejus Meridianus per gra. LVII tranſit, juxta extremam Aſiæ Minoris Oram Occidentalem: & Orientaliſſimus per gra. CLXXVIII. Conjungitur autem Europa, quæ eſt *Βορεοπόντη*. Infra, eam ab Europa dividunt. Tanais fluvius. Mæotis Palus, Pontus & Propontis. Ad Septemtrionem habet Mare Scythicũ, a Meridie Indicum, ab Ortu Eoum, ab Occidente Sinum Arabicum ſive Mare Rubrum, & Mediterraneum, & Euxinum. Et ut ſuperiore parte continua eſt Europæ, ita in parte Auſtrali Iſthmo Africæ conjungitur. Plinius tamen & Strabo alijque nonnulli Aſiam ad Nilum uſque protendunt, totamque Ægyptum Aſiæ adnumerant. Neque vero recta linea littus Aſiaticum ab extremo oſtio Maris Rubri ad Orientem porrigitur, ut arbitratus eſt Mela; ſed ſinuoſo littore tota interrupta eſt. Præcipui Sinus hi ſunt; *Perſicus* qui nunc *Elcatif* & *Meſendin* vocatur: *Argaricus*, nunc *Golfo de Bengala*, & *Magnus Sinus*, quem Ortelius *Chryſen* Plinij eſſe arbitratur, diciturque hodie *Mare Cin*. In Aſia Cœli admodum jucunda ſalubriſque Temperies, Aër clementiſſimus ac mire tẽperatus. Non tamen omnis Aſia hanc Cœli moderationem ſentit: nam ejus dextra atque ſiniſtra, teſte Mario, calore ac frigore iniqua ac intolerabilia ſunt. Deliciæ hujus regionis tantæ ſunt, ut etiã in proverbiũ ceſſerint. Terra omnis & ubertate Agrorum & varietate Fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, ita nobilis, ut facile omnibus terris antecellat. Spectanda hic Fructuum, Aromatum, Metallorum, Gemmarum copia. Hinc Balſamum, Calamum, Thus, Myrrham. Caſſiam, Cinnamomum, Cariophyllum, Piper, Crocum, Ligna Odorifera, Reſinam, Muſchum, Margaritaſque omnis generis accipimus. Spectanda hic Animalium diverſorum varietas. Alit enim innumeros Elephantes, Camelos, & alia complura Animalia tum domeſtica, tum ſylveſtria. Spectanda ingenia, divitiæ, potentia incolarum. Hic primum Homo a Deo conditus; hic prima Eccleſiæ Dei ſedes: hic primum Artes inventæ: hic Lex lata, hic Evangelij doctrina miſeris Mortalibus cum ſpe beatitudinis conceſſa per *Dei* filium Ieſum Chriſtum. Hic Linguarum varietas a Deo Mortalium generi immiſſa, in exſtructione Turris Babel. Hic primum in inferiores potentiorum Imperium ortum eſt. Hic *Nimrod* regnare cœpit. Totius autem tractus Aſiatici Monarchæ primi fuere *Aſſyrij*, quorum poſtremus *Sardanapalus*, unicæ luxuriæ profligatiſſimæque mollitiei homo, inter ſcortorũ greges deprehenſus ab Arbacto, nec multo poſt ab eodem prælio victus, inſtructa incenſaque pyra, ſe & divitias ſuas in incendium miſit, buſtoque incidi hos verſus juſſit.

*Nomina a quibus & cur indita.*

*Situs*

*Cœli Temperies.*

*Soli fertilitas.*

*Animaliũ varietas.*

*Imperium Majorum.*

*Hæc habeo quæ edi, quæque exſaturata libido*
*Hauſit, at illa manent multa & præclara relicta.*

Poſtea ad *Perſas* devolutum Imperium. Inter quos Xerxes Darij filius bellum a patre cœptum adverſus Græciam quinquennium inſtruxit, copiaſque decies centum millium, ſtrato ſuper Helleſpontum ponte, ex Aſia in Europam deduxit; quas naves quoque decies centum mille numero comitatæ ſunt; fruſtraneo conatu, quum is qui Deo minitari, Mari inſultare, Neptuno cõpedes injicere, Cœlo tenebras inducere, Montes ſolo æquare, totum Orbem cõcutere auſus fuerat, vix, profligatis copijs, piſcatoris ſcapha Fretum trajecit, fracto hibernis tempeſtatibus Ponte. Poſtremus Perſici imperij Darius fuit, qui victus ſuperatuſque ab Alexandro, Macedonum Monarchiæ viam fecit, qui primus eam ex Aſia in Europam tranſtulit. Nunc autem Aſia univerſa ſecundum ejus Imperia quibus adminiſtratur, nobis non inepte dividi poſſe videtur. Cujus prima pars paret imperio Turcico, cujus origo a Mahumeto, ditio perampla. Occupat enim quicquid Terrarum eſt inter Pontum Euxinum, Mare Ægæum, Mediterraneum, Ægyptum, Sinum Arabicum, Perſicum, Tigrim, & Mare Caſpium. Sed & Moſcoviæ Dux magnam Aſiæ partem occupat, in cluſam Mari Glaciali, Obij fluvio, Kitaja lacu, & linea inde ducta ad Mare Caſpium, Iſthmumque qui inter hoc mare, & Pontum eſt. *Tertiam* partem Magnus Cham Tartarorum Imperator poſſidet, cujus fines a Meridie ſunt Mare Caſpium, laxartes fluvius, Imaus Mons, ab Ortu & Septemtrione Oceanus: ab Occidente Moſcoviæ regnum. *Quartam* habet Rex Perſarum Sophi. Huic ab Occidente eſt Turca, Septemtrione Tartarus, a Meridie Rubro mari alluitur: ad Ortum vero Indo flumine. *Quinta* pars continet Indiam tam intra quam ultra Gangem, quæ non ab uno ſolo ut reliquæ; ſed pluribus Regulis (nam quælibet illius Regio proprium fere habet Principem, quorum nonnulli etiam Magno Chamo vectigales ſunt) regitur. ſed neque hoc prætereundum, quod loca maritima, quæ ſunt a Sinu Arabico ad Promontorium uſque, vulgo *Cabo de Lampo* dictum (quod ad xxx gradum Latitudinis Borealis) fere omnia Luſitanus poſſidet aut ſibi tributaria fecit. *Sexta* habet regnum Chinæ ampliſſimum. Huic Rex præeſt, quem Antonius Pigiafetta totius Orbis dicit eſſe potentiſſimum: lxx regulis imperare. *Septima* Inſulas omnes in Oceano Indico & Orientali, varie diſperſas complectitur. Inter quas *Taprobana*, & *Zeilan*, duę *Iavæ* Pa-

# ASIA

ex magna orbis terræ descriptione Gerardi Mercatoris desumpta, studio et industria G.M. Iunioris.

EUROPAE PARS

AFRICAE PARS

AMERICAE PARS

AVSTRALIS PARS

TERRÆ

TERRÆ

OCEANVS SCYTHICVS qui et mare Tabin

Septentrio

POLARIS PARS

Arcticus

Circulus

Tropicus Cancri

Tropicus Capricorni

Aequinoctialis

Occidens

Orientis

MARE RVBRVM

MARE INDICVM

Arcipelago de S.Lazaro

El stretto de Anian

Noue Guineæ pars

Petzorke morie

Tabin promontorium Plinio

Polus Magnetis

Aman reg.

Quiuira reg.

Tuchano

Quiuira

Carigara Sinarum statio Prol.

Tamor promon. Meliquod ab oriente vide tur duci Samara

Satyrorum insule

Notium prom. Prol. Lanos Plin

Sandeber Sabana Prol.

Las dos hermanas

Malabrigo

Masacar

Lequio maior

Lequio minor

Humunu, nostris y.s di hom. segni

Mindanao im.

Sumbedit

Iaua maior

Zeilam insula Ternatibus incolis dicta Prol. Nanigeris

Maldiuar insulæ

Palandure insu.

Gofo de Bengala Argaricus sinus

Bisuna

Delli

Orixa

Bengala

Pegu

Brema

Cauona Stamgui

Naiam

Annibi

Ten duc

Cacthay reg.

Cacluchina

Cauchuchina

Mien reg.

Ava olim Palibothra

Maudao

Cheuchi

Cathaio

Tartaria

Vng als Gog

Mongul

Carigara

Belgian mo.

Deserti de Belgian magnum

Tartar villa

Bargu

Carli

Barcol

Tenduc

Chinanca

Xandu

Cianganor

Sarnias

Sandi

Caidu

Auteracha Prol.

Brema Brama Prol.

Insule de Miaco

Chela

Amanguco

Miaco

Bandu

Negru

Torza

Homei

Dmlai

Menlai

Fuson

Cangoxima

Tartaho Correcha Prol.

Agonara Aamagara Prol.

Baraqus

Cheque. am

Lequio minor

Baruste insule precipue sunt 5 ille Min. danao Calon Subut cum reliquis duabus Circum versus. Sinde autem 3 precipue Celebres Gilolo et Ambon.

Cenalo

Hibuson

Humangan

Abarien

y. de Matalotes

y. de arrecifes

Hanhan

Paiz de Inmortales

Aguada

Culuan

Palaos das

Palaos de S. Clara

Palaos

Palaoban insula, Prol. Bazacara

Cimbubon

Cagayan

Ladrones

Monte de adas

Manado

Tabaran

Tabalon

Burne

Tanjungpura

Tanjaranto

Calamba

Pulolaor

Ban. dan

Bartabor

Casabon

Noreuamon

Ambalao

Terra alta

Mallua

Timor Pidore inf.

Alifao

Cimpegua

Moluccæ vocantur 5 insulæ ordine positæ iuxta Gilolo, quarum suprema Tarenate, sequentes deinceps Tidore Motir Machian et infima Bachian.

Miliaria Germanica communia quorum 15 gradum unum latitudinis constituunt

Isola de don Garcia

Seche de S Michael

Las siete hermanas

Abucala

Due compagne

Poucada

Jona

y. de don Galopes

Cum Priuilegio

Arabia deserta

Arabia Felix

Ayaman olim Arabia Felix

Arabicus sinus

Mare de Sala

Mare Caspium

Natolia

Grecia

Tartaria

Turchia

Persia

Media

Sabia

Cumania

Cathay

Karaki Cathay

Peroſtire

Gruſtinad

Kitha

Lacomoria

Tauris

Nagar

Sibier

Calami

Obeiat

Melgon

Cosbin

Cambalich

Iliko

Cathaio

Cauchuchina

Cacluchina

Ilha de cubilo

Baixos de paduaa

Baixos de Chapar

Pulocondor

Pulocambi

Pulocanton

Pulocinco

Pulo Timon

Pulo Aor

Pulo Pisang

Pulo Tioman

Pulo Condor

Pulo Panjang

Pulo Laut

Pulo Batam

Pulo Bintan

Pulo Lingin

Pulo Carimon

Pulo Carimon Besar

Pulo Carimon Kecil

Pulo Bulan

Pulo Mapor

Pulo Tambelan

Pulo Tambelan Besar

Pulo Tambelan Kecil

Pulo Laut

Pulo Subi Besar

Pulo Subi Kecil

Pulo Natuna

Pulo Natuna Besar

Pulo Natuna Kecil

Pulo Anambas

Pulo Anambas Besar

Pulo Anambas Kecil

Pulo Tambelan

Pulo Tambelan Besar

Pulo Tambelan Kecil

Pulo Laut

Pulo Subi Besar

Pulo Subi Kecil

Pulo Natuna

Pulo Natuna Besar

Pulo Natuna Kecil

Pulo Anambas

Pulo Anambas Besar

Pulo Anambas Kecil

trum memoria a Luſitanis detectæ, *Borneo, Celebes, Palohan, Mindanao, Gilolo*, cum *Molluccis* aromatiferis. Tum *Iaponia*, & nuperrime inventa *Nova Guinea*, de qua an Inſula ſit, an terræ Antarcticæ connexa, nondum conſtat. Veteres vero ut Strabo XI & Arrianus V, multifariam eam diviſere. Ptolemæus in XLVII regiones ac provincias diſtribuit, cujus deſcriptionem tradit, quinto, ſexto, ac ſeptimo Geographiæ Libris, duodecim videlicet Tabulis abſolutam. Regiones autem quas Ptolemæus ponit ſunt hæ: Pontus ac Bithynia: Phrygia magna, Lycia, Gallatia, Paphlagonia Pamphylia. Capadocia, Armenia minor, Cilicia, Sarmatia Aſiatica, Colchis, Iberia, Albania, Armenia major, Cyprus inſula, Cœloſyria, Phœnicia, Palæſtina Iudæa, Arabia Petræa, Meſopotamia, Arabia deſerta, Babylonia, Aſſyria, Suſiana, Media, Perſis, Parthia, Carmania deſerta, Carmania altera, Arabia felix, Hyrcania, Margiana, Bactriana, Sogdiana, Sacarum regio, Scythia intra Imaum, Scythia extra Imaum, Serica, Aria, Paropaniſus, Drangiana, Arachoſia, Gedroſia, India intra, & extra Gangem, Sinarum regio, Taprobana inſula, cum alijs circumjacentibus. Habuit hæc tres urbes toto terrarum Orbe celeberrimas, *Babylonem, Niniven*, & *Hieroſolyma*. *Babylon* βαβυλὼν Ptolemeo & alijs Aſſyriæ ſive Babyloniæ primaria Urbs. Pauſanias in Arcadicis, tradit omnium quas umquam Sol aſpexit Vrbium maximam, ſed nihil præter Muros reliqui eſſe. Ariſtoteli non Vrbs, ſed Provincia nuncupatur. Quadringentorum Stadiorum eam in circuitu facit Dion Pruſeus Oratione vj. His Ixxx adjicit Oroſius lib. II. cap. VI. Hanc accurate deſcribunt Herodotus lib. I, Curtius lib V, Philoſtratus lib. I, Theveto *Boughedot*, Caſtaldo *Baldach*, Barrio *Bagadad*. Sed quod Strabo e Poëta quodam, poſt eum D. Hieronymus prodidit, vera nunc Babylon μεγάλη πόλις, μεγάλη ἐρημία. *Ninive*, Hebræis *Rahaboth* dicitur, ut ſcribit Ar. Montanus. Ptolemæo νἶνος & νινευὴ in Aſſyria eam locanti. I. dem facit Ammianus, Adiabenæ adſcribens. *Müſſula*, & quibuſdam *Moſſe* nominatur, teſte Mario: *Moſal* vocat I. Leo. Sita fuit ad Tigrim fluvium, a Nino Beli filio primo Aſſyriorum Rege condita, a quo & nomen accepit, ut ſcribit. Auguſtinus lib. XV de Civitate Dei. Verba ejus hæc ſunt: *Ninives Civitatis magnæ Ninus Beli Filius conditor: unde nomen ex illius nomine derivatum eſt, ut a Nino Ninive vocaretur. Hieroſolyma* ἱεροσόλυμα, Plinio nõ modo Iudææ, ſed etiã totius Orientis Vrbs longe clariſſima. Prius *Hieroſyla*, poſt *Hieroſolyma* nominata, ut ſcribit Lyſimachus, Ioſepho cõtra Appionem teſte. Hæc & *Ieruſalem, Salem* & *Iebus* in Sacris Literis dicitur: *Solyma* vel *Solymæ* Poëtis: Αιλίαν καπιτωλίαν ſuo tempore appellatam tradit Ptolemæus, ab Ælio Hadriano Imp. ejus reſtauratore, ut Dion Caſſius addit. Aſia habet Lacus piſcoſos & immenſos, atque unum Mare Caſpium in modum vaſtiſſimi lacus, quod ad Oceanum uſque non pertingit. Fluvios item plurimos, inter quos clariores ſunt *Tigris, Euphrates* quorum Moſes in Geneſi meminit: *Iordanis, Indus Ganges*. Montes hic etiam inſignes atque admirandi, inter quos *Mons Taurus* qui totam Aſiam dirimit, ab Eois veniens littoribus. Immenſus ipſe & innumerarum pene gentium arbiter, dextero latere Septemtrionalis, ubi primum ab Indico Mari exſurgit, lævo Meridianus, & ad Occaſum tendens, donec prementi Terras occurrant Maria, velut de induſtria rerum Natura ſubinde æquora opponente, hinc Phœnicium, hinc Ponticum; illinc Caſpium & Hyrcanum, contraque Mæoticum lacum. Torquetur igitur colliſus inter hæc clauſtra, & tamen victor, flexuoſus evadit uſque ad cognata Rhiphæorũ Montiũ juga, numeroſis nominibus & novis quacumque incedit inſignis, *Imaus* prima parte dictus, mox *Emodus, Paropamiſus, Circius, Chambades, Pharphariades, Chroates Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus*: Atque ubi ſe quoque exſuperat *Caucaſus*: ubi brachia emittit, ſubinde tentanti maria ſimilis *Sarpedon, Coraceſius, Cragus* iterumque *Taurus*. Vbi vero ſeſe aperit, *Pylarum Portarumque* nomine unitatem ſibi vendicat, quæ alibi *Armeniæ*, alibi *Caſpiæ*, alibi *Ciliciæ* vocantur. Ejus latitudo pleriſque in locis eſt ſtadiorum trium millium: longitudo tanta, quanta ipſius Aſiæ, utpote ſtadiorum XLV millium: hoc eſt milliarium Italicorum 5925; ab ora ſcilicet Rhodienſi ad extremos uſque Chinæ & Tartariæ fines. Sed de his ſatis. Ad Opera Publica tranſeo, quæ ſane imprimis ſuperba & magnifica habuit, atque inter ſeptem Orbis Miracula numerata, vel merito numeranda. Inter quę primum occurrunt *Babylonis muri*, quos Semiramis condidit, aut ſaltem ruinoſos inſtauravit, coctili latere & bitumine ferruminato, ducenos quidem pedes altos, quinquagenos latos, adeo ut quadrigas inter ſe occurrentes reciperent, Turreſque haberẽt trecentas, plures multo habituri, niſi aliqua ex parte Paludes pro Mœnibus fuiſſent. Cui tanto tamque portentoſo operi adhibita feruntur trecenta hominum millia. Herodotus author eſt muros Babylonis habuiſſe craſſitudinem quinquaginta Cubitorum regiorum, celſitudinem ducentorum. Per ambitum centum Portæ ſtabant æreæ. *Templum Dianæ Epheſiæ* factum a tota Aſia ducentis & viginti annis, ut teſtantur Hiſtoriæ. Hoc autem in ſolo paluſtri fecere ne Terræ motum ſentiret, aut hiatus timeret. Et ne in lubrico & inſtabili tantæ molis fundamenta locarentur, ante calcatis ea ſubſtravere carbonibus, deinde velleribus lanæ. Templi longitudo erat 425 pedum latitudo 220. Columnæ in eo centum viginti ſeptem a ſingulis Regibus factæ, ex quibus XXXVj erant cælatæ. Operi præfuit Cteſiphon. Fuit & *Sepulchrum* quod *Artemiſia* regina Cariæ Mauſolo marito defuncto erexit, inter Orbis Miracula adnumeratum, cujus altitudo attollebatur XXV cubitis: cingebatur Columnis triginta ſex. Patebat ab Auſtro & Septemtrione pedes Ixiij. Ipſum ab oriente cælavit. Scopas, a Septemtrione Briax, a Meridie Timotheus, ab Occaſu Leocares. Regina opere nondum abſoluto obijt; Artifices tamen nõ receſſerunt, niſi eo cõſummato. Atque hęc inter Orbis Miracula recenſentur. Fuit denique, magnificum illud *Templum*, quod anno Regni ſui quarto ædificare cœpit Salomon, non immerito ſeptem Orbis miraculis adnumerandũ. Triginta imprimis hominum millia cædendis Arboribus, ut Cedris & Cupreſſis fuere in Libanum deſtinata. Lapicidarum vero extiterunt octoginta millia. Latitudo Templi fuit vicenum Cubitorum: Sexagenum longitudo, Altitudo fornice diſtincta centenum & vicenum. Inferioris ſtructuræ materia erat ex candenti lapide. Amplitudo veſtibuli denum Cubitorum. Cellæ erant vicenæ pervio inter ſe uſu, aliæque his ſuppoſitæ. Trabes erant cedrinæ, cedrina concameratio, auro illita, ut parietes omnes. Sanctior locus a reliquo templi corpore diſtinguebatur muro, i.. quo erant januæ ſculptæ vela ductilia, varijs mæandris & floribus intexta. Duo Cherubini ex puro auro. Pavimentũ pedalis aureis inſtructum. Ianuæ vicenum cubitorum altitudine auro coruſcantes. Ante veſtibulum erant duæ Columnæ æneæ XVIIj Cubitorũ altitudine, ambituque duodecim. Erat & vas æneum tantæ magnitudinis, ut non abs re nominatum ſit Mare, quod vituli duodecim diverſas Mundi plagas, terni ſingulas proſpectantes circumſtabant. Fuit vas illud trium millium batorum capax. Erant & aliæ figuræ, quas longum eſſet recenſere. Altera fuit æreum denum pedum altitudine, longitudine duplo majore. Item Menſa una aurea. Phialarum & aurearum Paterarum decem millia. Argenteæ quadruplo majore numero. Candelabrorum decem millia ex Auro & Argento fabricatorum. Circa Templum aula capaciſſima, in qua populus conſiſteret. Hoc autem opus ſeptem annorum ſpatio ad finem perductum eſt. Sed hæc de ſtupendis magnificiſque Aſiæ ſtructuris, deque hac Portione dicta ſufficiant: ad Americam quartam Orbis Partem tranſeo, quæ in ordine noſtro ſequitur.

*Vrbes*

*Lacus & Flumina. Montes.*

*Opera publica.*

# AMERICA.

QVARTAM hanc Orbis Terrarum Partem Veteribus incognitam Chriſtophorus Columbus cum reperiſſet *Indiam* : alij ob vaſtitatem *Novum Orbem* dixere ; eſt enim ingens & noſtro Orbi, hoc eſt Europæ, Africæ, Aſiæ, ſimul conjunctis fere par; uti vel ex ipſo Tabulæ noſtræ univerſalis conſpectu liquet. Dicitur & *America* ab Americo Veſputio Florentino, qui primus poſt Columbum Continentis Partem ultra Æquatorem ab Ortu detexit, in qua ſunt *Paria* & *Braſilia* regiones. Quando autem America primum coli cœpta ſit, incertum eſt; certe multis ſeculis ignota latuit: nam quod de Romanis quidam ſuſpicantur, facilius dicitur quam demonſtratur, & commentum illud accurate refutatum eſt a Gaſparo Varrerio. Senecam enthyſiaſmo poetico raptum aliquid de hac in Medea ceciniſſe, nonnulli opinantur: ſed furor eſt, opinari vel illi vel ulli eo ſeculo has Partes fuiſſe cognitas. Primus poſt multa, & adhuc ignota nobis annorum ſecula Chriſtophorus Col. Genuenſis acri admodum & divino ingenio vir auſpicijs Regis Caſtellæ rem tantam feliciter invenit; edoctus (ut creditur a nonnullis tam clari facinoris gloriam arrodentibus) ab Hiſpano quodam Nauta. Nautam hunc ajunt tempeſtatibus jactatum, quum erraret Cœli locorumque ignarus, forte in has Terras actum eſſe, inde reducem ad Maderam veniſſe, Inſulam Iuriſdictionis Luſitanicæ. Situs vero Africani; in qua Inſula recens inventa, tum temporis Columbus habitabat. Eum Nautam a Columbo comiter hoſpitio exceptum, totam iteneris jactationiſque rationem docuiſſe. Columbum accenſum rei novitate, cum tribus Liburnicis, auſpicijs Caſtellæ Regis Ferdinandi Vxoris ejus Iſabellæ, Anno CIↃ CCCC XCII Kal Septembris iter illud ſuſcepiſſe, Inſulaſque Hiſpaniolam. Cubã & Iamaicam, primum adijſſe. Memorabile eſt quod quum in Iamaica Inſula ob commeatus inopiam ad ſummum vitæ diſcrimen cum ſuis veniſſet, Barbaris hac ratione ſperantibus Chriſtianorum exercitum facile poſſe expugnari; ſingulari quodam ſtratagemate ſe ſuoſque ab exitio liberaverit, uſus oportunitate imminentis Lunæ Eclipſios, quam ille, uti erat rerum Aſtronomicarum peritiſſimus, brevi obſcurandam ſciebat. Ducibus enim Iamaicenſibus nunciari extemplo juſſit, ni ſibi ſuiſque neceſſaria omnia ſubminiſtrarent; fore ut plurimis graviſſimiſq; malis propediem adfligerentur: atq; ut fidem dictis faceret, edixit, ſe proxima nocte effecturum, ut Luna ipſis videntibus obſcuraretur. Has Columbi minas Homines Barbari initio contemſere, poſtea vero quum ad conſtitutum ab ipſo tempus Lunam deficere paullatim conſpexerunt, attoniti & metu perculſi accurrere, provolutique ad Ducis genua commeatum largiter miniſtravere, & quæ vellet omnia ſefacturos ultro promiſere. Poſt Columbum Americus Veſputius Florentinus auſpicijs Regis Portugalliæ, idem tentavit factique præmium retulit, quod totus ille Tractus ab ipſius nomine Americæ, ut diximus, appellationem habeat. Porro univerſus hic Orbis a Septemtrione ad Meridiem exporrectus eſt duarum magnarum peninſularum forma, quæ tenui Iſthmo connectuntur: earum altera dicitur America *Septemtaionalis*, altera *Meridioualis*. Longitudo ejus extenſa eſt inter Meridianum gra, CXC & Merid. grad XVII Latitudinis terminus Auſtrum verſus eſt Fretum Magellanicum, id eſt gradus LII. Septemtrionem autem verſus a gradu LXVII ſurſum pleraque adhuc ſunt ignota. Habet igitur ab Ortu Solis Mare Atlanticum, quod vulgo vocant *del Nort*, a Meridie, Terram Auſtralem Magellanicam, Freto interfluente disjunctam. Ab Occaſu, Mare Pacificum, *Del Zur*: a Septemtrione, incertum Terras an Maria. Tota circumnavigatio eſt circiter XXXII millium milliariũ, ut tradunt probatiores, Eſt enim tota circumnavigata, præter eum tractũ qui Septemtrionẽ reſpicit, cujus littora nondũ perluſtrata ſunt. Regio in univerſum multiplex eſt ac varia: Frumento initio & Vino caruit: ejus loco tulit *Mayz* Leguminis genus, ſic enim vocant, ut vinum *Chichia*: lintres *Canoas:* Regulos *Cacicos* nominant. Ad ſementes faciendas terram non arant: ſed modicę altitudinis ſcrobibus effoſſis, tria quatuorve grana in unam demittunt terraque operiunt. Singuli culmi tribus quatuorve paniculis onuſti adoleſcuut, quarum ſingulæ grana centum & amplius fundunt; Maizij ſcapus hominis altitudinem exſuperat, ac quibuſdam in Provincijs bis in anno colligitur. Aliud etiam genus panis habent, vulgo *Cazacbi* dictum. Id ex *Iucca* conficitur: radix eſt napi craſſitudine, quæ nullum ex ſe ſemen fundit, ſed cannas tantum quaſdam nodoſas & ſolidas, Viridibus folijs, ut Cannabis. Eas cannas, ubi maturitas adeſt, in taleas duos palmos longas exſecant, quas in tumulos quoſdam (*Conuchos* appellant) digeſtas, terra obruunt: quoties vero id genus panis conficere volunt, earum radicum quantum viſum eſt, eruunt, paucas tamen unaquaque vulſione, quia brevi corrumpuntur. Duo præterea radicum genera illis ſunt, quarum alteras *Battatas*, alteras *Hatas* vocant, indiſcreta prope ſpecie ſimiles, niſi quod Haiæ minores & ſapidiores ſunt. Plantantur autem, & ſextum intra mẽſem fructum cõedunt, cæterum ſapore aliquantulum dulci, ſed ſatietatem mox & faſtidium inducente, exigui etiam admodũ ſucci ſunt, ventoſque, ac ſupervacuos flatus gignunt. Magnam etiam Arborũ vim habent eæ terræ quæ uvas quaſda agreſtes ferunt. Earum acini, Prunorum ſilveſtrium ſpecie quæ ſpinis & arbuſtis naſcuntur, nigro folliculo veſtiuntur: ſed quia multum illis ligni, parum pulpæ ineſt, exijs Indigenæ Vinum non conficiunt. Sunt & Arbores Olivarum feraces, ſed quæ inſuavi odore, tum ſapore etiã pejore ſunt. Varias. Fructuum ſpecies, eaſque abunde habent: quales ſunt *Hovi*, *Platani*, *Pineæ*, *Guaiavæ*, *Mamei*, *Guanavanæ*. *Hovi* Prunorum Damaſcenorum craſſitudine, pauca carne, grãdiore ligno: ubi maturuere flaveſcunt, ſubacidi ſaporis. Arbor eum Fructum ferens magna eſt, folia vero modica. *Platani* longiores quam craſſiores ſunt, minores multum majoribus præſtant. Arbor ipſa folio ſeſqui palmi latitudine, quatuor palmorum longitudine porrigit: inter quæ ramus enaſcitur, centum ac plures Platanos minores fundẽs: ſin vero majores, viginti quinque aut paullo amplius. Tenera eſt hæc Arbor, nec niſi ſemel fructum fert qui annuo ſpacio perficitur : & ex ipſis radicibus alij ſtolones fruticant. Vbi maturuit fructus, colligunt: immaturum adhuc & acerbum non decrepunt, ſed exciſſam arborem loco calido reponunt: ibi Platani celeriter matureſcunt ac flaveſcunt. Corio veſtiuntur obtuſæ cultelli partis craſſitudine: quod ſupereſt pulpa eſt, ſapore in dulcedinem vergens, *Pineæ* arbuſculis quibuſdam proveniunt, flavi coloris ubi maturuerunt, jucundi odoris, ſaporis longe optimi. Itaque in delicijs ſunt, atque, ut Benzo ſentit, haud quiſquam Fructus alius per omnes terras hoc amabilior ſuaviorque eſt. Dempto cortici, quidquid ſubeſt pulpa eſt; dulcis in univerſum ſapor ſubauſtero aliquantulo temperatus. *Guaiavus* Arbor Perſici aut Armenij ſpecie, folijs inſtar Lauri, ſed craſſis & longioribus, celerrime ſeneſcit : Fructus ejus, Meſpilum refert, ſed multo craſſior, pendens in Arbore matureſcit : niſi maturus decerpatur, vermes gignit. Hi fructus multa ſemina & grana clauſa habent : purpurei candidis præſtant & optimi ſaporis ſunt. Eſt & *Mamei* arbor mediocris Nucis magnitudine, lon-

*Nomina, a quibus & cur indita.*

*Situs.*

*Soli fertilitas.*

# AMERICA
sive
INDIA NOVA.
ad magnæ Gerardi Mercatoris aui Vniversalis imitationem in compendium redacta.
Per Michaelem Mercatorem Duysburgensem.

Polus Arcticus

Circulus Arcticus

Tropicus Cancri

Circulus Aequinoctialis

Tropicus Capricorni

Circulus Antarcticus

Polus Antarcticus

El estrecho de Anian

Anian regnum

Tartaria

Quivira regnum

Tolm reg.

Tonton reg.

Archipelago di S. Lazaro

Noua Guinea

Tierra del Fuego

Archipelago minore

TERRA AVSTRALIS NONDVM COGNITA

EL MAR PACIFICO

OCEANVS ATLANTICVS

MAR DEL NORT

NOVA FRANCIA

Golfo Mexi

Mare dulcium aquarum

Hoc fluuio facilior esse nauigatio in Sagueuay

Anno D. 1492. 12. Octobris Christophorus Columbus Ligur detexit primus terram quam conquisiuit fuit Hauti quæ nunc Hispaniola nominatur

Hanc continentem Australem nonnulli Magellanicam regionem ab eius inventore nuncupant. Nam Ferdinandus Magellanus A. D. 1519. 20 Septembris soluens ex Hispania sequenti anno 21. Octobris ad fretum a se Magellanicum appellatum pervenit et primus illud penetrauit inde Molucas peruenit, in Barusis insulis occisus est, reliqui classis circumnauigato orbe post triennium fere exactum in Hispaniam reuerti sa est.

Marannon fluuius inuentus fuit a Vincentio Iannes Pinçon Ao 1499. et Anno 1542 totus a fontibus fere ad ostia usq; navigatus a Francisco Orellana seu cis 1060. menssibus octo, dulces in mari seruat aquas usq; ad 40 leucas

Terra de los Papas

Terra de los Papegos

Terra de los Papagayos

Terra de los Papas

Terra de los Papegos

Terra de los Papagayos

Y. de los Papagayos

Y. de los Papegos

Y. de los Papas

giore quam latiore folio. Fructus ejus in Insula Hispaniola rotundi: in Continenti vero longi & crassiores, & gustu suaviore sunt. Tres quatuorve acinos, seu interiora ligna habent, pulpa in spadiceum colorem vergente, tenui tunica, sapore aliquantulum dulci. Est etiam *Guanavanus* arbor modica & gracilis, Fructum ferens cordis effigie, corio viridi & subtili squamarum in morem vestitum, introrsus candidum. Exstant etiam, paullulum diversæ ab his formæ, orbiculares ejus arboris Fructus, crocei coloris & prioribus illis longe meliores, omnes vero intus acinos exiles spadicei coloris gerunt. Fert præterea ipsa regio Saccharum, Gossypium, Linum, aliaque ut apud nos, multasque alias Arbores, atque Herbas. Habet quoque Aromata, Margaritas ac Gemmas, & Auri & Argenti incredibili copia affluit alijsque Metallis ac Mineralibus. Sed neque Boves ante habuit, neque Equos, neque Mulos, neque Asinos, neque Oves, Capras, Canes. Proinde mirandum non est, si Indigenæ ad primum Equi conspectum perculsi fuerint. Mures Gliresque ex Antverpiana nave quæ per Fretum Magellanicum ulterius navigabat, primam illic originem habuere: ex eo in tantum sive Soli, sive Animantium ipsorum foecunditate creverunt, ut sæpe spem messis autumnique in Herbis & Arboribus arroserint. Animalia varia alit, partim nota nobis, partim ignota. Inter alia prodigiosum reperitur animal, cujus ventri natura alterum ventrem marsupij instar affinxit. Quoties demigrat, Catulos in eum loculum recondit & gestat. Id Animal corpus & rostrum Vulpis, manus ac pedes Cercopitheci, aures Vespertilionis habet. Aliud quoque est Animal (quod *Casçuÿ* indigenis dicitur) nigri porci specie, pilosum, duriſſimo corio, exiguis oculis, auribus patulis, ungulis fissis, brevi promuscide munitum, ut Elephas: barritu adeo terribili ut homines obsurdefaciat: cæterum carne ad esum suavi. Aprorum præterea Montanorum, & ferociſſimarum Tigrium ingens copia reperitur: Leones etiam, sed timidi, qui viso Homine fugiunt, & alia. Sunt & Pavones, Phasiani, Perdices & alia Avium genera varia, sed longe a nostris discrepantia. At de his fusius in particularibus descriptionibus dicemus. Dividitur universa America, in duas Peninsulas maximas, ut supra diximus, quarum altera America *Septemtrionalis*, quæ tota circa Æquatorem jacet, dicitur: Altera *Meridionalis*, quia maiori ex parte ultra Æquatorem protenditur: licet nonnullæ ejus regiones etiam circa Æquatorem sint Septemtrionalis in varias regiones dividitur, quæ sunt. *Quivira*, *Nova Hispania*, *Nicaragua*, *Iucatan*, *Florida*, *Apalchen*, *Norumbega*, *Nova Francia*, *Terra Laboratoris*, & *Estotilandia*. Meridionalis partes sunt multæ: sed præcipuæ & hactenus quidem superatæ Barbarisque ereptæ hæ sunt: *Castella aurea*, *Popajana Peruvia*, *Chile* & *Brasilia*. Gloriatur America imprimis duabus urbibus *Cusco* & *Mexico*. *Cusco* Americæ Meridionalis Metropolis & primaria civitas, ea amplitudine, fortitudine, ac magnificentia, ut cum pulcherrimis etiam Galliæ vel Hispaniæ urbibus, invicta arcis munitione & hominum potissimum nobilium frequentia, ædificiorum serie ac dispositione, & situs amœnitate merito contendere queat. Nulla in eam multitudo plebeia admittitur, sed Nobilium, Procerum, maximorumque Principum sedes est, qui partim intra urbis mœnia; partim in villulis suburbanis; ruri magno numero degunt. Inter alia autem præcipua hic sunt Palatia Procerum quatuor, qui hujus Reipublicæ clavum moderantur, quæ superbissime, sumptu prope immenso, marmoreis quadratisque lapidibus structa, atque depicta videntur. Plateæ cum omnes sint rectæ, crucis formam plerisque in locis efficiunt: nulla autem est, per quam non amoenus delabatur rivulus canali ductus, utrimque lapidibus vestito. Forma civitatis quadrangularis, in latere collis, exiliter atque venuste deprimitur. In clivoso & difficili montis ascensu, admirandæ pulchritudinis Arx spectabilem, atque amœnam hanc urbem reddit: cujus sive pulchritudinem, sive ingentem ædificij molem consideres, perpaucæ similes in universa Europa illis sunt visæ, qui Terras quam plurimas perlustrarunt. *Mexico* sive *Themistitan* in Hispania nova Mexicana Provincia, opulenta & celeberrima civitas, de qua infra in descriptione Novæ Hispaniæ acturi sumus. Ad alia pergimus. Multis inclytis Amnibus hæc Orbis pars irrigua, quorum plerique auriferi: Lacubus ac Fontibus copiosa. In Lacubus ac Fluvijs Piscium magna copia, unum eorum genus, qui ab Hispaniolæ Indigenis vulgo *Manati* appellantur. Hic Piscis Lutræ prope formam referens XXV pedes longus, XII, crassus est: capite & cauda bovem referens: exiguis oculis, pelle dura & pilosa, coloris Veneti, pedes duos Elephantinis similes habet. Feminæ ejus generis, ut Vaccæ Catulos pariunt, cosque gemino ubere alunt. Montes hic etiam passim plurimi, inter quos est, ut testatur Bonzo, Mons flammivomus, qui par ingentem craterem tantos sæpe flammarum globos eructat, ut noctu latissime ultra centum millia passuum incendia reluceant. Nonnulli opinati sunt intus liquefactum Aurum esse, perpetuam ignibus materiam. Itaque Dominicanus quidam monachus, quum ejus rei periculum facere vellet, ahënum & catenam ferreã fabricari curat: moxque in Montis cacumen cum alijs quatuor Hispanis ascendens, catenã cum aheno incaminũ demittit: ibi ignis fervore ahenum cum parte catenæ liquefactum est. Monachus non leviter iratus Legionẽ recurrit, fabrum vehementer incusans, qui Catenam tenuiorem multo quam jussisset ipse, esset fabricatus. Faber aliã multo crassiorem excudit. Monachus Montem repetit: Catenam & Lebetem demittit: res priori incepto similẽ exitũ habuit: nec tantum resolutus lebes evanuit, verum etiam flammæ globus repente e profundo exiliens, propemodũ & Fratrẽ, & Socios absumsit. Omnes quidem adeo perculsi in urbem reversi sunt ut de eo incepto exsequẽdo nunquã deinceps cogitarent. Ad alia transeo. Superba hic Virbium & Viarum structura. Hortus fertur fuisse Regius in quo Herbæ Arboresque cum suis truncis, ramis, fructibus ex solido Auro, ea mole stabant, qua vivæ in pomarijs. Fertur & Conclave Regiũ, in quo omne Animantiũ genus ex gemmis erat, opere partim musivo & segmentato, partim celato partim etiã ex plumis varie cõserto. Memorabile est & inprimis quod de duabus vijs referunt, quarum alterra per Montiũ arduã, altera per planiciem cãposque strata est a *Quito* urbe Peruana, ad civitatem *Cusco* spatio quingentorũ milliarium: cujus operis decus augent stupendæ lapidum & saxorum moles, non Equis aut Bubus, (nam illis carverunt) sed humanis manibus adgestæ. Via campestris utrimque munita est muris, patetque in latitudinem pedes quinque & XX; intra quos rivuli fluunt consiti ad marginem arbusculis, quos ipsi *Molli* vocant. Altera vero saxis & rupibus excisa per medios Montes discurrit, pari latitudine; salebrosis insuper depressisque valliũ locis pro ut regionis natura postulabat, adgestis munitisque. Has vias *Gninacava* Rex (qui avorum nostorum memoria vixit) perpurgari, parietes ruinosos restaurari atque exornari fecit; opus ipsum alias multo est vetustius, neque unius hominis ætatis. Fuerunt etiam per itinera dispositia diversoria ampla, splendida, amœna, (ipsi *Tambos* nominant) quibus Regius omnis comitatus recipiebatur; Quæ omnia sane abunde testantur Americam antiquitus cultam fuisse, neque paucis retro seculis habitari cœptam Quo etiam referri potest Imperij constans ratio. Hæc enim omnia quum apud illos summa fuerint, necesse est primum parva fuisse non potuerunt autem e minimis ad maxima protrahi, nisi longa temporis mora. Hæc de quatuor Orbis Partibus generatim pro Methodi ratione sufficiant; postulat eadem Methodus, ut speciatim & par partes Europam quæ primo loco posiita est, deinceps perambulemus.

*Animaliũ varietas.*

*Virbes.*

*Lacus & flumin.*

*Montes.*

*Opera Publica.*

# POLVS ARCTICVS
## AC TERRARVM CIR-
## CVM IACENTIVM DE-
## SCRIPTIO:

GEneraLi descriptione (candide Lector) totius Orbis Terræ & quatuor Partium ejus juxta Naturæ ordinem methodice repetita & præmissa, statui ad imitationem Ptolemæi Cosmographorum Principis ab ipso Polo & regionibus sub ipso circumjacentibus, singularum deinceps particularum Geographiam inchoare : ut nimirum ab alto ad inferiora descendens,& asinistris ad dexteriora progrediens,Septemtrionem cum Austro,& Occidentem cum Oriente paullatim conjungam : Quod ut mihi Reique publicæ Christianae fœlix faustumque sit,Deum Optimum Maximum precor & obtestor.*Poli* πόλοι Græcis ἀπὸ τοῦ πολεῖν; Latinis *Vertices*, a vertendo, quod in illis vertatur Cœlum, dicuntur Puncta Axem terminantia. Verticum autem qui & *Cardines*, unus Βόρειος & Ἀρκτικὸς Græcis; Latinis *Septemtrionalis*; qui ad Boream spectans nobis semper est in aperto : alter apud Græcos Νότιος & Ἀντάρκτικος; apud Latinos Meridionalis, & Australis; nobis perpetuo latens & sub Horizonte depressus.De his Virg.lib.1,Georgic.

*Hic Vertex nobis semper sublimis,at illum*
*Sub pedibus Styx atra videt,manesque profundi.*

Ac de Polis quidem hoc loco paucula ista sufficiant. Ad regiones sub Polo Arctico circumjacentes venio. Quæ sunt *Groenlandia,Fristandia,Nova Zembla*,cum alijs nõnullis, de quibus breviter quantum quidem cognitæ sunt, agemus: *Groenlandia* a viriditate nomen habet,Insula ignota adhuc maxima ex parte.Sita est inter Circulum Arcticum & Polum,ejus Paralleli extremi sunt Austrum versus grad.lxv Boream vero versus grad.lxxvi.In hac Insula, si Nicolao Zeneto qui Anno M ccc lxxx varijs jactationibus in vicino mari agitatus est, credimus, continua hyems est novem mensium,quo toto tempore ibi non p uit: neque ineuntis hyemis nives unquam ante ejus finem dissolvuntur,gramini tamen innoxiæ sunt.Insignis enim hic graminis & pabuli proventus.Mira item pecorum & lactariorum copia, ob illam pabuli insignem ubertatem, adeo ut strues quasdam ingentas Butyri & Casei componant, quas eo navigantibus venales exponant.Duæ autem tantum habitationes in Groenlandia nobis notæ sunt *Alba* & *S. Thomæ Cœnobium* de quo mox dicemus.Fluvij in ea,Meridionales *Thor*, *Boior*, *Naf*, *Lande*: Occidui, *Aver*, *Nice Ham*, *Fiste*: Boreales,*Fider*,*Diver*.Groenlandiam lambit mare Pigrum,quod & Glaciale & Concretum dicitur.De mari illo ita Plin. lib. iv cap. xiii. *Septemtrionalem Oceanum Hecatæus Amalchiam vocat, a Paropamiso amne qui Schiam alluit, quod nomen ejus gentis lingua significat congelatũ: Philemon Morimarusam a Simbris vocari ait,hoc est mortuũ mare,usque ad Promontorium Rubeas,ultra deinde Groniùm.*Est in Groenlandia Monasterium ordinis Prædicatorij, & non p roculab eo mons Æthnæ instar ignivomus,ad cujus radices aquarum perennium Fons,cujus candentibus aquis non solum omnia illius Monasterij habitacula hypocausti instar calefiunt; sed etiam panes & cibi nullo alio adhibito igne excoquuntur.Tota hujus Monasterij fabrica ex tophis constat, quos idem Mons medias inter flammas evibrat.Exterior enim horum Saxorum crusta aquis adfusis mollescit, quo fit ut Saxa Saxis imposita tanquam tenacissimo bitumine conglutinentur. Idem Fontes hortos vicinos tepefaciunt, ita, ut vario Florum Herbarumque genere perpetuo rideant Proximus etiam Maris Tractus harum aquarum benignitate numquam congelatur, sed Piscibus Hominibusq; perpetuo patet.Inde hic tantus Aquatilium Piscium que ex frigidioribus locis concursus,ut non solum hi Monachi,sed circumvicini etiam accolæ suaviter unde vivant,habeant.Sunt in hac Insula Sedes duæ Episcopales sub ordinatione Archiepiscopi Nidrosiæ,quæ Norvegiæ Metropolis.Incolæ natura magicis incantotionibus addicti.Feruntur Magicis Artibus & Carminibus ciere tẽpestates Maris & involuere periculis peregrinas naves,quas sunt prædaturi.Ipsi enim scorteis cymbis arbitrariaque navigatione utentes,ad hunc modũ laborantes alias adoriuntur.Magna ex parte Christiani sunt,omnesque fuerunt fideles; sed Pastorum negligentia ad idololatriam multi relapsi sunt,*Fristandia* insula veteribus prorsus ignota : major quam Hibernia. Magna in hac Cæli inclementia. Incolæ Fruges ullas non habent,sed Piscibus vescuntur ut plurimum. Ejus primarium Opidum ejusdem est cum Insula nominis. Regi Norvegiæ paret.Incolæ ut plurimum piscationibus rem faciunt.Capitur enim in ejus Portu tãta omnis generis Piscium copia.ut ijs multæ onerentur naves,quibus in circumjacẽtes Insulas avehuntur: Quemadmodum scribit dictus Zieglerus.Idem mare huic Insulæ ab Occidente proximum,vadis & scopulis plenum,*Icarium*; & Insulam in eo *Icariam*, ab incolis nominari scribit. Insula hæc hoc nostro tempore denuo innotescere incipit, idque Anglorum auspicijs. *Nova Zembla* Insula est sita sub gradu lxxvi. Summa hic inclementia Aëris atque intolerabile & intensissimum frigus. Regio deserta, sylvestris, rigida, molesta; Campis carent (nec graminis enim Herbam habent,nec Frondes) ursis, vulpibus, alijsque carnivoris bestijs omnia ibi infestantibus. Batavi etiam nuper,Arctoum pelagus sulcantes, prope Insulas quas gradu altitudinis lxxvii,ad Septemtrionaliora Novæ Zemblæ sitas,*Orangias* appellarunt. in arenam descendere & dimicare fuerunt coacti contra Belluas marinas: quæ vasto corpore Bovisque magnitudinem excedentes.*Walrusschen* vulgo dicuntur; os habent leonina specie, pellem villosiorem,quatuor pedes,duos dentes ex parte oris superna prominentes, planos, duros, candentes, ut Elephantinis precio non cedant. Freta hic sunt, *Fretum Vaigats*,*Forbisherij* & *Davisij*.*Fretum Vaigats* quod & *Nassovicum*, protenditur ad Ortum usque ad Crucis angulum, deinde ad Arctapeliotem usque ad Dissidij angulum, paulo ad Orientem vergentem. Deprehensum, Fretum hoc esse pervium : itaque Batavi lustratis utrimque oris delati sunt in Mare Tranquillum. Parte dextera habitant *Samiutæ*, læva Barfiari quidam, quorum vestigia conspecta sunt, ipsi nusquam comparuerunt,etiam si magna opera studioque quæsiti fuerint. *Samiutæ* squallenti corpore, moribus inconditis sunt; videntur tamen ingenio satis esse capaci atque idoneo ad artes cognoscendas. Vestes ijs ex pellibus Caprearum, quibus a capite ad calcem usque muniuntur. Ditiores panno utuntur pellibus suffulto. Coma omnibus promissa, quam in circum componunt Statura brevis, facies lata & plana, oculi parvi,pedes breves. Omnes sunt Idololatræ; Sigilla habent lignea impolita.

*Groen landia unde dicta.*
*Cœli qualitas & Soli*
*Flumina.*
*Fristandia.*
*Novæ Zẽgla:*
*Animaliũ varitas,*

# SEPTENTRIONALIUM Terrarum descriptio.

Per Gerardum Mercatorem Cum Privilegio

Frisland insula

Farre insulę

Scetland insulæ

Farre Il id est pulchra insula

PARS I

PARS ASIAE

PARS AMERICAE

Agama

Anian regnum

Bergi regio

El stecto de Anian

Vng quæ a nostris Gog dicitur

Belgian mons

Marmarea

Ghien

Mongul als Magog

Desertum de Belgian are nosum

Tubicines arei

Mon

Gul

Tartar villa

Lago de Conibaz

Obila flu.

Canaoga

Circulus Arcticus

Zubilaga

Chiagiga

Cogib flu.

California regio sola fama Hispanis nota

Polus magnetis respectu insularu capitis Viridis

Polus magnetis respectu Corui insulę

Bargu campestria quorum incole vocantur Mecriti

Cantcoracur

Carcoran

Alchai mons

Taingin

Tabin prom. Plinio

Ciorza

Ezina

Stingui

Naiam

Naiman

Oechardes flu.

Sianfur

Mechiri

Aibar

Caiona

Hic mare est dulcum aquarum, cuius terminum ignorari Canadenses ex relatu Saguenuiensium aiunt

Oceanus 30 ostijs inter has insulas vrumpens 4 euripos facit quibus indesinenter sub septentrionem fertur, atq; ibi in viscera terræ absorbetur. Rupes quę sub polo est ambitu circiter 33 leucarum habet

In septentrionalibus partibus Bargu insulę sunt inquit M. Paulus Ven. lib 3 cap. 36 quę tantum vergunt ad aquilonem, vt polus arcticus illis videatur ad meridiem deflectere

OCEANUS SCYTHICUS qui et Mare Tabin

Falconum insula

Arbam

Zema

Colmak

Imaus mons

Baida

Tachmir flu.

Molgomzaia

Cosśin flu.

Sythicus pro Cosśin

Samogedi id est se mutuo comedentes

Tazata insula a Plinio hic usiram ponitur

Per hunc sinum mare Caspium erumpere crediderunt veteres diuersi

Lytarmis primum Cel. Rex pro. Plinio

3 Eylanden

Nshouck

t'Behouden huys

Lantvol

Sne

S. Anneboy

NOVA C.de Troost ZEMBLA C.de Nassau

Willems eyland

Swarten hoeck

Admirals eylad

Frettum Nassouium

Cameny poyas montes

Petz:

Petzorka

Obdora

Obi flu.

Zolotaia baba

Weliki Poraśa

Sibi. Cament or Poraśa

Couchi:

Strupili ca.

Kondor

Mezena flu

Pechora flu.

Vsa

Vsa flu.

Petzora flu.

Pustozero

Marsło ins.

Delgoy

Colgoiae

Stanowische

Candinos

PETZORKE MARE

Macsin of lands

S. Hugo Willoughbes land

t'Nieulant

Gebroks land

Koerbusch

Groote inuesck

Inuesck

MYRMANSKOI MARE

Beeren eylandt

Wardhuys

Kildine

C. Sowerbere

C. Confort

Stetnetes

Nort cape

Stappen

Swiroy

Sammawirk

Scricfinnia

Lapia

Cola

Semoscogost

C Chr. Polonga

Morkii

Omba

Bergarum

Tornia

Corelen borg

Nordenborg

Kunesma

Colmogort

S. Nicolai

Dwina

Vstiug

Bobrovgo

Sia

Tot ma

Suchona

Karyapole

Bielee ozero

Onega flu.

Onega lacus

Wagai

Corelia

Onegaborg

Iegaborg

Viburg

Lapi usi

Kiana

Nouogardia

Ordesha

Plesco

Mosco

Volodimer

Rezan

Rezan flu.

Oka flu.

Rha flu.

Rha

Ruthi

Vstiug flu.

Dwina flu.

Vaiuliez

Permia Velici

Iuhra

RVS

Lituani

Mesena flu

Pechora flu.

Pustozero

Slowodia

Kowlogy

Sterlitamanskoy

Ufa flu.

Camenoy bosse shoi

Camenoy bosse mahoi

Dwina flu.

Mit als Sandersons Hope prom.

Sandersons tour

C. Byrd

Dauis Dauis Iland

Dauis prom.

Mount raleigh

Cape Walsingham

E. Cumberlands Isles

E. Warwikes forland

L. Lumleys Inlet

Frettum Dauidis

Isl. pro

Contie Iland

Warwiks

Beers

Locke's land

Warwikes forland

Lesser robins

a furious ouer fall

Regnę Elizabethę prom.

Frobissers streit

Greel

Hales iland

GROENLANDIA

Neum pro.

Na prom.

Saul prom.

Duers flu.

Alba

S. Thomę cenobium

Scrollin.

Gers

Iuan prom.

Thor flu.

Thor prom.

Boter flu.

Boter prom.

Chuan prom.

Gui prom.

Witsare mõ.

Adelwik

Natz.

Grims ey

Greinsfiarđ

Langa ness

Gnupa

Gnupa fiarđ

Stapi

Gnupa

Mal

Hop

Circulus Arcticus

Tropicus Cancri

Gryp

Stap

Bruma

Stadt

Kreppings gund

Gere pin. glasker

Skal hole

Scluoyje

Westman na

Heckla m.

Hecla

Tyrfella

Papey

Bern

Horn

Pucknekap

Iceland

Cabaru

Aqua

Duilo

Campa

Thini

Bonden dra

Sangefiol

Frisland

Rauc

Godmer

Ledeue

Neome

Sorand

Fodalida

Farœ insulę

Orcades

Hirta

SCOTIA

Reinknap

Scetland insulæ

Hec insula optima est et saluberrima totius septentrionis.

Hic euripus 3 ingreditur ostijs, et quotannis ad 3 circiter menses congelatus manet latitudinem habet 37 leucarum

Pygmei hic habitant 4. ad summum pedes longi, quem admodum illi quos in Groilandia Screlingers vocant.

Rupes nigra et altissima

Hic euripus 5 habet ostia et propter angustiam ac celerem fluxum nunquam congelatur.

POLVS ARCTICVS

Mare glaciale

Gradus latitudinis

65 70 75 80 85 90

200 190 180 170 160 150 140 130 120 110 100 90 80 70 60 50 40 30 20 10 360 350 340 330 320 310 300 290 280 270 260 250 240 230 220 210

# POLVS ARCTICVS

ita, rudia quæ adorant, & quibus ſacrificant. *Fretum Forbisherij* a Martino Forbisherio Anglo nomen accepit, qui Anno cIↃ IↃ Ixxvii. tranſitum ad Cathajam Septemtrionem quærens, pervenit ad Fretum quoddam, in quo reperit & Inſulas & homines plurimos, de quibus paucula ſubijciemus. Homines ejus loci ab omni cultu alieni, crudis Ferarum ac Piſcium carnibus veſcuntur. Veſtiuntur pellibus ferarum venatione captarum, herbas etiam crudas beſtiarum in morem devorant; Tentoria eorum pellibus Balænarum teguntur, perpetuæ ibi nubes & frigus aſperrimum. Canibus qui Lupos noſtros ſpecie referunt, ſub jugum miſſis, utuntur ad res neceſſarias ſuper glaciem advehendas. Arma illis ſunt arcus, ſagittæ & funda. Valde delectantur rebus ſplendētibus & tinnientibus. Qualem religionem colant, quam Dei cognitionem habeant, ignoratur. Nulla ibi ligna, Cervi multi, & ſicut regio ſterilis eſt, homines ſtupidi, tardi & ſine omni ingenio. Terram non colunt, contenti rebus quas ſponte prodigit. Venatione vivunt; Potus illis ſanguis Ferarum eſt calidus, aut aqua glaciei; nulli iſtic fluvij, nullæ ſcaturigines quod violentia frigoris Terram ita concludat, ut aquarum ſcaturigo erumpere nequeat. Homines ſunt magni laboris, venatores ſtrenui & præſertim in aucupijs aſtutiſſimi; utuntur certo navigij genere ex corijs confecto in quo uni ſolummodo Homini locus, cui unico tantum remo opus eſt. Dextra inſtrumentum tenet quo aves telo jaculatur. Hujus exemplum in Anglia viſum, ubi Homo quem Forbisherius ſecum hinc duxerat cum omnium admiratione cygnos, quod illi a Regina conceſſum erat, hoc modo aucupabatur. Hic cum aliquando Briſtolij tubicinem Forbisherij equum conſcendere vidiſſet, cōſcendere & ipſe voluit, ſed facie ad caudam converſa equo inſedit, non ſine magno ſpectantium riſu & voluptate. *Fretum Daviſij* itidem a Ioanne Daviſio Anglo appellationem accepit qui Anno cIↃ IↃ xxcv & ſequente, Borealiora Americæ & oras Groenlandiæ, a Lxii gradu ad Lxxv, tranſitum illac ad Sinas ſcrutando, patefecit. Euripos quatuor, vaſtiſſimis Inſulis interpoſitis, quos in Tabula vides ſub Arctico Polo comminiſci fuit auſus Minorita quidam Anglus Oxonienſis, Mathematicus, ut ſcribit in ſuo Itinerario Iacobus Cnoxen Buſcoducenſis; eoſque tanto impetu verſus Voraginem, quæ ad Euriporum concurſus, (ubi & Rupem ſub ipſo Polo nigram ſtatuit, cujus ambitus xxxiii circiter Leucarum) rapi, ut naves ſemel ingreſſæ vento retroagi non poſſint, neque unquam tantum ibi ventum eſſe, ut molæ frumentariæ circumagendæ ſufficiat. Sed hæc falſa eſſe docuerunt nuper Argonautæ noſtri; qui ad Lxxx Altitudinis gradum delati nullas Aquarum verſus Loca, quæ ad perpendiculum Polo ſubjacent, attractiones, quales finguntur, deprehenderunt; quum tamen initium atrahendi ſcribatur ad gradum Lxxviii. De Septemtrionalibus autem populis ita ſcribit Mela. *In Aſiatico littore primi Hyperborei ſuper Aquilonem Ripheoſque montes, ſub ipſo Syderum cardine jacent, ubi Sol non quotidie ut nobis, ſed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideo ſex menſibus dies, totidem alijs nox uſque continua eſt. Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis; cultores juſtiſſimi, & diutius quam ulli mortalium & beatius vivunt. Quippe feſto ſemper otio læti, non bella movere, non jurgia: ſacris operati maxime Appollinis, quorum primitias Delon miſiſſe per virgines ſuas, deinde per populos, ſubinde tradentes ulterioribus; moremque eum diu, & donec vitio gentium temeratus eſt, ſervaſſe referuntur. Habitant lucos ſilvaſque, & ubi eos vivendi ſatietas magis quam tædium cepit, hilares, redimiti ſertis, ſemetipſos in pelagus ex certa rupe præciptes dant, Id eis funus eximium eſt.* Sed de his ſingularem librum ſcripſit olim Hecatæus, citatum a Plinio lib. vi, cap. xvii, qui etiam ex Mela pleraque de hac gente deſcripſit, ut ex Plinio Solinus, quorum uterque probatiſſimorū authorum fide veritatem ſententiæ confirmat. Paulus Iovius in Moſchoviæ deſcriptione hæc habet. *In extremo ejus Oceani littore, ubi Norvegia atque Succia ampliſſima Regna Iſthmo quodam continenti adhærent, Lappones exiſtunt, gens ſupra quam credibile eſt, agreſtis, ſuſpicioſa, & ad omnis externi hominis veſtigium uavigijque conſpectum maxime fugax. Ea neque Fruges, neque Poma, neque ullam omnino vel Terræ vel Cæli benignitatem novit. Sola ſagittandi peritia cibum parat, varijſque Ferarum tergoribus veſtitur, Gentis cubilia cavernulæ ſiccatis repletæ folijs, cavique Arborū ſtipites, quos vel intromiſſa flamma vel ipſa vetuſtas inducta carie fabricarit. Aliqui ad Mare, ubi ingens eſt captura piſcium, ineptis ſed felicibus artificijs piſcantur, duratoſque fumo Piſces tanquam ſuas fruges recondunt. Lapponibus exigua corporum ſtatura, luridi cōtuſique vultus, pedes vero velociſſimi. Ingenia eorum ne ipſi quidem proximi Moſchovitæ noverunt, quum eos parva manu aggredi extialis inſaniæ eſſe dicant, magnis vero copijs inopem rerum omnium vitam ducentes laceſſiſſe, neque utile neque omnino glorioſum unquam exiſtimarint. Vltra Lappones in regione inter Corum & Aquilonem perpetua oppreſſa caligine, Pygmæos reperiri, aliqui eximiæ fidei teſtes retulerunt, qui poſtquam ad ſummum adoleverint, noſtratis pueri denum annorum menſuram vix excedant; meticuloſum genus hominum & garritu ſermonem exprimens, adeo ut tam ſimiæ propinqui, quam ſtatura ac ſenſibus ab juſtæ proceritatis homine remoti videantur. Vltra hos populos aliæ ſunt nationes extremæ hominum, nulla certa Moſchovitarum peregrinatione cognitæ, quando nemo ad Oceanum pervenerit, ſed fama tantum ac ipſis plerumque fabuloſis Mercatorum narrationibus auditæ. Satis tamen conſtat. Duidnam innumerabiles trahentem amnes, ingenti curſu ad Aquilonem deferri, mareque ibi eſſe longe vaſtiſſimum: ita ut illinc ad Cathaium legēdo oram dextri littoris (niſi terrra interſit) navibus perveniri poſſe certiſſma conjectura credendum ſit.* Cæterum de Hyperboreorum habitatione expedit adire Philoſophorum accuratiſſimas diſputationes, quæ ſunt apud Conciliatorē ſeptima & ſexageſima differentia. Expedit etiam audire Iulium Scaligerum excercitatione xxxvii de navigatione ex mari Hyperboreo Sinam Verſus ita ſcribentem. *An vero per id Mare poſſit ad Sinas inſtitui navigatio, alia alijs adducta ſunt in utramque partem argumenta, varieque adſenſum eſt Noſtra tamen hæc ſunt. A Duvinæ fluvij oſtijs unde curſum auſpicantur legendum eſſe volunt totum illum tractum, qui univerſam ambit Scythiam ad ejus orientalem uſque angulum: in cujus flexu, Septemtrionem aut Aquilonem aut cum Favonijs commutandū. Qua de re qui verba facīunt. illius & Mares & ventorum & oræ naturam minus exploratam habere, certum eſt, Adeo namque rari ſunt Zephyri & ſubſolani, ut pene ſint ignoti. Aquilonum frequentia tanta, ut illis imperium cœli quaſi legitimum a natura commiſſum eſſe videatur. Vada infinita, cæta, limoſa. Hyeme quæ decem ſævit menſes, quaſi pavimento ſolidata maris ſuperficies. Aeſtate perpetua caligo, qua pomeridianis horis una & altera vix diſcuſſa, mox redintegratur. Tum vero majus a glacie periculum, cnjus immenſæ cruſtæ fluitantes, mobilium inſularum interſe concurſantium ſpieciem præbent.* Certe nuperis Batavorū navigationibus Anno cIↃ IↃ xciv, & ſequentibus duobus in hæc loca inſtitutis, ſpes facta eſt, poſſe ex mari Hyperboreo ad Orientalis Orbis Oras navibus perueniri, ſed difficulter admodum propter glaciem & hibernam noctem. Conſtat enim Naves noſtras ad gradum uſque Lxxxi provectas & etiamnum Mare apertum juveniſſe; poſt vero ad grad. Lxxv glaciei cruſtis ingentibus ac nocte ingruente impeditas fuiſſe, ne ulterius progredi poſſent. Deſtituit vectores Sol iv Novemb. Anno cIↃ IↃ xcvi; Viſus iterum xxiv Ianuarij, Anno ſequenti: quod toto tempore in Nova Zembla tuguriolo a ſe exſtructo latitarunt, uſque ad xiv Iunij, fortiſſimi Argonautæ: quo die deſerta navi oneraria reditum molientes duabus ſcaphis ſe commiſerunt, atque ita quadringenta pene milliaria confecerunt Colam uſque Lappiæ civitatem ſocijsquibuſdam interea amiſſis.

# ISLANDIA.

ISlandia inter varias Oceani Occidentalis Insulas quæ Norvegiæ Regno subjectæ sunt, maxima, nomen habet a gelu, quo ex parte riget. Dicitur & *Snelandia*, a Nive: item *Gardartsholm*. 1. Gardarti Insulam, dictam quodam ab Inventoris nomine scribit Amgrimus Ionas Islandus ipse. Plerique hanc voluerunt esse antiquorum *Thulen*. Quam & Ptolemæus Θοὺλην *Thulen* vocat, cujusque medium ponit gradu Latitud. xxx. xx, Long. lxiii. Hæc quinque dierum & noctium navigatione ab Orcadibus a Solino statuitur. Insula si qua alia Poëtis celebratissima, cum disjunctissimum aliquid innuerent, quasi totius Orbis remotissima. Hinc Virgilius, *Tibi serviat ultima Thule*. Seneca, *Terrarum ultima Thule*. Claudianus, *Thulen procul axe remotam*. Statius *Ignotam vincere Thulen*, & *Nigræ littora Thules* Hoc tamen adnotasse liceat *Thulen* pro Britannia a Statio illo istis in versibus usurpari. *Nomina, a quibus & cur indita.*

*Cærulus haud aliter quum dimicat incola Thules.*
*Agmina falcifero circum venit acta covino.*

Et pro remotissima quaque regione in illo Iuvenalis:

*De conducendo loquitur jam Rhetore Thule.*

Nomen traxisse scripsit Suidas a Thule rege Ægyptio. Isidorus a Sole. Ejus verba adscripsi: *Thule ultima Insula Oceani inter Septemtrionalem & Occidentalem plagã ultra Britanniam, a Sole nomen habens, quia in ea æstivum Solstitium Sol facit, & nullus ultra eam dies est: Vnde & pigrum & concretum ejus Mare*. Reynerus Reneccius a Saxonica dictione *Tel* i *Limes*, quasi Septentrionis & Occidentis limes fuerit. Verum enim vero an *Thule* aliqua fuerit, dubitat Sinesius, & nusquam comparere scribit Giraldus, ancipitique de ea sententia distrahuntur doctiores. Plerique *Islandiam* Thulen (uti diximus) olim vocatam asseruerunt, his tamen Saxo Grammaticus, Cranzius, Milius. Iovius, Peucerus refragantur. Ortelius suspicatur Tilemarchiam Norvegij Regni tractum esse antiquorum Thvlen: atque ex Isidoro Thule inter Septemtrionem & Occidentem sita quum sit, alibi quærenda est. Doctissimus Gaspar Peucerus libro de terræ dimensione author est Schetlandiam vocari a nautis *Thilensell:* quod si ita est merito nobis cum eruditissimo Camdeno dicere liceat. inventam Thulen, eamque non Islandiam aut Tilemarchiam, sed Schetlandiam esse. Hæc enim insula est inter Scotiam & Nuruegiam frigoribus horrida, & undique procellis expositа, cujus Incolæ piscẽ vento exsiccatum contusumqae pro farre & pane habent. Certe Solinus eam juxta Brianniam ponit: *Multæ aliæ circum Britanniam Insulæ, e quibus Thule ultima, in qua æstivo Solstitio Sole de Cancri Sydere faciente transitum, nox pene nulla: Brumali Solstitio dies adeo contractus, ut ortus juncti sint & occasus. Vltra Thulen pigrum & concretum Mare. Inde a Caledoniæ promõtorio Thulen petentibus, bidui nauigatio est*. Quamvis autem Schetlandiæ Polus Arcticus non ita attollatur, ut commentus est Pitheas Massilienſis apud Strab. tamẽ ut eam eandem cum Thule judicemus, faciunt nominis ante relati ad-

finitas, Poli elevatio cum Ptolemaica consentiens, quodque bidui navigatione a Caledoniæ promontorio distet ex Solini descriptione. Sed de his satis, ad Islandiam redeo.

Sita est Islandia non sub Meridiano primo, ut notavit quidam, sed octavo inde gradu. Longitudo ejus est C mil- *Situs.*
liarium Germanicorum, ut vulgus scriptorum habet, his addit quadraginta quatuor, dictus Ionas. Latitudo milliarium Germ. lxy. Cœlum habet inclemens, ac pro majori parte inculta est, præsertim versus plagam Septemtrionalẽ ob austera spiracula venti Circij; qui nec frutices, ut scribit Olaus, elevari permittit. Tellus autem sementi faciendæ minime idonea, neque ullum fert Frumentum: at Graminis adeo fœcundum solum ferunt in hac insula omnes qui de ea scripsere, ut nisi pecus a pabulo interdum arceatur, ab arvina ne suffoceatur, periculum sit. Præter Equos & Boves nullum jumentum apud hos esse, fatetur ipse Ionas: Bovesque & Vaccæ hic omnes cornibus carent; oves non item. Catellos habent albos quos impensius diligunt: Falcones candidos magna copia: sunt & Corvi candidi Agnellis & Porcellis infestissimi. Vrsi item & Lepores albi. Etiam, teste nostro sæpius dicto Islaudo, Aquilæ albicantibus caudis; quos Plinius (ut addit) Pygargos appellavit, Præter Betulam & Iuniperum nullam hanc insulam ferre Arborem, Velleius testatur. Quare Lignorum maxima per universam Insulam inopia est, nisi forte (quod interdũ accidit) ex Septemtrionali plaga Arbores grandiores ventorum turbine funditus extirpatæ naufragij instar ad hæc littora deferantur: quibus incolæ ad usum focorum, æcificiorum, naviumque utuntur. Subest Regno Norvegiæ ab anno nempe cic cclx, quo primũ hos homagium huic præstitisse, tradit idem Ionas. Qua ratione Rex Daniæ qui & Norvegiæ eo quotannis Præfectum mittit, qui in arce Bestede sedem suam tenet, eique nunc obediunt, ut quondam suis Episcopis; a quibus ad Christianam fidem sub Adelberto conversi fuere. Tempore Haraldi Pulchricomis, Harsagro uernacule Ionæ (primi Norvegiæ Monarchæ, sunt qui putant habitari cœptam: cum hic nempe Regulorum multitudinem expluliſſet ex Norvegia) qui novas quærentes sedes, huc cum familijs commigrarunt, atq; patriæ desideriũ exuentes, mansere, Circa annum Christi millesimũ hæc accidisse verisimile: Circa annum ıɔ ccclxxıv scribit nominatus Islandus Ionas, apud quem habes horum Episcoporum omnium seriem & nomina. Primum eorum Episcopum nominat Crantzius *Islephum*. Sub eorundem Norvegiorum imperio videtur fuisse, ante annos ducentos, ex exceptis Nicolai Zvnij Eclogis, ubi legimus hanc Insulam a Zichmi Frislandiæ Rege bello petitam, sed frustra, & a Regis Norvegiæ militibus præsidiarijs in hac insula positis repulsum. Dividitur vero Insula uniuersa in totidẽ Partes, quot sunt Mundi Cardines. Orientalem vocant, *Austlendingafiordung*, Occidentalem *Westfiordung*, Septemtrionalem *Nortlendingafiordung*, Meridionalem *Suydlendingafiordung*. Vrbibus carent, Montes pro Vrbibus habentes. Fons hic qui fumigantis aquæ vitio nativam rei cujuslibet originẽ demolitur: & quicquid fumi hujus exhalatione respergitur, in lapideæ naturæ duritiem transmutatur, forma duntaxat superstite. Est & Fons pestilẽtis undæ, quem qui gustaverit, perinde ac veneno prosternitur. Sunt latices Cerealis poculi proprietatem imitantes. Oceanus autem Septemtrionalis in quo hæc insula sita est, tantam Piscium copiã subministrat. tantamque Reipublicæ Islandicæ utilitatem præstat, ut non multorum hominum, sed totius Insulæ salus & fortunæ inde pendere videantur; inde enim om-

*Cœli & soli qualitates Animaliũ varietas.*

*Imperium Majorum.*

*Fontes.*

*Mare.*

# ISLANDIA.

In Iokuls fiorder et Isa fiorder

1 Nortfiord 5 Altafiord
2 Veidiwick 6 Seidisfiord
3 Langa fiord 7 Heft fiord
4 Skululfiord 8 Kfaufufiord

Septentrio

Occidens

Orientens

Meridies

Grims ey

Bloe

Skaga neß

Skaga fiorder

Siglu

Hadds fiord

Olas fiord

Eya

Hrifey

Rolskey

Kar

Hvallat fiord

Hvolleks fiord

Platey

Skallandi fiorder

Randa gnupar

Lundey

Reick

Hrun hopn

Fillingawogk

Rampr hopn

Sutungs wick

Bella fiord

Pistils fiord

Gunolps fiord

Mid fiord

Pena fiord

Digra neß

Hopna fiord

Langa neß

Paga neß

Papey

Bala neß

Reidt fiord

Gantawick

Bern fiord

Horn

Horna fiord

Hopdi

Hrollaugs eiar

Ingolfs höpdi

Min kaks

Medallandt

Gnupsa

Breid

Hitaga hlid

Tiorunga

Pickne kap

Jn his et Falcones albi

Eia pial montibus sunt eorui

Hekla promontorium

Westmanna vel Pestilia ear

Hafske

Eldor

Oddo

Eiapialla hökel

Solheima hökel

Midals hökel

Kirkebar Closter

Eiar

Baki

Ploe

Thorne

Ladma greppar

Grunahaf greppar

Hekla pial

Hekla mons ardens

Pial Geir

Ploradunga muli

Pomagnupur

Hnappadalr hökel

Hierfkeid

Hekels

Ara dalr

Fliotz dalr

Ikridi

Clo

Bern

Eiar

Hopdi

Hrollaugs eiar

Ingolfs höpdi

Min kaks

Medallandt

Gnupsa

Breid

Hitaga hlid

Tiorunga

Pickne kap

Jn his et Falcones albi

Eia pial montibus sunt eorui

Hafske

Eldor

Oddo

Eiapialla hökel

Solheima hökel

Midals hökel

Kirkebar Closter

Eiar

Baki

Ploe

Thorne

Ladma greppar

Grunahaf greppar

Hekla pial

Hekla mons ardens

Pial Geir

Ploradunga muli

Pomagnupur

Hnappadalr hökel

Hierfkeid

Hekels

Ara dalr

Fliotz dalr

Ikridi

Clo

Bern

Reidt

Reidt fiord

Gantawick

Bern fiord

Horn

Horna fiord

nes aut vivunt, aut victum quærunt, familiaſque ſuſtentãt. Hic ſi velim hujus Maris piſcium genera omnia recenſere, tempus me deficiat. Aliquot vero rariora non abs re fuerit commemorare. Nuſquam enim in formis Piſcium variandis Natura magis deprehenditur ludere) hac utar voce) quam in Arctoo Mari. Viſitur ibi Navigantibus *Hyæna*, ſive Porcus marinus; animal ſane monſtroſiſſimum: *Zyphius*, Bubonis habens caput, horrorem ſpectantibus incutiens: Equus marinus quem Iſlandi *Hroshwalur* vocant, jubatus; exitium Piſcatotibus adferens: Bos marinus Iſlandis *Zeenaut*, colore cineraceo; egreſſus aliquando Mari in vicino littore paſcitur; naſo folliculus adhæret, cujus beneficio in aquis vivit; eo rupto alijs bobus ſe non invitus conjungit; Vitulus *Roſtunger* eidem genti, quem gradi ſcribunt in maris profundo pedibus quatuor, ſed breviſſimis; pellẽque habere duriſiſſimam, & quæ vix ullis ictibus poteſt perforari. Viſuntur & hæc. Piſces *Nahuai*. Hujus carnem ſiquis comedat, ſtatim moritur: habetque dentem in interiori capitis parte prominentem ad ſeptem cubitos. Hunc quidam pro Monocerotis cornu vendiderunt. Creditur venenis adverſari. Quadraginta ulnarum longitudinem habet Belua. *Roider* centum triginta ulnarum eſt, caret dentibus. Ejus caro eſui accommodatiſſima gratiſſimaque: pinguedo multis morbis medetur. *Cætus Britannicus*, longitudine triginta ulnarum: dentibus caret, linguamque ſeptem ulnarum habet. Eſt & maximum *Cætorum* genus quod raro apparet, Inſulæ magis quam Piſci ſimile. Inſequi minores Piſces præ corporis illa immani mole nequit, capit tamen illos ſua quadam arte & aſtutia: Alius item piſcis *Stantuſvalur* dictus totus cartilagineus, Raiæ aliquo modo ſimilis: ſed infinitis modis major. Inſulæ ſpeciem cum apparet, præbet, alis naves evertit: Et alia. Ad Montes tranſeo. Iſlandiæ (inquit Georgius Agricola) tres ſunt Montes elati in Cœlum, quorum vertices perpetua nive candent, radices

*Montes.* ſempiterno æſtuant igne. Primus vocatur *Hecla*, alter *Crucis*, tertius *Helga*, id eſt, ſanctus. Ab Hecla non longe abſunt fodinæ ſulphuris, pene unicum incolarum mercimonium, & vectigal inſulæ: Mercatores enim naves eo onuſtas evehunt, Mons ipſe cum furit, ut horribilia tonitrua inſonat, projicit ingentia ſaxa, ſulphur evomit, cineribus egeſtis omnia longe lateque complet, ut ad viceſimum lapidem Terra coli non poſſit. Qui naturam cauſaſque ejus incendij curioſius contemplaturi propius ad Mõtem accedunt, facile una aliqua latente voragine vivi abſorbentur: nam & multę ſunt, & cineribus ita tectæ, ut nemo ſibi cavere poſſit. Locum propterea vocant carcerem ſordidarum animarum. Accidit huc, quod quum glacies ſoluta totos octo menſes magnis molibus littori undique allidatur, horrendum ſonum edat, quem incolæ dicunt Animarum eſſe ejulatum & quiritationem. Ejuſdem & naturæ alius Mons nomine *Helga*. Hic mons anno cIↃ IↃ Ixxxi teſte Iona tanto fragore & tonitru ignes & ſaxa eructavit, ut inde ad octuaginta milliaria grandiores machinæ bellice explodi putarentur. Apud hunc vorago quædam, ubi ſpectra ſe offerunt, congreſſibus Hominum tam manifeſta, ut tanquam viventes accipiantur ab ignaris mortis illorum; nec deprehenditur error, prius quam diſparuerint umbræ. Sed hæc aut fabuloſa ſunt, aut certe Dæmonum ludibria. Ipſe Ionas fabuloſa putat. Crantzius. Iſlandos ſpecus plerumque habitare ſcribit, ad Mõtium latera excavatis manſiunculis. Quod idem quoque Olaus aſſerit, inprimis tempore brumali. Ex oſſibus piſcium domos extruunt, penuria

*Opera Publica. & privata.* lignorum. Contra Ionas, dicit hic Templa & domicilia extare ſatis multa ex ligno, ceſpite, & ſaxis ſatis magnifica & ſumptuoſa. Duos habet Inſula Epiſcopatus Cathedrales, *Holam* ſub quo ſunt Monaſteria *Pingora*, *Remeſted*, *Modur*, *Munkeniere*: *Scalholt* cui Monaſteria ſubſunt *Videy*, *Pynebar*, *Kirckebar*, & *Skiada*. Ex Vellei hujus tabulæ auctoris tamẽ ſcriptis intelligitur novẽ id ea eſſe Monaſteria: & Tẽpla præterea trecenta viginti novem. Epiſcopi autem ex Academia Haffnenſi eo mittuntur, quorum alter Boreali Inſulæ parti præeſt, alter Meridionali. Acuterque Gymnaſium

*Mores.* publicum ædibus adjunctum habet, in quo viginti quatuor pueros ſuo ſumptu alere & erudire tenetur. Incolę communi tecto, victu & ſtrato gaudent cum Iumentis. In ſimplicitate ſancta vitam agunt, cum nihil amplius quærant quam quæ natura concedit. Nam & montes habent pro Opidis, ut diximus, & fontes pro delitijs. Beata gens cujus paupertati nemo invidet, & inde beatior quod Chriſtianiſmum acceperit. Sed Mercatores Angli & Dani quieſcere gentem & ſuo contentam eſſe non ſinunt. Nam ob piſcaturam evehendam, Inſulam hanc frequentantes, cum mer-

*Victus.* cibus omnigenis vitia quoque noſtra invexerunt. Res majorum memorabiles carminibus celebrant, vel ſcopulis inſculptas vindicant ab oblivione. Piſcibus ut plurimum victitant, quibus quoque exſiccatis & contuſis, tanquam in farinam redactis, loco panis in menſa utuntur: lautiores autem pane bis cocto. Potus olim aqua, ditioribus lac: nunc autem Fruges aliunde allatas huic miſcere didicerunt: & ſimplicis undę, poſtquam exteri cum ijs negotiari cœperũt

*Mercimonia.* oderunt hauſtum. Lubecenſes enim, Hamburgenſes, & Roſtochienſes, quotannis hanc inſulam navibus ſuis frequẽtantes eo deferunt Farinam, Panem, Cereviſiam, Mulſum Vinum, Pannos Anglicos, Lintea, Ferrum, Chalybem, Aurum, Argentum, Mulierum Vittas & Ligna in uſum ædificiorum & navigiorum: exportant pro his pannum Iſlandicum (vulgo *Watman*) magnas ſulphuris effoſſi moles, Piſces induratos, Butyrum, Sebum, Vellera, Ferarum Pelles, Vulpes Falcones albos, Equos, & alia iſtiuſmodi. Piſcium hic tanta copia, ut eorum ſtrues altiſſimas ſub dio concinnent, atque ita venum exponant, altitudine interdum ipſa ędium tecta ſuperante. Tanta etiam Butyri ſalſi copia, ut ciſtis odoratis recondant longitudine pedum quadraginta, altitudine v, præter uſitata dolia.

Sed lubet Eraſmi Michaelis verſus, quos habet lib. III Rei Nauticæ de Iſlandia adjicere.

*Vltima Parrhaſias Iſlandia ſpectat in Arctos,*
*Sub Caurum porrecta gradus: non divite tantum*
*Læta ſolo, cum vel cæcis occluſa cavernis*
*Sulphura flava coquit mixtiſque extruſit arenis:*
*Pabula vel lætis pecori gratiſſima pratis*
*Fundit, & oppletas inveſtit gramine valles:*
*At vicina etiam ſolidos cum littora piſces*
*Nec numeris, nec menſura, certiſve ferendos*
*Nominibus ſtipat, ratibuſque immittere certat.*
*Proventu ſiquidem vario cum exceſſerit, uno*
*Hoc vincit tamen, & cumulato piſce redundat,*
*Aucta opibus forteſque animis complexa colonos,*
*Cujus & in Notios quæ pars jacet ob via ventos*
*Aeſtuat æternis per aperta foramina flammis.*
*Eructatque globos cinerum, trepidoque boatu,*
*Hecla tonans inter ſparſa pice Sydera lambit.*

# BRITANNICAE INSVLAE:

## Anglia, Scotia & Hibernia, cum orcadibus, Hebridibus, Mona, vecta, & cęteris insulis circumjacentibus sub nomine Britanniæ comprehensis.

BRITANNIA omnes Insulas, quæ inter Hispanias & Germaniam magno terrarum spacio Galliæ prætenduntur, suo nomine complectitur. Eam nuper Lhuyddus *Prydaniam* Th. Eliottus eques Britannus πρυτανείαν dici voluerunt, sed studio magis contentionis, quam veritatis incitati, contra Aristotelis, Lucretij. Iulij Cæsaris, & aliorum veterum scriptorum authoritatem ac fidem. Quia autem olim Britanni omnes se glasto inficerent quod cæruleum efficiebat colorem, ut horribiliore in pugna aspectu essent : ijdemque quicquid depictum & coloratum *Brith* patria & antiqua lingua appellarent : recte quidam statuunt, Græcos (qui primum hoc nomen ita conceperunt) ab incolis, quos *Brith* & *Briton* appellari accepissent, ad *Brith Tania*, quod regionem significat, addidisse : & ideo Britanniam regionem Britonum, id est pictorum & coloratorum dici, non aliter atque Mauritani Mauri, Lusitani Lusu & Aquitania aquarum regio nominatur. Vt autem prisci Galli a Gomer filio Iaphet Gomeræi, Comeritæ, Cimmerij & contracte Cimbri : sic etiam Britanni sua propria lingua olim *Cumeri* & *Kimbri* dicti sunt. Itaque eos veram esse Gallorum propaginem e Nomine, Situ, Religione, Moribus & Lingua, manifeste constat. Britanniam autem *omnibus Cœli ac Soli bonis Natura donavit, in qua nec rigor est nimius hyemis* (ut habet Panegyricus Constantino dictus) *nec ardor æstatis: in qua segetum tanta fœcunditas, ut muneribus utriusque sufficiunt, & Cereris & Liberi in qua Nemora sine immanibus bestijs, Terra sine Serpentibus noxijs. Contra, Pecorum mitium innumerabilis multitudo, lacte distenta & onusta velleribus: certe, quod propter vitam diligitur, longissimi dies, & nullæ sine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit umbras, noctisque metam Cœli & Syderum transit aspectus, ut Sol ipse qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire.* Est sane Britannia Naturæ gaudentis opus, quam quasi alterum Orbem, extra Orbem, ad delicias humani generis constituisse, & tamquam formam quamdam ad eximiam pulchritudinem & universi ornatū egregie depinxisse videatur. Ea varietate gemmea, & descriptione amœna oculi quocunq; inciderint, reficiuntur. Vt incolas taceā, optima corporis habitudine, cōmodissimis morib⁹, mitissimis ingenijs & maximis animis, quorum virtus rebus domique bellique gestis est universo Terrarum Orbi testatissima. Inter omnes Britanniæ Insulas duæ reliquas magnitudine longe præcellunt : *Albion*, sub qua Anglia & Scotia continentur, & *Hibernia*, Prima magnitudine est *Albion*, quæ nunc sola nomen Britanniæ retinet, quod antea omnibus erat commune. Atque hoc nomen magis e libris eruitur, quam in communi sermone usurpatur, nisi quod Scoti se *Albinich* & suam regionem *Albin* adhuc vocent. De nomine autem *Albion* non multum laborandum, quod huic Insulæ imposuerunt Græci ad differentiam, cum circumvicinæ Insulæ omnes Britannicæ vocarentur. A Græcorum enim vanitate, fabulositate & desultoria illa in fingendis nominibus levitate enatum videtur. Cum enim illi Italiā ab Hespero Atlantis filio Hesperiam, Galliam a Polyphemi, Gallatiam, &c fabulose dixerint: hanc Insulam ab Albione, Neptuni Filio Albionem etiam fabulose denominasse, vero non absimile videtur: quod Perottus & Lilius Giraldus prodiderunt. Alij ab ἀλφον malunt deducere, quod teste festo, Album Græcis sonat, unde & Alpes appellatæ. Albicantibus enim rupibus quas *mirificas Moles* Cicero vocat, coronatur: unde & Orpheus albicantem terram dixit. Figura ejus triquetra est. Siciliæ maxime similis, nam in tres diversos angulos sese cuneat. Promontorium primum Occidentem versus Anglı vocant, *The cape of Cornwall.* Ptolemæus vocat ἀντικέφαιον ἢ βολέριον. Diodoro est *Belerium.* Secundum *Cantium* quod Orientem prospicit, Anglis *Nortforland* : Tertium *Orcas* sive *Tervisium* quod longe in Septemtrionem extenditur, Scotis *Dungisbehead* dictum. Livius & Fabius Rusticus eam oblongæ scutulæ sive bipenni assimulavere. Ab Occasu, qua Hibernia sita, est Vergivius Oceanus irrumpit, a Septemtrione, vastissimo & apertissimo Hyperboreo Mari pulsatur, ab Ortu qua Germaniæ prætenditur, Germanico, a Meridie qua Galliæ opponitur, Britannico urgetur. Qui Cœli spacia Terræ tractibus accuratius compararunt, Britanniam octavo Climati subjecerunt. Parallelis decimo octavo, & vicesimo sexto incluserunt. Diem maximum horarum Æquinoctialium XVIII cum semisse putant. Cæsar latus ejus quod Meridiem spectat, scribit continere millia passuum quingenta : Quod ad Occidentem vergit, septingenta millia : quod autem cōtra Septemtrionem protenditur, millia passuū octingenta; ut circuitus universus sit vicies ceutum mille passuum. Diodorus libro sexto ambitum ejus scribit esse duorum & quadraginta millium stadiorum, Martianus: *Britannia*, inquit *longa millibus octingentis, lata trecentis, circuitus tricies octies viginti quinque millia tenet.* Nugæ. Doctissimus & accuratissimus scriptor Camdenus hanc rationem inivit, a Tarvisio promontorio ad Belerium, itinere ob sinuosos littorum tractus curvato, millia passuum sunt CCCIↃ XII, Inde ad Cantium CCCXX. milia : denique a Cantio ad Tervisium ICCIIII millia. Quæ summa est CIↃ IↃCCCXXXVI millium passuum Hæc Insula olim in duas partes divisa fuit, teste Ptolemæo magnæ Constructionis lib. II, ubi insulam universam in *Britanniam Magnam & Peavam* dispescit *Magnam* vocat citeriorem ejus partem ad Miridiem. *Parvam* vero ulteriorem ad Septemtriones. Romani vero ulteriore parte neglecta, *quia*, ut inquit Appianus *illis utilis esse non poterat*, citeriorem in Provinciam jam radactam primum duplicem fecerunt. *Inferiroem & Superiorem*, ut ex Dione colligitur. Angliæ enim partem citeriorem cum *Wallio Superiorem*, ulteriorem & Septemtrionalem *Inferiorem*, vocat. Postea in tres partes descripserunt, ut ex Sexto Rufo liquet, in *Maximam Cæsarienſem*, *Britanniam Primam* & *Britanniam Secundam*. Postremo, cum Imperij Romani formula indies immutaretur, Britanniam quinquepartitam fecere, *Britanniam* nimirum *Primam. Secundam, Maximam Cæsarienſem, Valentiam, & Flaviam Cæsarienſem*, Atque hæ quidem fuerunt sub Romanis ipsius Britanniæ divisiones. Nonnulli universam Insulam olim fuisse in tres partes divisam scripsere, nempe in *Loegriam*, *Cambriam* & *Albaniam*. Sed hanc recentiorem esse divisionem credit Camdenus, ut quæ a tribus populis. Anglis, Cambris & Scotis, qui postremo Insulam inter se diviserunt, videatur enata. Postea in duo Regna; nempe Angliam & Scotiam, divisa est insula: jam vero fœliciſſime sub Iacobo 6 unita hæc duo sunt Regna, & tota insula *Magna Britannia* appellata. Vastissimo autem & apertissimo Oceano, ut supra docuimus Britannia undique circumfunditur, quem B. Basilius *Mare magnum, & navigantibus horrendum* dixit. Late certe modo campos vicinos inundat, modo refugit & nudat, & ut cum Plinio loquar, in magnitudine hac aperta, Lunæ vim laxe grassantis effica-

*Regio. Nomina, a quibus & cur indita.*

*Cœli Temperies. Soli fertilitas. Animaliū varietas.*

*Incolarum virtus. Albion Insula. Vnde dicta.*

*Figura & situs.*

*Mare.*

# ANGLIA, SCOTIA et HIBERNIA.

OCEANVS DEVCALI.

OCCIDENS

Hiberniæ aliquot nomina

2 Glanarme ab. 9 C. Beale
3 Corane 10 Englishe. cast.
4 Belfast 11 New cast.
5 C. Létrum 12 C. Eland.
6 Moschenes ca. 13 Dereshame
7 Drommemer 14 Clancauras
8 Tripperain 15 Kybmunoge.

IACIS OCEANVS

Miliaria Anglica parua

10 20 30 40 50 60 70

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

DONIVS

VERGIVIVS OCEANVS

OCEANVS BRITANNICVS

Orca. des

Hebri des

Le: uissa

Radamach

Rona

Nary

Faro head

Pfouil Skarr

Torfuthie

Strabubaf ter

Freyfk

Braull

Catnes

Dunbeith

Barrfdail

Clyne

Dorno

Rosfyn

Tarbart

Fynlatur

Bamf

Philorth

Aberdora

Inuerugy

Buquhaneſs

Fouern

Aberdone

Keith

Eddir

St. Bogy ca.

Kyldrum

Fordon

Dummotyr

Barury

Monroſs

Read ca.

S. Andreas

May

Dirlton

Dunbar

Barwyk

Northam

Bambrug

Dunſtabrug

Warkeworth

Wetherington

Seaton

Tynmouth

Munkewer mouth

Hartlepol

Kilton

Whitbye

Scarbrough

Flambury head

Kilham

Atwyck

Mapleton

The Sprun head

Grymsbye

E. Saltfleethbe

Wainſlete

Burnham

Cromere

Hickling

Yarmouth

Leſtoff

Walderſwik

Syſewel

Roſeley

Ipſwiche

Harwich

Walton

Colchester

Tillingham

Foulneſs

Shoburye

Reculuer

Ramsgate

Sandwich

Dover

Cales

Hyde

Lyd

Rye

Hasting

Pemſey

Bolonia

Treport

Diepe

Abbeville

Amiens

Picar: die

Perone

Neufchaſtel

Varengem

S. Valri

Ypret

Pas

Arras

Bethune

Lille

Tournay

Ypres

Furnes

Dixmude

Oſtende

Nieuport

Dunkerk

Bruges

Ghent

Dermond

Antwerpen

Bergen

Middelburg

Seelant

Eindhouen

Bergen

Bra: bant

Machlen

Louen

Namur

Hay nault

Mons

Valenciennes

Cambray

Barlaymont

Monſtreul

Ardres

Renty

Arien

Flan: dria

Oude narde

Bruſſel

Locuen

Thuin

Reuting

Moſa fl.

Douchery

Fontain

Gule die

Hanwith

Lincolnia

DANIAE PARS

NORVEGIAE PARS

Ganſen dal

Feſtin

Schuteneſs

Vuytsiers

Nelers

Hardanger

Straſſanger

Serenoch

Ladder

Hitter

Voxſee

Liſta

Der Noſs

Copervick

Mardow

Old Chilſont

Reperwit

Galm efel

Otter neſs

Vlecker

Nomina aliquot que ſuis orbiculis aſſcri bere loci anguſtia. prohibuit

| Scotiæ | | Angliæ | |
|---|---|---|---|
| 2 Leyn | 18 Falkirk | 2 Kirkpfoot | |
| 3 Lonet | 19 Quenes ferry | 3 Wilſey | |
| 4 Rangue | 20 Cornwall | 4 Wigen | |
| 5 Narden | 21 Dunbriton | 5 Rothedale | |
| 6 Tornway | 22 Crawfurdhou | 6 Stopford | |
| 7 Rothes | Hebridum Insul: | 7 Garthpibo | |
| 8 Inuerury | | 8 Thalmondelay | |
| 9 Inuerugy | 1 Dunweg | 9 Whitchurch | |
| 10 S. Johans tou | 2 Kirk morich | 10 Bramcroſs | |
| 11 Luccurs | 3 Reuenſa | 11 Barkway | |
| 12 Masad | 4 Roſsay | 12 Biſhops tartford | |
| 13 Bergomum | 5 Arrois | 13 Waltham ab. | |
| 14 Dughyn | 6 Baitmon | 14 Eltham | |
| 15 Nonum | 7 Colansay | 15 Lencham | |
| 16 Monoch | 8 Sodor | 16 Minching hampton | |
| 17 Dunblain | | | |

GERMANICVS

tis efficacius ſentit,tantaque vi ſemper immittitur,ut non ſolum flumina retroagat,ſed aut terreſtia deprehendat Animalia, aut marina deſtituat. Tot enim & tanta Monſtra marina in littore Brittannico derelicta ſingula quæque ætas vidit & obſtupuit,ut non temere cecinerit Horatius.

*Belluoſus qui remotis.*
*Obſtrepit Oceanus Britannis,*

Et Iuvenalis: *Quanto Delphino Balæna Britannica major.* Tantumque erat vel hoc noſtrum Mare hyeme navigare,ut Iul.Firmicus in libello de Errore profanarum religionum ad Conſtantem & Conſtantium. Imp.exclamarit. *Hyeme (quod nec factum eſt aliquando nec fiet) tumentes,& ſævientes,undas calcaſtis Oceani Britannici,ſub remis veſtris incogniti jã nobis pene maris unda contremuit, & inſperatã Imperatoris faciem Britannus expavit. Quid amplius vultis? virtutibus veſtris victa Elementa ceſſerunt.* De commoditatibus quas hoc Mare præſtat, de tepore quo terras fovet, de vaporibus quibus aerem nutrit,& agros irrorat,de Piſcibus varij generis, Salmonibus,Paſſeribus, Paguris, Aſellis, Halecibus, &c quorum infinita examina alit, nihil attinet dicere; Magaritæ tamen non ſunt ſilentio prætereundæ quas rotunda ſpecie Mari Britannico gregatim natare ducem ſectantes, more apum Iubas memorat. Et Marcellinus: *Quod genus gemmæ etiam in Britannici ſeceſſibus Maris gigni,legique licet dignitate diſpari non ignoramus.* Harum ſpe Cæſarem Brittaniam petiiſſe author eſt Suetonius,eaſque tanta magnitudine fuiſſe, ut in nonnullis manu pondus exegerit,thoracēque ex illis Veneri Genetrici dicaverit. Atque hæc de Albione,nunc reliquas præcipuas percurramus. Inter omnes longe præcellit Hibernia,de qua nihil hic,de ea in proprijs quas occupat tabulis,dicturi,Eam ſequuntur *Orcades.* nunc *Orkney*,xxx plus minus Inſulæ,modicis inter ſe diſcretæ ſpatijs,quas ita appellat antiqua quædam membrana,quaſi *Argath*,id eſt *ſupra Getas*,ut ibi exponitur: Camdenus malit ſupra *Cath*, objacet enim *Cath*,regioni Scotiæ,quam ob promontorium *Cath-neſſe* nunc vocant,cujus Incolæ *Carini* pro *Cathini* perperam Ptolemæo nominari videntur,Solini ætate Homine vacarunt, & junceis herbis inhorruerunt, nunc vero cultæ ſunt,ſed ſine ſylvis, Hordei ſatis feraces,Tritici & Arborum omnino indigæ. Serpens in eis nullus aut venenoſum animal. Animalium greges numeroſiſſimos nutriunt: Lepores, Cuniculi, Grues & Cygni hic multi. Copioſa item in his piſcatio eſt, ex qua Incolæ non parum emolumenti capiunt. Iulius Agricola claſſe primus Britanniam circumvectus,Orcadas ad id tempus incognitas, invenit domuitque, tantum abeſt ut Claudius devicerit (quod Hieronymi Chronicis aſſeritur,) ut Hadriani tempore Iuvenalis cecinerit.

*Commoditates.*
*Orcades unde dictæ.*
*Soli fertilitas.*
*Animaliũ varietas.*
*Imperium Majorum.*

*Arma quid ultra*
*Littora Iuvernæ promovimus,& modo captas*
*Orcades, & minima contentos nocte Britannos,*

Deinde vero cum Romanorum concideret in Britannia Imperium, Pictorum ſedes fuerunt, & Claudianus poetice luſit.

*Maduerunt Saxone fuſo Orcades.*

Nennius etiam tradit Ochtham & Ebiſſum Saxones, qui Britannis meruerunt, cum xl *Cyulis*,id eſt Myoparonibus circa Pictos navigaſſe,& Orcades devaſtaſſe. Poſtea in Norwegorum poteſtatem & Danorum devenerunt, unde Gothice loquuntur Incolæ,& demum Chriſtiernus Rex Daniæ pacta pecunia,anno cIↃ ccccIxxIIII, omne jus ſuũ in Regem Scotiæ tranſtulit. Harum autem præſtantiſſima Pomonia Epiſcopali cathedra celebris,a Solino Pomona diutina ob diei prolixitatem vocata,hodie *Mainland* incolis,quaſi continens eſſet. Stanni & Plumbi ferax ac ſede Epiſcopali in *Kirczwale* opidulo, & duobis caſtris ornata. *Ocetis* etiam inter has Ptolemęo recenſetur, quam *Hethy* nunc dici conjectat Camdenus. Anvero *Hey* quæ inter has numeratur Plinij *Dumnam* dicam inquit idem Camdenus, nondum ſtatui. Certe ſi non ſit,malim *Faire Yle* 1. *Inſula pulchra*,cujus opidum quod habet unicum *Dumo* dicitur *Dumnam* exiſtimare, quam cum Becano *Wardhuys* in Lappelandia cenſere. Hactenus ille *Zelandiam* quoque unã earum nominat Ioannes Major,quinquaginta mille paſſibus in longum exporrectam. Incolæ porro harum Inſularum cum abundantia Hordei potentiſſimum conficiant potum, & omnium mortalium ſint bibaciſſimi, nullum tamen in eis unquam ebrium,aut mente alienatum, nullum amentem aut ſtolidum viſum eſſe teſtatur Boetius. His proximæ *Hebrides* Inſulæ numero xlIIII,quas Beda *Mevanias*,Ethicus *Beteoricas*,Giraldus alibi *Inchades* & *Leucades*, Scoti *Weſterne Iles*. 1. Occiduas Inſulas: Ptolemæus cum Plinio & Solino *Ebundas vocat*. Nominis hujus rationem elicere non poſſum,inquit Camdenus, niſi ita dictas exiſtimem,quod Fruges hic non prouenerint; prodit enim Solinus harum incolas Fruges neſcire,& Piſce tantum Lacteque vivere,& *Eb Eid* Brittannice ſine Frugibus ſonat. Hæc ille. Harum triginta eſſe Plinius ſcripſit,ſed quinque recenſet Ptolemæus. Prima *Ricina* eſt,Plinio *Ricnea*. Antonino *Riduna*,nunc *Racline*. Inſula hæc exigua eſt obiecta Hiberniæ. Proxima *Epidium* eſt,nunc *Ila* (teſte Camdeno) Inſula ſatis ampla,& campeſtri planicie ferax. Inter hanc & Scotiam *Iona* interiacet. Bedæ *Hy* & *Hu*, ſitu plano gaudens, in qua Epiſcopalis eſt ſedes,in *Sodore* opidulo,unde Inſulæ omnes *Sodorenſes* etiam dictæ fuerunt, quod in ejus diœceſi cenſentur; celebris autem eſt Regum Scotiæ ſepultura. Inde *Moleos* eſt Ptolemæi, nunc *Mula*, cujus Plinius videtur meminiſſe cum inquit *Reliquarum Mella xxv mill,paſſ. amplior proditur*. Sic enim antiquiſsima Plinij editio Venetijs concipit, ubi in vulgatis legitur *Reliquarum nulla. Hebuda* Orientalior nunc *Skie*, deinde Scotiæ litori longe obtenditur, & *Hebuda* Occidentalis magis in Occaſum divergens, nunc *Lewes*, cui præeſt *Mac cloyd*, & antiquo Manniæ libro *Lodhus* dicitur,monticulis prærupta, ſaxoſo & raro cultore, ſed omnium ampliſsima, a qua exiguo Euripo *Fuſt* djsjungitur Cæteræ præter Hyrtham ignobiles ſunt aut ſaxis aſperæ,aut cautibus inviæ, & vix virenti ceſpite veſtitæ; has tamen omnes velut imperij ſui firmamentum numerata pecunia a Norwegis coemerunt Scoti, etſi minimum inde fructum percipiant, cum Incolæ antiqui ſcilicet Scoti, ſive Hibernici, homines erectis animis,& projecta audacia,legum ſeveritate,& judiciorum metu ſe illigari non patiantur. Quod vero ad mores,cultũ & linguam ſpectat a ſylveſtribus Hibernicis ne tantillum diſcrepant,ut facile unam eamdemq; eſſe gentem cognoſcamus. Sed de harum Inſularum incolis libet verba Solini hic apponere,qui ita de his ſcribit: *Neſciunt fruges,piſcibus tantum & lacte vivunt. Rex unus eſt univerſis: nam quotquot ſunt, omnes anguſta interluvie dividuntur: Rex nihil ſuum habet; omnia univerſorum; ad æquitatem certis legibus ſtringitur; ac ne avaritia divertat a vero,diſcit paupertate juſtitiam,utpote cui nihil ſit rei familiaris; verum alitur e publico: nulla illi datur femina propria: ſed per viciſſitudines,in quãcumque commotus fuerit, uſurariam ſumit, unde ei nec votum nec ſpes conceditur liberorum.* Sequntur Mona & Vecta de quarum altera in tertia Tabula Angliæ,de altera in ſeptima agemus,Et hæc quidem de Britannia,deque inſulis præcipuis Britannicis hoc loco in genere dicta ſufficient: cætera in ſingulis deinceps Tabulis exponemus.

*Hebrides earũ nomina Vnde dictæ.*
*Ebudæ:*
*Mores.*

# HIBERNIA REGNVM.

*Regio Nomina priſca & recentia, a quibus & cur indita.*

HIBERNIA Inſula ſequitur Orpheo, Ariſtoteli & Claudiano *Ierna*, Iuuenali & Melæ *Iuverna*, Ptol Ἰέρνία; Diodoro Siculo *Iris*, Euſtathio *Vernia* & *Bernia*, Plutarcho Ogygia, incolis *Erin*, Britannis *Yverdhon*, Anglis *Ireland*. Vnde hæc profluxerint nomina, variæ ut in re obſcura ſub inde enatæ ſunt opiniones. Hiberniam alij ab Hibero duce Hiſpano, qui primus magna hominum coacta multitudine, eam occupavit, dictam volunt: ab Ibero fluvio alij, quod illius accolæ primi Inſulam habitaverint: alij ab hiberno tempore, quia ad Occidentem vergit: Eulogij author ab Irnalpho Duce; Poſtellus dum Melam Lutetiæ prælegeret, ab Hebræis repetebat, ut ſit *Irin*, quaſi *Iurin*, id eſt Hebræorum terra, *Hebræi* (inquit ſi Dijs placet) *cum eſſent Magi peritiſſimi, ſcirentque Imperium Vniverſi futurum in angulo fortiſſimo, qui eſt ad Caurum, illas partes, & Hiberniam quamprimum occuparunt, Syriique & Tyrij illas regiones ut baſim futuri imperij ponerent, incolere ſategerunt*,. His cũ eruditiſſimo Camdeno ſuffragari non auſim, ne receptiſſimæ quidem iſti de hiberno tempore opinioni, quamvis legamus in hac Inſula ex omni vento aërem brumeſcere, *Hibernia*, *Iuverna* & Ἰερνία procul dubio ab Orphei & Ariſtotelis *Ierna* dimanarunt, *Ierna* autem illa, *Iris*, *Iverdhond*, & *Irelan*, ab Incolarum *Erin*. Ab *Erin* ergo gentis vocabulo etymon petendum. Hic Camdenus cum magnis illis Philoſophis ἐποχὴ, nec quid opinione augurari poſſit ſe habere dicit: niſi forſan, inquit, ſit ab *Hiere* Hibernica voce illis Occaſum, ſive plagam Occidentalẽ ſonante, unde *Erin* quaſi Occidentalis regio deducta videatur.

*Situs.*

Protenditur hæc Inſula ab Auſtro in Aquilonem, forma lenticulari, ſive ovali non viginti dierum navigatione, ut Philæmon apud Ptolemæum tradidit, ſed cccc tantum mill, paſſ. Latitudine vix cc implet. Sita eſt inter Tropicum Cancri & Circulum Arcticum: inter Hiſpaniam ſcilicet & Britanniam: ab Ortu habet Britanniam, a qua mari Hibernico & unius tantum diei navigatione diſcluditur. Ab Occidente vaſtum Oceanum. A Septemtrione, qua Oceanus Deucaledonius quem Ptolemæus vocat *Hyperboreum*, irrumpit, habet Iſlandiam; ab Auſtro reſpicit Hiſpaniam. Aër hujus inſulæ eſt ſaluberrimus, Cœlum mite, clemens, blandum; nam neque æſtivo calore Incolæ ad umbras & loca opaca impelluntur; neque frigore ad focos: ſemina tamen ob autumni humiditatem rarius matureſcunt. Hinc Melaſcribit, Cœlum ad maturanda ſemina iniquum habere. Salubritate tamen & ſerenitate aëris multum Britanniæ præſtat. Nemo propter hiemem ibi aut fœna ſecat, aut ſtabula fabricat jumentis. Terræmotus hic nunquam, vix ſemel in anno Tonitru audies. Regio gleba præpingui, uberique Frugum proventu felix eſt: Paſcuis tamen quam Frugibus. Gramine quam Grano fœcundior. Tritici namque grana ſunt hic contracta & minuta, & vix alicujus vanni beneficio purganda. Quod ver gignit, Æſtas nutrit, vix in meſſe pluvialis aquoſitas colligi permittit. Æolicis nãque flatibus, & pluvialibus inundationibus præ alijs Terris hæc exuberat. *Verum* (ut inquit Mela) *adeo luxurioſa Herbis non lætis modo, ſed etim dulcibus, ut ſi exigua diei parte pecora ſe impleant, & niſi pabulo prohibeantur, diutius paſta diſſiliant*. Quod etiam Solinus de hac Inſula teſtatur. Hinc pecorum infinita multitudo, primæ & præcipuæ incolarum opes, Ovium etiam greges plurimi, quas quotannis bis tondent. Equi item optimi (*Hobies* vocantur) quibus non idem qui cæteris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Nullum ibi reptile degit, nullus Serpens, privilegio cum Creta communi: ſepe, etiam illuc de Britannia allati Serpentes, mox ut proximantes terris odorem aëris illius attraxerunt, intereunt. Beda teſtis eſt, vidiſſe ſe quibuſdam a ſerpente percuſſis raſa folia codicũ ex Hibernia aſportatorum propinata eſſe, & continuo totam vim graſſantis veneni, tumoremque inflati corporis receſſiſſe. Falcones præterea Accipitres & Niſos, præ alijs regionibus copioſe producit. Aquilarum quoque non minor hic copia, quam alibi Milvorum Tanta vero multitudine ſe Grues ingerunt, ut uno in grege centum frequenter reperias. In Boreali plaga Cygni abundant Ciconiæ vero per totam Inſulam rariſſimæ ſunt, & illæ nigræ, Deſunt Perdices, Phaſiani. Picæ & Philomelæ. Apum tanta multitudo, ut non ſolum in alvearijs, ſed etiam in Arborum truncis & Terræ cavernis reperiantur. Scribit etiam Giraldus de Avibus præ cæteris hoc memorabile, ex lignis quibuſdam in mari temere natantibus, gummi primum effluere: hoc gummi poſtea in cruſtam indureſcere, intus naſci Animalcula, quæ primum vitam, poſtea roſtra, pennas, alas concipiant, denique vel in aëre volitent vel aquis innatent, neque aliter generari hoc Animal. Sylveſter Giraldus, quem dixi, teſtatur ſe iſtiuſmodi aves permultas vidiſſe ſemiformes, roſtro ex teſtulis pendentes, quæ ſi perfectæ fuiſſent, reliquarum more volitaſſent. Eaſdem quoque in Scotia naſci ferunt, vocarique ab incolis *Bernickles*. Sunt & aves, eodem teſte, biformis naturæ, quas *Aurifriſos* vocãt plurimæ, Aquila quidem minores, Accipitre majores, quibus alterum pedem unguibus armatum, apertum & rapacem; alterum vero clauſum & pacificum, ſolique natatui idoneum, naturæ ludentis opera contulit admiranda. Sunt & aliæ quas *Martinetas* vocant. Merula minores, in modum Coturnicum curtæ ſed albo ventre nigroque dorſo degenerant, Mirum de his aviculis, quia ſi mortuæ in loco ſicco ſerventur, putreſcere neſciunt: & inter veſtes aliaſve res locatæ. eas indemnes a Tinea conſervant. Et quod longe ſtupore dignius eſt; mortuæ quoque in ſicco ſuſpenſæ, rediviva plumarum renovatione ſingulis annis immutantur. Ferarum quoque omnia fere genera continet. Habet enim Cervos qui præ nimia pinguedine parum ad curſum apti ſunt; & quanto minores ſunt corporum quantitate, tanto præcellentivs efferuntur cornuum dignitate. Aprorum magna copia eſt. Sunt & Lepores multi. Sed omnium Animalium. Ferarum & Avium corpora, hic quam alibi minora. Eſt & Taxus, & Muſtela. Sed caret Capris, Damis & Ericijs. Talpæ nullæ vel rariſſimæ: ſed Mures infiniti, Lupum, item & Vulpem habet. Sed de his ſatis, ad alia tranſeo. Hibernia quondam multos Regulos habuit, nunc autem ſub Anglorum regimine & per Proregem quem Dominum Deputatum vocant adminiſtratur Hibernia vero ſub dominio Regis Anglorum incidit circiter annum ciↄ clxxv, quo Rodericus Connaciæ Rex, ſe Regem univerſæ Hiberniæ nominavit, qui cum tãtam Inſulam ſubjugare contenderet, bellum continuvm cum cæteris Regulis gerebat, ex cujus quidem ſeditione factũ eſt, ut alij Reguli ſe, ſponte, ac ſine ulla ſanguinis effuſione Anglorum Regi Henrico Secundo dederint: & inde omnes Hiberniæ Domini dicti ſunt uſque ad Henricum Octavum, qui Rex Hiberniæ ab Inſulæ Ordinibus & Proceribus declaratus fuit quia quibuſdam ſeditoſis Domini nomen erat inuiſum. Quatuor in hac Inſula civitates præcipuæ, DVBLINIA totius Hiberniæ Metropolis, ſedes Regia & Archiepiſcopalis, Æde S. Patricij ac Comitatus titulo exornata. Hic judi-

*Cæli Temperies.*

*Animalium varietas.*

*Imperium Majorum.*

*Vrbium nomina.*

Occidens

OCEANUS OCCIDENS

IRLANDIÆ regnum

Septentrio

Meridies

VERGILIUS

Miliaria Ibernica Commimia

OCEANUS

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

MARE HIBERNICUM

Orions

Dubritan firth

cia & Comitia, quæ vulgo Parlamenta dicuntur, celebrari ſolent. Hic etiam inſulæ Procuratores ut plurimum conſident. Secundas partes tenet *Waterfordia*, Tertias *Limmiricum*, Quartas *Corcagia*. Sunt & alia ibi opida ac municipia ſatis magna, de quibus in particularibus deſcriptionibus fuſius. *Lacus* quoque plurimos hæc Terra habet, inter quos

*Lacus.* Lacus eſt in Hultonia ab Erno lacu xv mill. diſtans, de quo ſuo loco fuſius; Super *Armacum* urbem ſtagnum eſt haud amplum, in quo ſi haſtam defixam aliquot menſes relinquas, pars ea quæ luto inhæſit ferreaquæ; aquæ immerſa ſaxea, exſtans lignea futura ſit. Eſt & *Erno* lacus, qui 30 mil. paſſ. in longitudine, xv in latitudine diffunditur, ſylvis opacis coronatus, & adeo piſcoſus, ut piſcatores nimiam frequentius piſcium copiam, retiumque rupturas, potius quã defectus conquerantur. Fama eſt inter accolas hunc olim agrum fuiſſe cultiviſſimum, & Incolis frequentiſſimũ ſed ſubito propter eorũ infandam cum beſtijs venerem, ſuperfuſis aquis in lacum redactum. *Terram*, inquit Giraldus, *tam turpium contra naturam facinorum conſciam, non tantum primis, ſed cunctis in poſterũ habitatoribus indignam Author Natu-*

*Flumina.* *ræ judicavit.* Fluminibus item egregijs, ſcinditur & rigatur Inſula: quorum nomina hæc ſunt: *Avenlifius*, Dubel perfluens, *Boandus* per Mediam; *Banna* per Vltoniam; per Connaciam, *Linnus & Moadus*, per Kenelcunilliam, Slichejam & Samairam, *Modernus* vero & *Furnus* per Keneoliam. Sunt & alia plurima, quorũ quædam ex Terræ penetralibus irriguiſque fontium venis emerſa, alia vero ſubito e ſtagnis erupta, illuſtres Inſulam per partes longis excurſibus diſterminant, & diſtinguunt, de quibus ſuis locis. Inter omnia vero Flumina Hiberniæ non immerito principatum *Syennenus* obtinet, tam quantitatis ſuæ majeſtate longiſque Terrarum excurſibus, quam fœcundiſſima piſcoſitate. Cæterum Flumina & Lacus ſuis ſibi innatis fœcunda ſunt Piſcibus, & præcipue generibus tribus, Salmonibus & Turtris, Anguilliſque lutoſis: Muræniſque oculoſis *Syennenus* affluit. Sed deſunt generoſi aliarum regionum & dulcis aquæ Piſces: Lucij videlicet, Perticæ, Gobiones, omneſque fere qui nõ ex marinis fluctibus originem trahunt. Habẽt autem e contrario ſtagna trium Piſcium genera quæ nuſquã alibi reperiuntur. Sunt enim Turtris lõgiores & rotundiores, albis carnibus conſertis & ſapidis, Vmbris perſimiles, niſi quod capite degenerãt craſſiore. Sunt alij & marinis Halecibus, tam forma & quantitate, quam colore & ſapore, ſimillimi. Sunt & Tertij, Turtris, niſi quod maculis carent, per omnia ſimiles. Hæc autem tria genera Piſcium in æſtate tantum & nunquam in hyeme comparent. Terra inæqualis eſt & montoſa, mollis & aquoſa. In ſummis Montium vertĩcibus Stagna reperies & Paludes. Pecore Montes, Nemora Feris abundant. De Mari quod Hiberniam & Britanniam interluit, ſic ſcribit Solinus: *Mare quod inter*

*Mare:* *Hiberniam & Britanniam interluit, undoſum & inquietum toto in anno, non niſi æſtivis pauculis diebus eſt navigabile.* Sed errat. Satis enim tranquillum eſt, niſi ventorum vi agitetur. Et non ſolum æſtate, ſed etiam ſumma hyeme, vectores ultro citroque navigant. Marinis autem Piſcibus per omnia latera, maritima ſatis abundant. Habet Hibernia in univerſum Comites trigina tres, Archiepiſcopos quatuor: *Armachienſem*, totius Hiberniæ Primatem: *Dublinenſem* Hiberniæ Primatem: *Caſſilienſem & Toamenſem*. Et hi quatuor viginti novem Suffraganeos habent, quos omnes ſuo loco & ordine inſequentibus Tabulis recenſebimus. Sed antequam ad reliqua pergamus, tenendum eſt, Hiberniam

*Mores.* ex incolarum moribus in duas partes diſtribui. Qui enim legibus teneri recuſant & incultius vivunt *Irishrie* & vulgo *Wild Iriſh*, id eſt, ſylveſtres Hibernice vocantur. Qui vero legum poteſtatem ſanctam habent & judicijs ſe ſiſtunt, *Anglo-Hibernici* dicuntur, & eorum regio *The English Pale*. Qui in Anglica provincia habitãt, victu, cultu & ſermone ab Hibernicis differunt. Nam a priſcis Anglorum moribus ne tranſverſum quidem unguem diſcedunt, Anglice, naturaliter & incorrupte loquuntur. Hibernice tamen norunt, ptopter quottidiana commercia. Authoritate nutuque Britannicarum Legum Rempublicam adminiſtrant: ſuos tantum cives affinitate devinciunt: & Hibernicos procos vehementiſſima animi contentione repudiant. Hæc de Anglicę provinciæ habitatoribus dicta ſufficiant, reliquum eſt ut de Hibernicorum moribus atque conſuetudine nonnihil dicamus. Hibernici primarios quoſdam Tyrannos habent, quorum imperio plures tenentur; ſub Anglico jure & imperio, niſi ſimulate & quamdiu Angli milites eorum territoria depopulantur, non vivunt. Iudicia tamen propter deprædationes & furta nocturna certis temporibus & locis conſtituunt. Illic reorum qui accuſantur, proprium eſt: Nego. Si convincantur, ad litem æſtimandam quoſdam arbitros: quos ille *Brehonios* appellant, adhibent. Iſti ſunt ex una familia proſeminati, qui quamvis intelligentiam juris non habeant, vulgo tamen propter arcanam quamdam ſcientiam ac moribus acceptam, quaſi divini habentur. Militia eorum partim equeſtris, partim pedeſtris eſt. Equites habent Equos valde tractabiles, quos ſine ullis adminiculis, etiam loricati inſiliunt. Haſtas bene ponderoſas circa medium manibus præhenſas ſupra capita in hoſtem vibrant. Inter pedites quidam ſunt ſagati milites valde robuſti, quos *Galeglacios* vocant, & tela pedalia ſecuribus ſimilia, eaque gemina, cultris tonſorijs acutiora, longiuſculis haſtilibus affixa gerunt, & totius Hibernici belli fundamentum ac robur ſunt. Secundum locum obtinent Pedites levis armaturæ machærophori, qui *Karni* dicuntur, & neminem occiſum putant niſi capite truncatum. Tertio loco ſunt curſores, quos Daltinos vocant, qui inermes incedunt & miniſtros ſe præbent equitibus. Totus autem tam equitatus quam peditatus, quoties ad manus venitur magna voce *Pharro Pharro* inclamat: & tibia utricolari loco tubæ utitur. Decumbenti aſſiſtentes nunquam de Deo, nec animæ ſalute. aut Teſtamento condendo verba faciunt, ſed omnia in ſpem convaleſcendi: pro deplorato habent, ſi quis Euchariſtiam poſtulet. De Teſtamento non laborant Vxores, quod mos inolevit, trientem bonorum eis dari, reliqua in liberos diſtribui æquis portionibus, niſi quod in hæreditate adeunda plus poteſt, qui plus valet. Qui enim potentiſſimus, ſive Patruus ſive Nepos, in hæreditatem excluſis filijs, ſæpiſſime involat. Moribundum aliquem antequam fatis concedat, præficæ in quadrivio ſtantes paſſis manibus vocant quibuſdam clamoribus, ad hoc aptatis, & animam eluctantem remorari conantur, commemoratis bonorum, Conjugum, formæ, famæ, agnatorum, amicorum, equorum commoditatibus; interrogantque cur velit, & quo, & ad quos recedere, cumque anima expoſtulant, quod ingrata ſit. Denique animam evolantem ad muliercularum illarum de nocte & nigredine apparentium ſpeciem tranſire conqueruntur, & affirmant, egreſſam

*Victus.* vero de corpore, ululatibus, & palmarum complosionibus lamentantur. Cænitant Hibernici magnifice & opipare. Nam licet delicatis Artolaganis minime abundent, nec etiã ulla urbana in epulis lautitia adhibeatur, menſas tamen habent, Bove, Porco, & alijs cibarijs, prout temporum obſervatio exigit cumulatiſſime inſtructas. Porcos præcipue opimos nimiopere appetunt: faciunt pluris omnium obſoniorũ nihil. Nonnulli dictitant illos crudis carnibus veſci, quod cõtra eſt, ac dicunt: tametſi non admodũ coctis, nec plus ſatis aſſis delectãtur, tamen cruditate minus ſepæ naucota, bene manicata amictæ. Inter cænandum adeſt citharista oculis ſæpe captus, muſicis minime eruditus, qui chordarum pulſu (ſunt autem ex ferreis aut æneis filis, non ex nervis ut alibi fit contextæ) animos accumbentium relaxat.

# HIBERNIAE
## II TABVLA
### IN QVA VLTONIA, CONNACIA, MEDIA: ET PARS LAGENIÆ.

## VLTONIA.

HIBERNIA in genere deſcripta: antequam ad ſpecialiorem ſingularum Partium delineationem me accingam, operæprecium putavi primum diſtributionem ejus proponere. Hibernia in quinque Partes ſeu Provincias dividitur. In *Lageniam* quæ ad Orientem eſt Angliæ proxima, *Connaciam* vel *Conachtiam* quæ ad Occidentem vergit: *Vltoniam* in Septemtrionali parte: & *Momoniam*, in Auſtrali plaga ſitam, Quinta pars *Media* appellatur, quæ medio loco ſita, a cæteris clauditur. In hiſce quinque Provincijs alia quædam notabilia territoria ponuntur, ut in *Lagenia* includuntur *Fingalia*, *Offalia*, *Leiſia*, *Oſſiria*, & *Ormundia*. In *Media* reponuntur *Slania*, *Fouria*, & *Delvinia*. In *Connacia* comprehenditur *Claria*; In *Vltonia* continetur *Vrilia*, *Antrimenia*, *Lecalia*, ac *Treconclia*. In *Momonia* concluduntur *Trippetatia*, *Keria*, *Coſmaia*, *Deſmondia*, *Tomondia*, nonnullaque alia. Eſt & alia Hiberniæ partitio, quam in Tabula generali etiam attigimus: hæc magna cum cura & diligentia eſt conſideranda; ſi quis hujus Terræ ſtatum cognitum, ac perſpectum habere aveat. Quare obſervare diligenrer oportebit Hiberniam in duas partes diſtributam eſſe in Anglicam & Hibernicam: Hanc Germani & genuini Hiberni, illam Anglorum progenies incolit: eaque portio plebeio ſermone, *Anglica Provincia* nominatur, quod ſit Anglorum territorijs, quaſi palis & ſeptis circumſeſſa. Etenim poſtea quam Angli Dermicium, exactum Regem, Hibernicis hoſtibus, armis caſtriſque oppreſſis, in patriam atque adeo in regnum reſtituerunt: Angli victores ſedem ſtabilem & domicilia certa, in lectis Hiberniæ locis habuerunt: deinde cum interſe & domitos Hibernos, quædam quaſi Inſulæ divortia feciſſent, illam partem. in qua Coloniam collocarunt, Anglicam Provinciam appellaverunt. Hæc major Lageniæ & Mediæ pars, ac ea Vltoniæ portio, quæ Vrilia dicitur, continetur, ſed præcipua Lageniæ particula, quę Fingalia vocatur Dublinio, ad Aquilonarem plagam finitima, primas tenet: Media ſecundas. Mercator autem partes priore diſtributione a nobis poſitas, quatuor tabulis luculenter exhibet ab Vltonia, Connacia, Media & parte Lageniæ facto initio. Harum omnium Partium, quo ordine ab authore noſtro ponuntur, delineationem, quam potero fideliſſime, proponam. Offert ſe primo loco Vltonia. Pars hæc Hibernię prima Latine *Vltonia* dicitur, Anglis *Vlſter*, Hibernicis *Cui Gully*, id eſt, Provincia *Gully*, Britannis *Wltw*. Protẽditur ad Mare Hyperboreum, & hinc *Buinda* a Media, illinc *Erno* Lacu & *Bannio* fluvio a Connacia dirimitur. Regio ampla alicubi ferax, alicubi macra, viriditate tamen ad aſpectũ ubique jucunda, & pecoribus refertiſſima. *Ioannes Curſius* primus Anglorum hanc regionem agreſſus eſt, & Duno, Armachaque expugnatis, univerſam aut bello, aut deditione complexus eſt, primuſque Vltoniæ Comes eſt dictus: ſed cum illi res proſpere geſtæ ita invidiam conflaſſent, ut ex ſuis virtutibus, aliorumque vitijs in exilium ageretur; *Hugo de Lacy* qui illum bello perſequebatur, datus erat a Rege Ioanne ſucceſſor. Hujus unicam Filiam Gualterus de *Burgo* Dominus Connaciæ uxorem duxit, & uxorio jure creatus eſt Vltoniæ Comes, permanſitque ille honor in Richardo filio, ut Ioannem Nepotem taceam qui ante Patrem obijt, & Guilielmo Muto hujus Ioannis Filio ex Elizabetha Clara (hærede altera Gilberti *Clare* fratris ſui) qui a ſuis interfectus Elizabetham unicam Filiolam reliquit, quę Leonello Clarentiæ Duci enupta. Per hujus vero unicam Filiam ad Mortuomarios, ab illis rurſum per Filiam ad Richardum ducem Eboracenſem Vltoniæ titulis eſt devolutus, cujus Filius Edwardus IIII Rex Angliæ ſacro patrimonio ſive Domanio, ut vocant. Regio adjunxit. Quo tempore cum Anglia in partes diſcederet, inteſtino exardeſcente bello & Angli qui hic meruerunt, Vltonia relicta, domum profecti partes ſequerentur, *O Neale*, & alij Hibernicæ originis in has regiones involarunt, & ita barbarie efferarunt, ut nihil ſupra. Iam inde enim non ſolum qui ex *O-Neali* ſunt familia, ſed etiam qui viribus & gratia plurimum valent, *O-Neali* Titulum tamquam honorarium uſurpant, Vltoniæ Dominos ſe gerunt, & miſerum populum penſitandis tributis exhauriunt: adeo ut hæc Provincia quæ ſuis Comitibus olim triginta millia Marcarum dependit, nunc vix pauxillulum nummorum Anglo reddat.

*Regio. Nomina, Situs. Soli quali. Imperium*

Dividitur Vltonia in citeriorem & ulteriorem. Citerior tres habet Comitatus, *Louth*. *Down* & *Antrimme*: Vlterior ſeptem *Monahon*, *Tiroen*, *Armack*, *Colrane*, *Donergall*, *Fermanagh*, & *Cavon*. Ptolemæi vero ætate hanc univerſam incoluerunt *Voluntij*, *Darni*, *Robogdij*, & *Erdini*. *Voluntij*, unde *Guly*, & *Vlſter* forſitan profluxerunt, tenuerunt tres Comitatus *Down*, *Antrimme*, & *Louth*, qui & *Iriel* dicitur, cujus Comitem primum Ioannem *Brimicham* creavit Rex Edwardus ſecundus, quod juſto prælio Edvvardum Bruſium Scotum, qui ſe Hiberniæ Regem declaraverat, ad *Dundalk* opidum maritimum profligavit, & occidit. Regiones etiam adjunctas inſederunt, quarum nomina Latino ſermone eloqui vix datur, *Tiroen* ſcilicet, quam nonnuli *Eugenij terram* Latine interpretantur. *Brenny*, *Iueagh*, *Mourne*, & regiones illas quas Anglica *Fritz-Vrſorum* familia occupat, qui nunc degeneres eodem ſenſu *Mac Mahon* i. *Vrſi filij* appellantur, cum Kilwarny, & Kilulto & Sylvis denſiſſimis, & Cherſoneſis duabus *Lecale*, & *Arde* Nihil in his memoratu dignum occurrit niſi Hibernicos Regulos commemorare velim. Melioris notæ inter Vrbes ſolummodo eſt *Armach* ſedes Archiepiſcopi & totius Hibernię metropolis; ab Armacha Regina ſic dictam fabulantur Hibernici ſed Camdeno eadem eſſe videtur, quam *Dearmach* vocat Beda; & *Roborum Campum*, ex lingua Scotica ſive Hibernica interpretatur, ubi circa annum ſalutis 1oIx Monaſterium extruxit celeberrimum Columbanus. Quod tandẽ eodem quaſi tempore, tum in Metropolitanam ſedem a Viviano legato evectum, & a Ioanne Curcio in Anglorum poteſtatẽ redactum, noſtraq; ætate templum illud antiquum a profligatiſſimo rebelle *O-nealo* incendio eſt deformatum. Regio multis & immenſis lacubus interfuſa, inter quos lacus *Eaugh* qui ſtatim ab *Armach*, late diffunditur; & ad orientẽ

*Vrbium nomina.*

*Lacus*

Miliaria Irlandica Com

5 10 15 20

OCCIDEN

TALIS

OCEA

NVS

ORIENS

MARE

HIBER

NICVM

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

Occidens

Septentrio

Meridies

Orientis

The Yles and Stakes of Aran

Ramshead

Lough Swylli hauen

Daghall als Tralle

Dunwegh ca.

Yla insula

SCOTI:

AE

Kirk Morich

Arren

Gilleiare

Gilleia ren

Cam: tyr

Dunna wart

Pradda

Sanda

Ailsa

Ardsrinsel

Dumbritan firth

L. Ryan

PARS

Glenslus ab.

Salsid ab

Coswel

The Mul of Cantyr.

Cladogh bay

Point Con. tuse

Scheape hauen

Sher hauen

S. Helens hauen

S. Helena

Scheape

Sligo flu.

Scheape flu.

Ramelan

L. Swylli

Norwowre we

Ow; EN ENIS

New ca.

Kylmore

Derry

Cargen

L. Foyle

L. Foyle hauen

Bun hauen

Col rayne

Cahaue

Ardnegllegan

Anaghe

Bale Long ty

Frag

Donelonge

Lampreistone

Donsendal

Ruſſne

The Carorl

Route

Col rayne

Dunſeuerin

Dunſeuer town

Market

Donſborow head

Fayre. forland

Cam Torboy

Barna downe

Aendone

Dromemark

Owyndirgh

Glanarme abb.

Stone otor

Read ca.

GLAN

DE

Edendomchau

Corane

Olderfleet

Olderfleet hauen

Port Muc

The Kowe

Magees ile

Karreg fergus

The Maydens

The Mul of Galloway als The Mulis nuk

Croſle ile

Copland iles

Melame Harrons

The Bryalle

Skyr Martyne

North rock

South rock

Talbots court

Smites caſtel

New caſtel

S. Patriks rok

The Monyl

Kileleſſe

Angwys rock

Fornans town

Arglas

The Great ward

Donart

S. Johns point

Madary point

Leiſton

Kelkole

Grene caſtel

Point Knawbyl

Carlyngford hauen

Dundalk hauen

Blachator knok

Warren flu.

Poynt Donenay

Poynt Clogher

Terfolyn.

Bewlyntown

Old town

Bullyan

Narow flu.

Balatrd

Ruthe

Portorhame

Lambay

Irlands eye

Hothe head

Dublyn hauen

S. Bennets yland

Dalkey

Old Court

North grounds

Dunsdrome bay

Dundrome

Donedrome

Tully

Phoh beg

Dolkney

Sutton

New caſtel

Dunsdrome

Ardes

Lecale

Bishops court

Le Bage

Ruſſels

Machae vocatio

Dundrome

Downe

Andelay

Strang ford

Mackartan

Inche ab.

Killaleigh

Whites c.

Mandeuels

Dromnmore

Skaterig

Reigh had

Black ſtaf

Arraug. when

S. Johans town

C. Sauat ge

Black abb. grange

Ard DE

Bangor ab.

Newtown ab.

Malaganda

Reache

Donnonelle

Hollywod

Freeſton

Scottes

Loug Eag

Tiron

Dunganon

Corle

Carmonagher

Benburk

Arma. gh

Kann

Rew land w.

Lough Neagh

Kilmore

Moloy noar

Lecale flu.

Lough Brachs

Mallard flu.

Magra flu.

Lough Erne

Lough Swylli

Lough Esk

Lough Foyle

Ow; EN ENIS

Ramelan

Sligo flu.

Scheape flu.

Kylmakrenan

Kyllodone

Baleghan

Clonelen

Cargen ouer

C. Leuer

Tapo

Haukes rok

Treconell ca.

Cladogh flu.

Guidorrel flu.

Inbarrel flu.

C. Cladogh

Siluer mountayn

S. Helens head

The Read bay

Calebeg

Calebeg hauen

Slygath

Lough Esk

Oboyls ca.

B. Wylly ca.

The Bay of Bale Wylly

Dungal hauen

Dungall ab.

Dungall flu.

Magrory tir

Tyrew

Moan

Asserew

B. Shenen

Enis Pyke

Trowys flu. olim Rauius

Moandus flu.

Esk flu.

Bernes more

Nal moyan

a Leape

Purgatorius Sancti Patricij et Reglas templum

L. Derg

Derget flu.

S. Patriey montes

Aghenorker

Eghowly

Magmor

Formanogh

Dertre

C. Skie

Earket

Ohoſy ens

Lough Erne

Frere

Manus

Meckelens

Durſhe

Knefcobyn

Roſcome

Innekelly

Dertre

Formanogh

Peter bart

Monagham

Clonard

L. Karne

Newry

Kylbrayne

Newry Greater

Tamlot

Mokry

Louth

Dundalk

Dundalk hauen

Blachator knok

Corbeby

Dunſeughbra

Dunemaine

L. Eages

Carlyngford hauen

Kelkole

Grene caſtel

Point Knawbyl

Leiſton

Madary point

Dunsdrome bay

Dundrome

Donedrome

Tully

Phoh beg

Dolkney

Sutton

New caſtel

North grounds

Dalkey

Old Court

Dublyn hauen

S. Bennets yland

Hothe head

Irlands eye

Lambay

Portorhame

Ruthe

Balatrd

Narow flu.

Bullyan

Old town

Bewlyntown

Terfolyn.

Poynt Clogher

Poynt Donenay

Warren flu.

Carlyngford hauen

Blachator knok

Corbeby

Dundalk hauen

Dundalk

Dunemaine

L. Eages

Dunſeughbra

Carlingford

Greene caſtel

Point Knawbyl

Kelkole

# HIBERNIAE II
## TABVLA.

ſolem *Kilulto*, *Kilwarney*, & *Diffrin* Sylvæ impeditiores uſquead Sinum illum pertingunt, qui anguſto meatu admiſſus ita ſe inſinuat & varijs receſſibus Terram excavat, ut duas faciat Cherſoneſos, *Lecale* ad Meridiem, & *Arde* ad Aquilonem. *Lecale* totius Hiberniæ longiſſime in Ortum prominet, extremumque ejus promontorium, quod nunc Nautis *S. Iohns Foreland*, Ptolemæo *Iſanium* vocatur, forſitan a Britannico *Iſa*, quod infimum ſonat. In ipſius Iſthmo *Dunum* floruit, cujus meminit etiam, ſed non ſuo loco Ptolemæus, nunc *Down*, vetuſtæ ſane memoriæ opidum, ſedes Epiſcopalis & Patricij, Brigidæ, Columbœque ſepultura inſigne, quorum Monumenta Leonardum Greium Pro regem demolitum fuiſſe fama obtinet. *Arde* regione jacet tenui alveo diviſa, quam Savagi Anglica familia jam degener olim occupavit, in quam Thomas Smith Eques Auratus, & Reginę a ſecretis præclaro auſu, ſed infeſto fato Coloniam non ita pridem duxit: Filium enim naturalem, quem prę fecerat ex inſidijs interceptum canibus objecerunt Hibernici, cujus immanitatis pœnas perditiſſimi illi rebelles poſtea graviſſimas perſolverunt, interfecti, & lupis in prędam dati. Sunt & alij Lacus, de quibus in generali deſcriptione mētio a nobis facta eſt. Inter fluvios primum *Vinderius* flu. occurit, qui nunc *The Bay of Knocfergus*, ab impoſito opido munito & portu tuto, quem Angli *Knocfergus*: Hibernici *Careg fergus* vocant, id eſt *Fergusij* ſcopulus, quod nomen a Ferguſio ibi ſubmerſo invenit. Deinde *Banna* eximiæ, ut inquit Giraldus, pulchritudinis fluvius, quod nomen teſtatur, ex lacu *Eaugh* ſe in Oceanum duplici oſtio tranſfundit, Salmonibus totius Europæ longe fœcundiſſimus, eo quod ut nonnulli exiſtimāt, ſit omnium fluviorum limpidiſſimus, cujuſmodi aquis Salmones unice delectantur. Eſt & *Logia* flu. cujus meminit Ptolemæus, qui nunc *Lough Foile* paullo ſuperius ſpatioſo oſtio in Mare prorumpit; & alij. Terra inſuper immanibus ſylvis umbroſa.

*Flumina*

*Sylvæ.*

Darni ultra Voluntios conſederunt, ubi nunc *Claneboy*, *Rowte*, *Klynnes*, *Krine*, omnemque tractum maritimum uſque ad *Loghfoile* tenuerunt. *Claneboy* lingua Hibernica *Gens flava*. O-Nealorum fuit poſſeſſio, & nequiſſimi illius rebellis Ioannis O Neali fato nota, qui inter pocula hic a Scoto-Hibernis ex Hebridibus fuit interfectus: poſt cujus obitum hunc agrum Gualtero *D'eureux* Eſſexiæ Comiti conceſſit Regina Elizabetha *Rowte* ſedes erat *Mac-Guillinorum* non obſcure in hac ora familiæ. *Glynnes* id eſt, *Convallis*, ad Barones Biſſettos quondam ſpectavit, qui cum Patricium Atholiæ Comitem ob privatas ſimultates ſuſtuliſſent ex Scotia huc exulatum venerunt, ac ſuæ gentis familiam illuſtrem reliquerunt. Supra has *Glynnes*, ex adverſo Inſulæ quam Ptolemæus *Ricnean*, Angli *Raclynes* vocant, *Krine* ſita eſt *O Cahani* regiuncula quam Banna interluit, & *Logia* nunc *Lough foile*. Ad quod flumen non obſcura ſuperſunt nominis Darniorum veſtigia in lacu *Der*, de quo Nechamus:

*Lough* Der *aquis dives lacus eſt, Vltoniā novit*
*Commodus indigenis utilitate placet.*

Nec non in caſtro *Derry*, ubi anno cIↃ IↃ Ixvi Eduardus Randolphus veteranæ militiæ nomine clarus vitam patriæ ſumma cum gloria profudit, & ita O-Nealum omnibus tunc ad ultimum copijs in Anglos connixum fudit, ut jam inde vires nunquam recolligeret. *Robogdij* ſupra Logiam locari omne Septemtrionale illud Hiberniæ littus tenuerunt, ubi *O Dongherti*, obſcurioris notæ Regulus multum valet. Inter hos *Rabogh* viculus Epiſcopalis antiqui Robogdiorum nominis expreſſa retinet veſtigia, ſed quodnam ſit *Robugdium* promontorium niſi ſit *Faire Foreland*, plane ſe neſcire inquit Camdenus. Ab hoc ſcopuloſo tractu extrema reflectuntur littora per *Swilly* Lacus oſtium, qui Ptolemæo *Argita* dici videtur. Vlterius magis ad Occaſum *Vennicnij* egerunt in *Tirconell*, ubi *Mac Rwyny Fayd*, *Mac Swyny Netoeth* & *Mac Swyny Bannigh* plurimū poſſident. *Viduam* flumen *quod* nunc *Chrodagh* & *Vennicnium* Promontoriū quod nunc *Rames head*, & *Boreum* Promontorium, quod nunc *S. Helens head* inter hos ſtatuit Ptolemæus A Boreo Promontorio unde retrahuntur in meridiem littora, ubi nunc *O Donel O Buil*, & *Mac Guir* magni nominis Reguli habitant, conſederunt olim *Erdini*. Hic eſt *Erno* lacus, de quo in generali deſcriptione diximus, & alter xv ab hoc milliaribus ad Arctum diſtans, in quo Inſula eminet, & in ea ad monaſteriolum ſpecus obverſantium neſcio quorum ſpectrorum terrore, & horrendis viſis decantatus, quem aliqui Vlyſſem effodiſſe ridicule ſomniant, cum inferos affaretur. Incolis hodie *Ellanu' frugadory*; id eſt Inſula Purgatorij, & Patricij Purgatorium nominatur. Patricium enim Hibernorum Apoſtolum a Deo ardentiſſimis precibus impetraſſe creduli affirmant, ut pœnæ & cruciatus qui impios poſt hanc vitam manent, ob oculos hic proponerentur, ut inſita ſuis Hibernis peccata, & gentilium errores facilius extirparet. Cæterum cum *Regis* hic locus in Patricij vita nominetur, *Regiam* alteram fuiſſe quam Ptolemæus memorat, exiſtimat Camdenus, cui ſuffragatur apud Geographum Situs. Præter hoc Patricij, etiam aliud in hac Inſula Brendani Purgatorium fuit, ſed cum non invenerim locum, inquit Camdenus, accipe quod ſolum inveni. Nechami de illo Tatraſtichon,

*Aſſerit eſſe locum ſolennis fama dicatum*
*Brendano, quo Lux lucida ſæpe micat,*
*Purgandas animas datur hic tranſire per ignes;*
*Vt dignæ facie Iudicis eſſe queant.*

Hi ſunt antiqui Vltoniæ incolæ, quibus tandem permixti Scoti, hinc Scotorum nomen in Borealem Britanniæ plagam tranſvexerunt. *Sex enim* (ut author eſt Giraldus) *Muredi Regis Vltoniæ Filij, Boreales Brittanniæ partes circa annum ſalutis* cccc *occuparunt, unde Scotia ſpecificato vocabulo appellata.* Archicpiſcopus unus in Vltonia, qui ſedem ſuam habet Armachiæ, & Primas totius Hiberniæ dicitur. Hos habet ſuffraganeos Epiſcopos, *Maeth*, & *Deren*, *Ardach* forte, *Arde*: *Kilmore*, *Cloegher*: *Doune*, *Coner*: *Kloncknos*, *Raboo*, forte *Rapo*, *Dromoore*, Regio hæc ut ſine ſubactione inhorreſcit, ita Incolarum ingenia ſine humaniori cultura maxime efferantur.

# HIBERNIAE
## III TABVLA
### IN QVA MOMONIA ET LAGENIÆ RELIQVA.

# CONNACIA.

CONNACIA ſecunda Hiberniæ pars, alijs *Connachtia*, Anglis *Connach*, & Hibernis *Connachty* dicitur. Ad Occaſum vergit, Seno flvmine *Banna*, & Oceano incluſa. Hanc antiquitus Ptolemæi ætate *Auteri* & *Nagnatæ* totam inſederunt. Tam arcta vero cognatio inter *Nagnatas* & *Connaghty* intercedere videtur, ut vel *Connaghty* inde enatum, vel hoc nomen *Nagnata* a *Connaghty* detortum exiſtimare liceat. Niſi quis a *Nagnatæ* Portu cujus meminit Ptolemæus *Connaghty* factum ſuſpicetur, & inde regioni nomen impoſitum. Portus enim *Cuon* patria lingua dicitur, cui ſi addas, *Nagnatæ*, a *Connaghty* non multum abludet. Cæterum Regio ut alicubi læta, & ferax, ita ſub uvidis quibuſdam locis, herbidis tamen, quos a mollitie *Boghes* appellitant, ut reliqua, paſſim inſula, periculoſa, & Sylvis opacioribus & crebrioribus condenſa. Ora autem maritima multis Sinibus, & navigabilibus alveis pervia Accolas ad navigationes quodammodo invitat, & provocat, ſed innatæ deſidiæ dulcedo ita detinet, ut oſtiatim malint victum quærere, quam honeſtis laboribus paupertatem repellere. In Hibernicis proditum eſt hiſtorijs *Turlogum O-mor O-conor* huic regioni cum imperio olim præfuiſſe, totamque inter duos Filios, Cahelum, & Brienum diviſiſſe. Advenientibus vero in Hiberniam Anglis Rothericus præfuit, qui Hiberniæ Monarcham ſe dixit, ſed ille mole Anglici belli imminentis territus ſe in Henrici ſecundi fidem, non tentata Martis alea, contulit. Cum autem ſtatim a fide deficeret, Milo Coganus primus Anglorum Connachtiam, ſed irrito incœpto, agreſſus eſt. Poſtea Guilielmus filius Aldelmi, cujus poſteri de Burgo, & *Bourki* Hibernice vocantur, Gilbertus de *Clare* Comes Gloceſtrienſis, & Guilielmus de Berminghan primi Anglorum hanc regionem perdomuerunt, & ad humanitatem imbuerunt, *Bourkus* vero ſive de Burgo, & ejus poſteri totius Connachtiæ Domini appellati, hanc Provinciam cum Vltonia diu ſumma tranquillitate adminiſtrarunt, & opimos reditus collegerunt, donec unica Richardi de *Burgo* filia Connachtiæ. & Vltoniæ ex aſſe hæres elocata fuerat Leonello Clarentiæ Duci Regis Edwardi tertij Filio. Cum autem ille in Anglia ut plurimum hæreret, & qui illi ſucceſſerunt Mortuomarij, patrimonium in Hibernia negligenrius haberent, *Bourki* affines, quos illi ſuis terris præfecerant, Dominorum abſentia, & turbulentis in Anglia tempo- ti ous freti, contempta legum authoritate, inita cum Hibernicis ſocietate, & contractis nuptijs, univerſam Connachti im ſibi occuparunt, & paullatim degenerantes, Anglico cultu depoſito, Hibernicos mores induerunt. Hodie inſex Comitatus diſtribuitur, *Clariæ*, *Letrimme*, *Galweiæ*, *Reſecomin*, *Majo*, *Sligo*. Sunt etiam in hac Baro *de Atterith*, Baro *de Clare*, & alij. Eſt hic *Galveia*, Opidum ab exteris negotiatoribus valde frequentatum, & opulentis mercatoribus ſuumque negotium bene gerentibus cumulatum. Ferunt Mercatorem tranſmarinum qui habuit cum his opidanis commercium, olim percunctatum ex Hiberno quodam, in qua Galveiæ parte Hibernia conſiſteret? Opidum pro regione, contraque inſulam pro municipio accepit,. Galveiæ annumerantur *Anneria*, *Claria*, *Sligaia*, *Arctlonia*, & *Alonia*, Opidum non contemnendum.

*Regio. Nomina.*

*Soli fertilitas.*

*Imperium Majorum*

*Vrbium nomina.*

*Auteri* autem quos dixi, Auſtraliorem hujus Connaciæ Partem olim occuparunt, ubi nunc *Twomondia* ſive *Claria*, *Clan Richardi* regio, & Baronia de *Atterith*, quæ Auterorum nomen in ſe planiſſime prodit. *Twomond*, Giraldo *Thuetmonia* (quæ quamvis ultra Senum jaceat Momoniæ adjudicatur) grandiori promontorio in mare proijcitur, ſede Archiepiſcopali, quam *Toam* dicunt, & ſuis Comitibus celebris, *Obrenis* ſcilicet, qui e veteribus Connaciæ regulis oriundi, ab Henrico VII Twomondiæ Comitum titulo ſunt honorati. Hæc regio vel maxima ejus pars Anglis *Clariæ* Comitatus appellatur a Thoma *Clare* juniori Filio Gilberti primi Comitis Gloceſtræ, cui hanc regionem Rex Edwardus primus conceſſit, *Clan-Richard*, id eſt *Terra filiorum Richardi* his eſt contermina, nomen Hibernico more a Richardo quodam ſumpſit ex Anglica familia, *de Burgo* ſive *Burgenſis* dicta, quæ poſtea maximi nominis, & potentiæ in hoc tractu fuit, & e qua Richardum de Burgo Henricus VIII Comitem *Clan-Richard* creavit. *Atterith* vulgo *Athenri* bellicoſum Baronem ſuum Ioannem de *Bermingham* Anglum in ſuam laudem rapit, ex qua familia Comites de *Louth* ſunt prognati, ſed Berminghami hi Atterithienſes quaſi degeneres in Hibernicam jam barbariem prolapſi ſe Anglos vix agnoſcunt. Inter hos *Auteros Auſobæ* fl. oſtium a Geographo ſtatuitur nunc *The bay of Galway* dici videtur. *Galway* enim Hibernice *Gallive*, in ejus receſſu cernitur elegans ſane & turritum opidum, quod fluminis beneficio diverſas opes Terræ Mariſque facili permiſcet commercio. *Ravium* item Fluvium in Connacia ſtatuit Geographus, ſed inverſis pro Banium literis, quo etiamnum nomine innoteſcit, *Banny* enim accolis nominatur, qui ex *Erno* Lacu emiſſus Connachtiæ & Vltoniæ limes dignoſcitur.

Ad incolas redeo. Connaciæ reliquum ad Boream occuparunt olim *Nagnatæ* uſque ad Bannum fluvium qui Vltoniam & Connaciam interdividit, ubi *O Conor*, *O Roerck*, & *Mac Diarmod* ſylveſtres Hibernici rerum quodammodo potiuntur. Littus vero ab Auſoba dorſum agit per Inſulas *Arran*, *Iniſceath* Colmanni Monaſterio olim notam, & *Inis Bovind*, quam Beda ex Scotico ſermone *Vitulæ albæ Inſulam* interpretatur. Retrahitur inde littus ad *Libnij* fluvij oſtium, quem exulantem ad ſuam *Dubliniam* reducit Camdenus, ſed locus quem deſignat Ptolemæus, nunc *The bay of Slegah* vocatur. *Nagnatam* urbem hic ponit Ptolemæus, ſed quęnam illa ſit, ervere non eſt mei ingenij, inquit Camdenus. Archiepiſcopus hic unus qui *Twenij* vulgo *Toam* reſidet, & Momoniæ adjudicatur, ſub quo hi ſunt Epiſcopi Suffraganei: *Kilmako*, *Olfine*, *Biſhohs Helphen*, forte: *Avaghdoune*, *Clonfert*, *Moroo*.


Miliaria Irlandica Communia.
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio
Sinnei fluminis aliquot Insulæ
2. Wenyns
3. More
4. Grenogh
5. Ray
6. Knyght yland
7. Gotes
8. Hoores
9. Neaph
10. Verfd
11. Dogh
12. Ryghan
13. Veak
14. Foyne
15. Lils
16. Conalead
17. Stragon
18. Round iland
19. Traaked
20. Grene
21. Clenemynogh
Mor Weridh Britannicè Canalis St. Georgij Anglis.
Iuxta Kilkenny
2. Colon
3. Roghel
4. M. Kelles
5. Domefert
6. Wemale
7. Brydge
8. Upperclaragh
IRLANDIAE REGNVM.
VERGINIVS
OCEANVS
Insulæ & portus aliquot in Balatymorbaye
2. Spink
3. Bakkense
4. Blakrock
5. Comus
6. Foddo
7. Bernes
8. Corton
9. Ryshe hauen
10. Hard hauen
11. Shollegh hauen
The bay of Galway
Bantre bay
Balatymor baye
Dyngle bay
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
North grounds
Middel grounds
South grounds

# MEDIA.

*Regio Nomina Vnde ducta*

MEDIA tertia Hiberniæ Portio, quam patrio vocabulo *Mijh* dicunt, Angli *Methe*, Giraldus *Midiam* & *Mediam*, forsitan quod sit in ipso Insulæ medio. Vmbilicum enim Hiberniæ *Killair*, in hac parte castrum, quod videtur esse Ptolemæi *Laberus*, perhibent, ipsumque nomen non aliud innuit: *Lair* enim lingua Hibernica medium significat.

Richardus vero Stanihurstius de Mediæ Etymo hæc habet: Anno 2535. quinque Germani Fratres Insulam occupantes, statuerunt eam in quatuor provincias æqua portione distribuere, ut singuli Fratres in singulis provincijs perpetuum imperium firmarent. Quod statis concinne factum fuit. At vero ne ætate minorem, cui Slanio nomen erat prorsus indotatum relinquerent, una voce consentiebant, aliquas e quatuor partibus glebas decerpere, ijsdemque Slanium munerare. Ille quidem munus hoc prompta animi voluntate accepit:

*Situs. Soli fertilitas. Imperium Majorum.*

exinde Mediæ appellationem emanasse, probabile nonnullis, & pene verum videtur·Hæc ab Hibernico Mari ad Sineum usque flumen protensa jacet, quod flumen ipsam a Connacia disterminat. Aërem habet salubrem aspectumque delectabilem. Fertilis est Frumento, Pascuis & Armentis, affluens Carnibus, Butyro, Caseo, Lacte, & similibus: ac propter populi multitudinem, Castrorum & Opidorum fortitudinem & pacem inde natam vulgo *Camera Hiberniæ* audit. Scribunt Hibernici regionem hanc suos quondam habuisse Reges, Slaniumque Hiberniæ Monarcham postea regali mensæ appropriasse. Cum autem Angli pedem in Hibernia fixissent: Hugo Lacejus maximam ejus partem subjugavit, illique in Feudum concessit Rex Henricus secundus, *Dominumque de Media* dixit. qui ab Hibernico dum *Derwarthæ* castrum conderet ex improviso capite truncatus; ille duos filios suscepit Hugonem Comitem Vltoniæ, & Walterũ Dominum de Trim, qui Guilbertum superstite patre defunctum genuit. Per Gilberti autem filias Margaretam & Matildem, altera pars per *Ienuillos* ex familia Lotharingica, & *Mortuomarios* in dominium Regium; Petrus enim de *Ienevill* ex illa Matilde natus Ioannam Rogero de *Mortuomari* Comiti *Marchiæ* enuptam genuit: altera per *Verdonos* ad varias in Anglia familias est devoluta. Patrum memoria in duas partes publico ordinum conventu divisa fuit hæc regio, in Mediam scilicet Orientalem, & Occidentalem. Orientalem *Boandus* flu. qui Ptolemæo *Buvinda* primum interfluit & postea cum *Droghda* elegans & frequens Opidum a ponte sic dictum alluerit, hanc partem ab Vltonia secludit. Occidẽtalis Media præter *Laberum* jam dictum, & *Deluin*, quœ olim Petrum *Meset*, nunc clarissimam Nogentorum ex Anglia familiam Baronis honore exornat, nihil memorandum habet. Gilbertus enm *Nogent* (ut habet Richardus Stanihurstius, qui de rebus Hibernicis diserte scripsit) vir census equestris ob operam bello Hibernico egregie navatam Delviniæ & Fouriæ colonijs ab Hugone Lacejo Mediæ expugnatore donatus erat, e cujus stirpe Delviniæ Barones enati sunt. Hibernicas gentes *O Malaghlem. Mac Coglan, O Madden, Ma-*

*Opidorum nomina. Lacus. Flumina.*

*goghigan*, quorum vel nomina barbarum quiddam strepunt, libenter alijs relinquimus. In Media autem opida numerantur *Pontana*; que vulgariter *Droghdaia* nominatur, Opidum lautissimum, portum habens navium stationi perappositum. Sunt tamen qui mediam hujus Opidi partem, nimirum trans flumen in Vltonia ponant. Insunt item in Media *Molingaria Fouria. Delvinia, Trimmia, Kellesia, Navania, Aboia, Dulekia* & *Scrinia*. Sunt & in hac provincia prope Foneram tres Lacus ab invicem non remoti, quorum quilibet piscium suum genus continet: ad quem numquam alij Pisces accedunt, licet tamen fluminis interlabentis beneficio vias commeabiles habeant: quinimo si Piscis unius ad lacum alterius deferatur, aut moritur aut ad priorem redit. Fluvij hic sunt *Boandus*, de quo supra, qui a velocitate nominatus videtur: *Boan* enim enim tam Hibernice quam Brittannice velocem denotat, Nechamusque de hoc cecinit.

*Ecce Boand qui Trim celer influit istius undas*
*Subdere se falsis Drogheda cernit aquis*

*Trim* vero illud Opidum est melioris notæ, & antiqua quasi Baronia Lacejorum. Est & Sineus fl. quem inter Mediam & Connaciam interlabi diximus, hic Ptolemæo *Senus*, Orosio *Sena*, & nonnullis exemplaribus *Sacana*, accolis vero *Schannin* dicitur id est ut, aliqui interpretantur, *Flumen antiquum*. E *Therne* Montibus in Vltonia effunditur, cõtinuoque secans in Meridem agros, modo se in stagna refundit, modoque in angustias se resorbet, cumque unum & alterum Lacum diffuderit, intra margines se colligens *Macolicum*, nunc, (ut Mercator noster observavit) *Malc* cujus meminit Ptolemæus invisit, statimque ab altero spacioso Lacu excipitur (*Lough Regith* appellant) cujus nomen, & situs *Regiam* urbem quam Ptolemæus eo loci statuit, non procul abfuisse quodam modo subinnuit. Vbi vero Lacum hunc prætervectus angustiori alveo intra ripas se colligit, *Athlon* Opidum illi insidet, sub quo flumen ponte e vivo saxo pulcherrimo magno seditiosorum terrori Dominus *Henricus Sidnæus* laudatissimus Hiberniæ Prorex non ita pridem conjunxit. Inde Vero Senus maximarum navium capax diducto alveo Limiricum urbem, Hibernicis *Loumneagh*, Anglis *Limerike* amplectitur. Hinc per sexaginta plus minus milliaria Senus rectus, grandisque in Occasum properat, demumque in Occeanum Occidentalem vasto Ostio ad *Knoc Patric*, id est *Patricij collis*, evolvitur. Sic enim Nechamus locum illum vocat in his de Seno versiculis.

*Fluminibus màgnis lætatur Hibernia, Sineus*
*Inter Connatiam, Momoniamque fluit.*
*Transit per muros Limirici, Knoc Patric illum*
*Oceani clausum sub ditione videt.*

# HIBERNIAE IIII TABVLA:

Quæ Orientalem partem continet, & ſequentia territoria inſpectori offert:

*Glandeboy, Tirone, Arde, Lecale, Euaugh, Arthule, Newvry, Morne Fuſe, Vriel & alia plura, Civitates quoque Armack & Dowvne.*

## LAGENIA.

IN noſtri authoris Partitione Mediam ſequitur *Lagenia* quarta Hiberniæ pars, Incolis *Leighnig* Britannis *Leyn*, Anglis *Leynſter*, Scriptoribus Latinis *Lagenia* in antiquis Sancto- rum vitis *Lagen*. Tota maritima ad ortum Hiberniæ jacet, a Momonia *Neoro* fluvio quem multis tamen in locis traſcendit: a Connacia aliquamdiu *Sineo*, a Media ſuis limitibus terminata. Ptolemæi ætate ſedes erat *Brigantibus*, *Coriondis*, *Menapijs*, *Caucis* & *Blanis*, & ab his *Blanis* fortaſſe diducta & contracta illa recentiora nomina *Lein*, *Leinigh*, & *Leinſter*. Fertilis & frugifera eſt Terra, mitiſſimo Cœlo, nec inclementibus Incolarum Ingenijs. Diſtinguitur nunc in Comitatum *Wexford*, *Caterlogh*, *Kilkenny*, *Dublinenſem*, *Kildarienſem*, *Comitatum Regis*, *Comitatum Reginæ*, *Longfford*, *quibus Fernes* & *Wicklo* nunc annumerantur. Hoſce Comitatus jam ex ordine luſtrabimus, cum Camdeno, ſecundum populos quos hanc Hiberniæ partem habitaſſe ſcribit Coſmographus. *Brigantes* ſederunt inter Suiri oſtium, confluenteſque *Neori & Barrow*, qui *Birgus* Ptolemæo dicitur, ſub urbe *Waterfordia*. Qui a vero Brigantium urbs fuerit antiqua in Hiſpania, *Brigantia* dicta, omnem movet lapidem *Florianus del Campo*, ut hos Brigantes ex ſua deducat Hiſpania. Si vero hujuſmodi conjecturæ ſit locus, æque probabiliter a Brigantibus in Britannia, quæ gens vicina, & numeroſiſſima, deducerentur. Sin autem verum ſit, quod quædam exemplaria habent hos Birgantes dictos fuiſſe, a *Birgo* flumine quod circumcolunt, nominatos fuiſſe ipſum nomen fere perſuadeat. Inter *Neorum & Birgum* habitarunt *Coriondi*, ubi nunc *Carleo*, ſive *Caterlogh* Comitatus, & agri Kilkennienſis pars non minima, atque etiam ulterius ubi *Oſſiria* Superior, & *Ormondia*, quæ Hibernicis *Vrrown*, Anglis *Ormond*, & vulgo corruptiſſime *Wormewood*. Harum neutraquicquam præter ſuos Dominos memorandum habet. *Oſſiria* Superior enim ſuum Baronem Barnabam *Fitz patric*, ab Edwardo Sexto eo honore auctum habet. Ormondia autem ex clariſſima Butlerorum familia, duodecim Comites numerat a Iacobo Primo, quem Edwardus III eo honoris evexit, cujus Majores jam olim honorarij erant Hiberniæ Pincernæ, unde illis hoc nomen *Butler* impoſitum. Quod vero nonnulli Hibernici, & qui fide digni videri volunt, homines quoſdam in hoc tractu quotannis in lupos converti affirmant, fabuloſum ſane exiſtimo, niſi forte illa exuberantis atræ bilis malitia, quæ Lycanthropia Medicis dicitur, corripiantur, quæ ejuſmodi phantaſmata ciet, ut ſeſe in Lupos tranſformatos imaginentur. Nec ego aliud de Lycaonibus illis in Livonia tranſmutatis opinari auſim. Sub oſtio Suiri *Menapij* tenuerunt promontorium ad Lybonotum, ubi nunc Comitatus Weſtfordiæ Hibernice *County Reogh*. A Menapijs maritima inter Belgas gente, hos Menapios adveniſſe, nomen quodammodo innuit. Verum an ex his, vel illis Carauſius ille fuerit, qui aſſumpta purpura Britanniam contra Diocleſianum occupavit, dixerint alij. Illum enim Menapiæ civem vocat Aurelius Victor, & *Menapia* urbs non in Belgica, ſed in Hibernia a Geographis ſtatuitur. Hoc ipſum promontorium *Heiron*, i *Sacrum* vocat Ptolemæus, & eadem ſignificatione ab Incolis etiam vocatum fuiſſe nō dubitarim. Hujus enim extremum Opidum ad quod Angli primam exſcenſionem in hanc inſulam fecerunt, *Banna*, quod ſacrum ſonat, lingua patria vocarunt, Ab hoc Sacro promontorio littus in Ortum obverſum ac Septemtionem longo tractu procurrit, cui vadoſa objacent in mari loca navigantibus inſidioſa, quæ nautæ *The grownds* vocant *Cauci*, qui item gens erat maritima Germaniæ proxime Menapios habitarunt, non eo intervallo quo in Germania diffiti. Horum fuit maritima illa regio, quam *O More* & *O Brin* Hibernicæ familiæ incoIunt, una cum Comitatu Kildarienſi. Kildarienſis Comitatus ager eſt lætiſſimus, de cujus paſcuis Giraldus illos Virgilij verſus uſurpat:

*Regio. Nomina.*

*Et quantum longis carpunt armenta diebus*
*Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.*

Gigantum vero choream quam hoc in agro ſtatuit Giraldus, fabuloſæ antiquitatis admiratoribus libenter relinquo, Non enim ego fabellis indulgere decreui. Vltra Caucos egerunt *Eblani*, ubi nunc ager Dublinenſis, & *Meth*, altera e quinque Hiberniæ portionibus. Comitatus vero Dvblinenſis ad mare eſt gleba fertili, paſcuis lætis, ſylvis autem ita nuda, ut ceſpite bituminoſo, vel foſſili ex Anglia carbone plerumque utatur. Incolis autem & Opidis refertiſſimus. Vbi *Lifnius* flu. in mari ſe condit *Houth* mari fere circumfunditur a qua S. Laurentinorum familia Barones de *Houth* nominantur. Interius Dublinenſibus adjacet ad Aquilonem *Fingall*, cultiſſima regiuncula, & quaſi hujus Regni horreum. Tantam Frumenti vim quotannis ſuppeditat. Certatque hic quodammodo Tellus cum agricolarum laboribus, quæ alibi per hanc inſulam neglecta & inculta de ignara Incolarum deſidia graviſſime conqueri videtur. His expoſitis ad Vrbes & Opida tranſitum faciamus, Hic primum occurrit *Kilkenny* Neoro appoſita id eſt. *Cella*, ſive *Fanum Cani*, qui antiquitus ob vitæ ſolitariæ ſanctitatem hoc tractu maxime inclaruit. Municipium Eſt nitidum, elegans, copioſum & inter Mediterranea hujus inſulæ facile primum. Dividitur Opidum in Hibernicum, & Anglicum; Hibernicum quaſi ſuburbium eſt, & templum illud Canici habet quod & nomen dedit, & Epiſcopo ſedem præbet. Anglicum vero Opidum multo eſt recentius a Ranulpho tertio Ceſtriæ Comite conſtructum, moenibuſque ab Occaſu, a Rob. Talbotto viro nobili, & caſtro a Butleris, ut exiſtimant, firmatum. Inferius ad eumdem Norum ſedet Opidulum munitum Anglice *Thomas towne*, Hibernice *Bala mac Andan*, i. Opidum filij Antonij, utrumque nomen ab extructore Thoma Fitz-Antonio Anglo inditum eſt, cujus hæredes etiamnum hujus Domini agnoſcuntur, Eſt etiam hoc tractu antiqua illa urbs *Rheba*, a Ptolemæo memorata, quæ nomine etiamnum ſarto tecto *Rheban* dicitur; ſed pro urbe eſt plane πόλις ἄπολις ut inquit ille, pauculæ ſcilicet caſulæ cum propugnaculo: Nobilem tamen virum N. de S *Michaele* Baroneti titulo exornat, qui vulgo *The Baronet of Rheban*

*Vrbium nomina.*

Septen. trio

Occidens Orientis

MARE HIBERNICUM

ULTONIAE ORIENTALIS. PARS

Lough Erne

Lacus Eagh

Lough Neagh

The Grange

The Bowhil

The Blak valwe

Dertre

Lough thie EAST BREANNY

The Valley of Mologasshe

ARTHVLE

GLAN DE BOY

Karegfergus Com:

Hiles Co:

Dundalk bay

The Baye of Karegfergus

Loca aliquot sub Dondrome

Dondrome als Holy baye

Kinnala

Tirone

Louth Co:

Cenel Owen

Cenel Eogan

Cenel Conell

Cenel Arthur

Cenel Feradagh

Cenel Farrell

Cenel Mahon

Cenel Mac Carthy

Cenel Mac Gilmore

Cenel Mac Donell

Cenel Mac Gilmore

Cenel Mac Donell

Cenel Mac Carthy

*Rheban* appellatur. Eſt & *Lechlinia*, Hibernice *Leighlyn*, Regium Opidum a Bellinghamio illo nobiliſſimo Prorege, patrum memoria caſtro munitũ. Floruit & *Roſſe* urbs ampla mercimonijs & habitatoribus frequens, ab Iſabella Comitis Richardi *Strongbow* Filia mœnibus magno ambitu armata, que ſolummodo nunc oſtendit. Diſcordia enim inter cives & religioſos flagrante, jam pridem fere in nihilum recidit. Hic etiam *Menapiam* urbem ſtatuit Ptolomæus, ad oſtium Modonæ flu. quæ ita ſuis nominibus exciderunt, ut aliquid lucis in tantis tenebris elicere, plane diffidat Camdemus. Verumenimvero cum unum ſolummodo flumen hoc loco ſe effundat, quod nunc *Slane* dicitur, & ad ejus oſtium ubi ſtagnat urbs ſit Germanico nomine *Weyſford*, totius Comitatus caput; *Slane Modonam*, quæ *Flemingos* olim Barones habuit & *Weysford Menapiam* fuiſſe, confidentius inquit idem, conjectarim, eoque magis quod hoc nomen ſit recentius & ab illis Germanis impoſitũ, qui *Ouſtmanni* Hibernis appellantur. Cæterum non primæ magnitudinis urbs eſt, ſed cum primis memoranda, quod primum totius Hiberniæ in Anglorum fidem, Stephanide Duce fortiſſimo oppugnante ſe contulerit, Anglorumque facta fuerit colonia: unde totus hic arger Anglis eſt refertiſſimus, qui Anglorum antiquo veſtitu, & idiomate etiamnum utuntur, ita tamen ut Anglohibernice plane loquantur. Dermicius, qui Anglos in Hiberniam vocavit, hanc urbem & viciniam Stephanidi in perpetuum conceſſit: ſed cum ille jus ſuum Regi Henrico Secundo in manus tradidiſſet, in Strangbowum Comitem ille tranſtulit, ut clientelari jure a ſe & Regibus Angliæ teneret, unde per Comites Mareſcallos, *Valentios* e ſtirpe Luſigniana, & *Haſtingos* ad *Greios* Dominos de *Ruthin* deſcendit, qui paſſim in antiquis Chartis *Waisfordiæ Domini* nominabantur. Eſt præterea in Comitatu Kildarienſi *Kildaria* primum, & præcipiuum Opidum, cui honori, erat in prima Eccleſiæ Hiberniæ infantia, Brigida virgo ſanctitate, & virginitate venerabilis. Richardi Comitis Penprochiæ hæc fuit habitatio, poſtea Guilielmi Mareſcalli Comitis itidem Penbrochiæ ejus generi, per cujus Filiam quartam Sibillam ad Guillielmum de *Ferrarijs* Comitem Derbiæ, & per ejus itidem ex ea filiam Guilielmo Veſcy cujus Filius Guil. *Veſcy* Iuſticiarius Hiberniæ cum Regis Edwardi primi gratia excidiſſet ob ſimultates inter ipſum, & Iohannem Filium Thomæ Giraldi, Filioque legitimo orbatus eſſet, conceſſit Kildariam & alias in Hibernia Terras Regi, ut Filium ſpurium de *Kildare* cognominatum de alijs terris *feofaret*. Paulloque poſt Ioannes ille Fitz-Thomæ Giraldi, cujus Majores in expugnanda hac Inſula ſumma cum virtute deſudarunt, ab Edwardo ſecundo Rege Angliæ caſtro & villa *Kildariæ* donatus primus Kildariæ Comes eſt creatus, a quo jam recta ſerie duodecimus Comes eo lætatur honore. In agro Dublinenſi eſt non ſolum Lageniæ, ſed totius Hiberniæ primaria civitas, quam Ptolemæus *Eblanam* dixit, Angli *Develin*, Latini *Dublinium* & *Dubliniam*, Cambrobritanni *Dinas Dulin*, & Hibernici *Balacleigh*, id eſt *Opidum ſuper crates*, ſubjectis enim in paluſtri loco cratibus, conditam affirmant, uti Hiſpalis Hiſpaniæ, quam ſic nominatam tradit Iſidorus, quod in paluſtri ſolo ſuffixis pro fundo palis locaretur. Regia hæc hiberniæ Vrbs eſt, Emporium nobiliſſimũ & primæ Iuſtitiæ forum, mœnibus validum, ædificijs ſplendidum, civibus frequens, Caſtello ab Henrico *Loundre* Archiepiſcopo firmatum, & quindecim templis exornatum, e quibus nobiliſſima ſunt S. Patricij ædes a Roberto *Cumin* extructa, ſeu potius reſtaurata, quæ ſedes Archiepiſcopalis, & Chriſti, in qua Richardus *Strongbow* Penbrochiæ Comes, expugnator ille Hiberniæ ſplendido ſepulchro condĩtur. Immunitatibus etiam gaudet multis. Olim pro ſummo magiſtratu Prępoſitum habuit, ſed anno reparatæ ſalutis cIↃ cccc ix, ut Major, & duo Ballivi quotannis eligerentur, conceſſit Henricus quartus. Ballivos autem poſtea in Vicecomites Edwardus vi commutavit. Elizabetha vero Regina ad ingenia melioribus literis excolenda fauſtis auſpicijs Academiæ poſuit fundamenta. Nec quicquam hic deeſt, quod in florentiſſima urbe deſideres, niſi quod portui plurimum officit arenoſus cumulus reciproco maris meatu, in *Aven-lifnij* oſtium aggeſtus, ſic enim præfluentem flu. vocant, id eſt, *amnis Lifnius*. De vetuſtate vero Dubliniæ quod dicam, nihil certi occurrit, vetuſtiſſimam tamen eſſe Ptolemæi authoritas perſuadet, & eo ſane tempore, quo Ptolemæus floruit, ab Avellano conditam Cives produnt. Saxo Grammaticus Danicis bellis miſere convulſam fuiſſe tradit: poſtea in Eadgari Anglorum Regis poteſtatem devenit, quod Diploma datum confirmat. Deinde occuparunt Norwegi, unde in vita *Griffithi ap Cynan* Principis Walliæ legitur, Haraldum Norwegum, cum maximam Hiberniæ partem ſubjugaſſet, Dubliniam condidiſſe. Demum vero in primo Anglorum adventu eorum virtuti conceſſit, & ab illis fortiter defenſa eſt, cum Auſculphus Dublinenſium Princeps, & poſtea Gottredus Rex Inſularum eam acriter undique adorirentur. Iam inde vero deducta in hanc ex Anglis, prĕcipue ex Briſtolienſibus Colonia, multis trepidis rebus, & anguſtijs, præclare ſuæ fidei Anglorum Regi documenta dedit. Sed de his ſatis, ad Montes & flumina tranſeo. Infra Ormondiam *Bliew Blemy*, (Bladinæ montes vocat Giraldus, ſe leviter convexis jugis attollunt, equorum viſceribus, quãſi maternis *Suirus*, *Neorus* & *Birgus* æduntur, & diviſis alveis decurrentes, priuſquam Oceanum adeunt, concordibus ſe conſociant aquis, unde *Tres Sorores* ab antiquis dictæ. *Neorus* multa propugnacula & quædam ſtringit Opida. *Birgus* nunc *Barow*, e Bladina etiam Monte profluens, ſolitarius multis anfractibus delatus, *Rhebam* prætermeat, aliaque opida. Poſt *Neorus* & *Birgus* aquas commiſcent, & pauca miliaria uno alveo emenſi *Suiro* ſorori maximæ, & nomen & aquas offerunt ſuas, qui ſtatim in Oceanum ſcopuloſo oſtio immergitur, ubi a ſiniſtra anguſta ceruice excurrit promontoriolum, quod æditam turriculam navigantibus prætendit, a Roſſenſibus cum floruerunt, poſitam, quo tutius oſtia ſubirent. In hac parte *Modanum* flu. ſtatuit Ptolemæus, de quo ſupra & *Ovocam* in regione maritima, ad quem *Arcklo* caſtrum ſedet, qui fluvius, ut inquit Giraldus; *non minus influentibus, ſi numque replentibus quam elapſis omnino marinis aquis innata dulcedinis ſaporem retinens illibatum uſque in ipſum Mare impermixtas ſalſedine undas conſervat*. Eſt & *Lifnius* amnis qui Dubliniam præterlabitur, hic raro rapide fertur niſi poſt ingentem pluviæ vim, cæteroquin admodum ſedatus fluit, *Lifnius* hic procul dubio, a Ptolemæo memoratur: verum Librariorum incuria ſuo loco exulat. *Libnius* enim fluvius eadem plane Latitudine ad alteram Inſulæ partem, ubi minio redeat, & habeas, hoſce Nechami de iſto flumine verſiculos:

*Montes. Flumina*

*Viſere Caſtel-cnock non dedignatur Aven-liff,*
*Iſtum Dublini ſuſcipit unda Maris,*

Adjungam etiã quod idem Giraldus de *Wiclo* Portu *Ovocæ* proximo habet: quem *Winchiligello* appellat. *Eſt portus apud Winchiligello, eo latere Hiberniæ, quo proximius Wallias reſpicit, qui in generali Maris refluxu undas recipit influẽtes, in reverſione vero fluctuum, quas jam recepit, emittit ac amittit. Eſt & aliud ibi notabile, quia cum totum jam ſinum elapſis undis refluum mare deſerit, per omnẽ tamen anfractum continua ſalſedine fluvius influens amaricatur*. Archiepiſcopus unus in Lagenia, qui ſedem ſuam habet Dubliniæ, & Glandelachy, Glandeloyloug, & Primas Hiberniæ nominatur, ſequentes ſub ſe habens Suffraganeos Epiſcopos *Elphine*, *Biſhops Helphen* f, *Kildare*. i. *Fernes Oſſorie*, *Leighlyn*, alijs *Laghlyn*.

# HIBERNIAE
## V TABVLA

*Continens Vdrone Baroniam, partem Comitatus Reginæ, ac Dominij Fortonelij; In Vdronis medio iacet civitas Laglyn, alijs Leighlin, Epicopali ſede ornata.*

# MOMONIA.

SVccedit in noſtra Methodo *Momonia*, Hibernice *Mown*, Anglice *Munſter* quinta & poſtrema Hiberniæ Pars. Ea Vergivio Mari ad Auſtrum expoſita jacet, a Connacia Sineo, a Lagenia Neoro fluvio alicubi diſcreta: Bifariam quondam diviſa in Momoniam Occidentalem & Auſtralem. Occidentalem antiquitus habitarunt *Gangani*, *Luceni*, *Velabri* & *Vterini*, Auſtralem *Vdiæ* ſive *Vodiæ*. Nunc autem in ſeptem Comitatus diſtribuitur *Kerryenſem* ſcilicet, *Limiricenſem*, *Corcagienſem*, *Trippararienſem*, *Sanctæ Crucis*, & *Waterfordienſem*, quorum etiam in numerum *Deſmonia* jam accenſetur. Hoſce Comitatus ſecundum populos quibus a Coſmographo tribuuntur breviter cum Camdeno percurremus. *Gangani* primo loco ſupra poſiti ex nominis affinitate ijdem cum *Concanis* Hiſpaniæ fuiſſe videantur quos origine Scythas, ſanguinemque equinum potaſſe (quod non inſolens jampridem ſylveſtribus Hibernicis) teſtatur Silius: *Regio Nomina Situs.*

*Et qui Maſſagetem monſtrans feritate parentem,*
*Cornipedis fuſa ſatiaris Concane vena.*

Et præter eum Horatius.

*Et lætum equino ſanguine Concanum.*

*Kerry* (ut nunc vocatur) ad Sinei oſtium eorum ſedes erat. Regio avijs, & ſylveſtribus Montibus ædita, quibus crebræ interſunt valles cavæ nemoribus etiam condenſæ. Comitatus Palatini dignitatem, & jura Deſmoniæ Comites in hoc habuere, ſed hominum iniquitate, qui libertate uti & noluerunt, & neſcierunt, in malorum ſentinam, & ſeditioſorum perfugium jampridem converſa erat. Sylveſtrium Hibernicorum animos ridicula opinio pervaſit & etiam perſuaſit, illum qui in militari illo barritu, ſive clamore quo in congreſſu magna vocis contentione utuntur, reliquorum clamori non reſpondeat, ſubito a terra arripi, & quaſi volantem in has deſertas valles deferri, ex quacumque Hiberniæ regione, ibi gramine veſci, aquam lambere, nec male nec bene eſſe ſibi ſentire, rationis, non orationis uſum tenere, a venantibus demum miniſterio canum capi, & domos ſuas deduci. Hujus regionis mediam fluviolus nunc anonymus *Trailes* opidulum quodammmodo deſolatum (ubi Deſmoniæ Comites ædes habuerunt) præterfluens interſecat, quem *Dur* eſſe Ptolemæi, ſitus quodammodo innuit, & aſſeverarem, inquit Camdenus, ſi *Duris*, qui inter hujus occiduæ oræ Portus hodie cenſetur, ad hujus ſit oſtiũ, ut a nonnullis accepi. Non procul hinc *Smerwich* ſtatio (ſic contracte pro S. *Mary-wic*) cernitur, ad quam ante annos aliquot cum Giraldus Deſmoniæ Comes vir profunda in Principem, & patriam perfidia, ſcelerate aſſiduis agrorum vaſtationibus Momoniam attereret, appulſa eſt tumultuaria Italorum & Hiſpanorum manus a Gregorio P. P. & Hiſpano in ejus auxilium ſubmiſſa, qui loco hic ſtativis munito, quem *Fort del Ore* vocarunt, minis cœlum terrebant. Sed illuſtriſſimi & bellicoſi Baronis Domini *Arthurij Grei* Proregis adventus, & primus impetus rem decrevit. Protinus enim ſe dediderunt. & maximam partem è medio ſublati, quod rebus hujus regni ſic ferentibus, & ſeditioſis undique imminentibus, conſultiſſimum & tutiſſimum videbatur. Ipſeque Deſmonius tandem trepida fuga in vicinas ſylvas conjectus, jamdudum in tuguriolo ab uno & altero milite irruente primum ſauciatus, poſtea agnitus, capiteque truncatus perfidiæ, & vaſtatæ patriæ pœnas depẽdit. Ganganis ſubjecta eſt longe lateque ad Auſtrum *Deſmonia*, Hibernis *Daſſown*, Anglis *Deſmond*, quondam a tribus inſeſſa populis, *Lucenis* ſcilicet, *Velabris*, & *Ibernis*, qui *Vterini* in nonnullis exemplaribus concipiuntur. *Luceni* a Lucenſijs Hiſpaniæ qui oppoſitam oram tenuerunt, & nomen & originem traxiſſe videantur. *Velabri* ab *Aber*. id eſt *Aeſtuarijs*, ſic ſunt nominati, quod ad æſtuaria ſederunt, unde etiam Artabris, & Cantabris, facta appellatio. Hos ſtatuit Oroſius ad *Notium Promontorium*, hodie *Biar head* nautis, quod Hiſpaniam ſpatioſo intervallo procul ſpectat. Sub Notio hoc promontorio, *Iernus* fluvius ab Oceano ebibitur, ad quem *Dunck-eran* ſedes Epiſcopalis cernitur *Dunck-eran* hæc quæ Hiberno-Schotis *opidum Eran* denotat, non ſolum ſe eſſe *Ivernim* urbem, quam Ptolemæus vocat, ſed flumen etiam eſſe *Iernum* illum expreſſe loquitur: cujus appellatio, ut totius Inſulæ, ab *Hier* Hibernicorum facta videtur, quod Occaſum ſignificat. Eſt enim ultimus hujus regionis ad Occidentem fluvius, ut ipſa Hibernia ultima totius Europæ Inſula. *Iberni* qui etiam *Vterni*, id eſt Camdeno Interprete, ſuperiores Hiberni hunc fluvium ad alterum Promontorij latus accoluerunt, ubi *Berehaven* & *Baltimore*, copioſa halecum piſcatura portus notiſſimi: Iuxta quos habitat *Mac Carti More*, ex Hibernica origine Regulus, qui anno CIↃ IↃ LXVI poſſeſſiones & latifundia ſua Elizabethæ Reginæ Angliæ in manus tradidit, & ab ea recepit, ut Anglico more, clientelari jure, fiduciæ nomine teneret. Eodemque tempore Comes de *Glencar*; & Baro Valentiæ creatus eſt, Vir in hoc tractu magni nominis, & potentiæ. Giraldidis olim infenſiſſimus, qui majores ſuos, ut ille contendit, Deſmoniæ Regis his avitis ſedibus exuerunt. Giraldidæ enim iſti, ſive *Fritz-Giraldes*, ex Kildarienſi familia oriundi, devictis Hibernicis, ampliſſima hic ſibi latifundia acquiſiverunt, & ex illis Mauritius *Fritz-Thomas* primus Deſmoniæ Comes anno ſalutis CIↃ CCCLV ab Edwardo tertio creatus, hæreditatem adeo ſtabilem, & firmam reliquit, ut ad decimum ab eo Comitem perditiſſimum hunc rebellem, quem dixi, ille honor, quaſi perpetua quadam ſerie deſcenderit. Poſt Ibernos *Vdiæ* qui & Vodię habitarũt, cujus nominis veſtigium expreſſiori indicio ſe patefacit in agro Kilkennienſi, pars enim ejus maxima *Idou* & *Idouth* nominatur. Incoluerunt hi Comitatum Corcagienſem, Tripararienſem, Limiricenſem, Kilkennienſem, & Waterfordienſem. In Tripararienſi Comitatu, nihil memoratu dignũ ſe offert, niſi quod ſit ibi Palatinatvs, & *Holy croſſe* in eo opidulum magnis gaudeat immunitatibus, quæ in honorem, ut perſuaſerunt Monachi, fragmenti Crucis Dominicæ conceſſæ fuerunt, *Suirus* flumen nobile accolis *Showr* ex hoc Tripararienſi agro in Kilkennienſem defertur, qui e Bladina monte profuſus per *Oſſiriam* inferiorem, quæ Butleris Comitis, & *Thurles* quæ illis Vicecomitis titulum præbet primum, *Flumina.*

Septentrio
Catherlagh
Johns town
Courte Kyllaryk
Freyers town
Ben Querry
Garo
Barogh flu.
Borayne flu.
Regi næ Comitatus
Staplers town
B.Corrak
Graynforte
Parke
B.Carrik
Racorrak
Mihel
Balymuleran
hock flu.
Kimle
Kels
CATHER
Fuß
Barnyar ghore
Clogh Gre nant
B.Bren
B.Henry
Castlyn
Ratow
B.Growen
B.Bare
Kylmore
Tenny flu.
Clonemuske
Tulmoyon nio
Knok Bowre
Kylkole
Mynde
Caronloße
B.Lowe
B.Nonrye
Carynlynlyne
B.Baltar
Rauen den
Clogheristi
Cargen spiden
Temple fether
Tolocren
B.Rane
Kilknock
Coruen
Old town
Caryhonden
Colon Mashonen
Ydogh
Urne
B.Traden
Seskyn Rother
Orcharde
B.Tarsen
Fortoneley dominium
Kilbraker
Seskyn
Raphad
B.Trast
B.Bola
Corincloe
B.Clonen
B.Bramle
Caros mosery
Knockenoye
Kyllicoryn
Kylkonen
Kylmiglyn
Laghlyn
Agha
Bure Duffe
C.Donye
old Laghlyn
Rahellyn
Rahedin
Kyldrine
Fennog
B.Teg
LAGH
Roße
Garrywret
B.Knohan
Dum Raghlyn
Wil.Rocystown
B.Temyng
Kellynen
Clontoyle
B.Cow
Raduffe trenche
Fulse
Kyllarte
B.Moone
Droslew
Synkyll
Court Fenour
Temple Nyuenne
COMITATUS
Seskyn Reyne
Knok bellique
Court thonder
Clone
Reybalte Mul lyn
Kilmaloque
Kermiston
Caros wod
KYLKENNY
Kilkrute
B.Loughane
Raynele
Glorum
Borayne flu.
Kylgrany
Dontoniake
Knock Olarde
Drumffey
Cloghendel
Reynighery
B.Reiglyn
Cloymoney
B.Helen
Clowater
Coradrane
Tonroe
Miliaria Anglica
Barow als
Kilcumyn
B.Selerk
B.Dore
Tondertea
Clongosh
Knok Squyre
Ranglorum
flu.
Barogh
Kylemonde
B.Comyn
Raghen der
Kyllatrum
The middel water
COMITATUS
fluuius
Bonase
Killenerk
Kynnagh flu.
Carrik Leygh
Knock Brandof
Carrikbrack
Baruas cally
Similine
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio
Mamolode hill
VDRONE IRLANDIÆ in Catherlagh Baronia.

# HIBERNIAE VTABVLA.

primum Caſſiliam urbem adit Archiepiſcopali dignitate ab Eugenio P P. exornatam, cui novem ſubſunt ſuffraganei Epiſcopi. Indeque juxta Waterfordiam alijs duobus fluvijs adauctus in Oceanum exoneratur. Vnde Nechamus:

*Suirius inſignem gaudet ditare Waterford,*
*Aequoreis undis aſſociatur ibi.*

*Vrbe & Opida.*

Hactenus hãc partem Hiberniæ cum Camdeno percurri, reſtat nunc de Vrbibus & opidis hujus partis pauca explicare. Inter has primum ſeſe offert *Waterfordia* quæ ſecundas inter Hibernię Vrbes jure ſibi vendicat, imprimis honeſta & officijs fidelis civitas, fide & obſequio in Imperiũ Anglicum ſemper ſingulari. Ex quo enim Richardus Comes Penbrochiæ expugnavit, Anglis Hiberniam ſubigentibus tutam fide ſua, & quiete, ſecuramque a tergo pacem ſemper pręſtitit. Vnde Reges Anglię plurimas, & maximas immunitates cõceſſerunt, quas Henricus ſeptimus auxit & confirmavit, eo quod cõtra mentitum illum principem Perdinium Warbec qui plenis impudentiæ velis ad ſummum Regiæ dignitatis gradum enitebatur, cives ſe fortiter & prudenter geſsiſſent. Hæc a Norwegis Piratis conſtructa, quamvis cœlo ſit craſsiuſculo, ſolo minus læto & anguſtioribus coarctata vicis, ea tamen portus eſt oportunitas, ut opulentia & frequentia ſecundas in Hibernia ferat. Hæc prudentibus & bene moratis civibus referta. Habet tutum & tranquillum Portum, atque exterarum navium ſæpenumero plenum. Frequentes etiam Waterfordiæ cives ſunt, qui mercaturas faciunt: in quo ſane negotio, uſque eo prudenter rem familiarem adminiſtrant, adeo caute rationes ſubducunt, ut brevi negotiatione, magnas ſibi opes ſoleant comparare. In Hiſpaniam præcipue naviculariam faciunt. Nihil plerumque æris alieni habent, in ſuis nummis plurimis ſunt. Nullus ibi vivit menſarius, qui fraudulento collybo aut intolerabili fœneratione (omniũ rerum publicarũ buſto) in civium bonis ac direptionibus verſatur. Cives ſunt faciles, benigni, frugi, perhoſpitales, privatis & publicis rationibus utiliſsimi. Appellavit hanc urbem antiquitas *Manapiam*, ſicut & Dublinium *Eblanam*. *Amellana* rectius nuncuparetur, ab Amellano, qui eam urbem condidit, quemadmodum & Sitaracus Waterfordiam, & Ivorus Limmiricum fundaſſe fertur. Erant iſti Germani fratres olim in Hibernia magnæ auctoritatis. Eſt & in hac regione *Limmiricum* (de qua urbe modo dictum eſt, omnium Hibernorum fluminum abſque controverſia principe. Ab alto lx milliariorum intervallo diſtat. Tamen onerarias naves ad civitatis muros Nauarchi appellunt: nec eſt quod ſcopuloſas cautes, in toto curſu offendere, multum perti meſcant Incredibile eſt, quantam Piſcium ubertatem, & copiam ibi reperias. Hujus urbis amœnitate captus *Ioannes*, Angliæ Rex, egregium caſtellum, & pontem illic extruendum curavit. Eſt etiam *Corcagia* in Corcagienſi Comitatu, *Korke* Anglis, & *Korkach* Indigenis, aſtrictiore mœnium ambitu concluſa, & una quaſi directa platea protenſa, Emporiolum tamen frequens, & celebre: portu excellenti & tuto ornatum, ſed ita ſeditioſis vicinis circumſeſſum, ut perpetuas excubias agitent, quaſi perpetua obſidione eſſent incincti, & in agrũ Filias elocare non audeant, unde contractis inter ſe nuptijs cives omnes aliquo affinitatis gradu ſe invicem contingunt. Cives hic etiam copijs ſatis locupletes, operam mercaturæ navant, res ſuas domi foriſque frugaliter obeunt, Briocum virum ſanctiſſimum, a quo Sanbrochiana in Britannia Armorica diœceſis, vulgo *S. Bricu*, nomen aſſumpſit, hinc oriundum ſcripſit Cœnalis. Sed in hoc a veritate abijt, quod *Coriondos* Hiberniæ in hac urbe ſtatuerit. Non enim hujus urbis meminit Ptolemæus. Flumen tamen quod præfluit idem videatur, quod *Davrona* Ptolemæo dicitur *Sauranus* enim, & *Saverenus* Giraldo, una tantum immutata literula, nominatur. Quæ intercedit inter hæc nomina affinitas, hoc mihi dictavit & majori ſane cum probabilitate, inquit eruditiſſimus Camdenus, quam ſi *Davronæ* nomen proximo flumini adaptarem, qui Corcagienſem Comitatum, & Triparienſem interfluens per *Liſmor* Oceanum petit, & Hiſtoricis *Avenmor*, id eſt flumen magnum, appellatur, de quo Nechamus.

*Vrbem liſsmor pertranſit flumen Avenmor,*
*Ardmor cernit ubi concitus æquor adit,*

*Ardmor* enim viculus eſt ad oſtium, cui ad alteram ripam *Yoghalia*, ſtatio ſatis tuta opponitur, quam noſtra memoria proditam ille ſeditionis fax Deſmoniæ Comes miſere diripuit, ſed hujus proditionis pœnas Prætor mox ſuſpendio luit. In hujus vicinia magnos habet proventus Vicecomes Barrenſis, Roberto Barrio Anglo prognatus, qui in expugnanda Hibernia operam navavit egregiam. Sunt præter jam dictas civitates hæ in hac regione, *Kinſalia*, *Caſsilia*, *Yoghalia*, *Roſsia*, *Leſmoria*, *Clonmella*, *Kilmalochia*. Hæc pro methodi ratione de quinque Hiberniæ partibus ſint ſatis; Priuſquam vero ad alia quæ adhuc reſtant tranſeo, pauca hic de veteribus Hibernicorum Moribus addam; ac tum Hiberniam literatiſſimi Adr. Iunij verſibus de ſe & ſuis commodis loquentem inducam. Strabo in libro IV de Hibernicis, *Longe magnis quam Britanni ſylveſtres illius ſunt Incolæ Anthropophagi, id eſt Hominum carne veſcentes, mandoneſque magni. Defunctos etiam parentes eſſe in eximia honeſtatis parte ponunt. Nec minus alienis in propatulo uxoribus immiſceri, matribus etiam atque Sororibus. Horum etiam quæ commemoramus, dignos Fide teſtes non ſane habemus. Atqui commanducandorum Hominum morem Scytharum eſſe traditur.* Pomponius Mela libro tertio: *Cultores inconditi ſunt, & omnium virtutum ignari, pietatis admodum expertes.* Solinus cap XXIV. *Sanguine interemptorum hauſto prius Victores vultus oblinunt, fas & nefas eodem animo ducunt. Puerpera ſi quando marem edidit primos cibos gladio imponit mariti, inque os parvulo ſummo mucron eauſpicium alimentorum leviter infert, & gentilibus votis optat, non aliter quam in bello, & inter arma mortem oppetat. Qui ſtudent cultui, dentibus Mari nantium belluarum inſigniunt enſium capulos, candicant enim ad eburneam canditatem. Nam præcipua viris gloria eſt in armorum tutela.* Nunc Hiberniam ipſam audiamus.

*Illa ego ſum Graijs olim glacialis Ierne*
*Dicta & Iaſoniæ puppis bene cognita nautis:*
*Quæ Tarthesiaco proprior ſe tingere ſoles*
*Flumine conſpicio, Cauro ſubjecta procaci;*
*Cui Deus, & melior rerum naſcentium origo*
*Ius commune dedit cum Creta altrice Tonantis,*
*Noxia ne noſtris diffundant ſibila in oris*
*Terrificæ cretitabo Phorcynidos Angues.*
*Et forte illati compreſsis faucibus atris*
*Viroſo pariter vitam cum ſanguine ponant.*
*En ego cum Regni Sceptro, Mavortia bello*
*Pectora, & horriferas Hominum, nil fingo, figuras*
*Qui curſu Alipedes norint prævertere Cervos,*
*Dedico, piſcoſoſque Lacus, Volucrumque paludes*
*Omnigenum luſtris fætas Stannique fodinas,*
*Et puri Argenti venas, quas terra refoſsis*
*Viſceribus manes imos viſura recludit.*

# SCOTIA.

BRITANNIÆ Insulæ Borealior pars *Scotia* dicitur, olim *Albania*. Atque etiamnum ab incolis qui avitam servant linguam *Albain*, & ab Hibernicis *Allabany*, quasi altera Hibernia (quæ a Bardis *Banno* dicta est) vocatur. Hiberniam enim *Scotiam majorem*, & Scotorum in Britannia Regnum *Scotiam Minorem* historici appellant, Ptolemæus Britanniam *Parvam*, Rufus *Secundam*, Tacitus a sylva *Caledoniam* vocat. Videntur autem Scoti sic dicti a vicinis quasi *Scythæ*. Quemadmodum enim Germani Inferiores *Scythas* & *Scotos* uno nomine *Scutten* id est sagittarios appellāt, sic etiam Britannos, utrosque *Y-scot* dixisse e Britannicis Scriptoribus observatum est. Id sane constat eos a Scythis oriundos ex Hispania in Hiberniam, & inde in hanc partem Albionis, quam nunc tenent, perveniſſe, & cum Pictis in unam gentem coaluisse. Hæc de nomine, sequitur situs. Termini ejus australes Angliam versus, sunt Tueda & Solveius Fluvij, ad Septemtrionem est Oceanus Deucaledonius, ad Occasum Hibernicus, ad Ortum Germanicus, ab alijs partibus undique eam ambiunt Oceanus & mare Germanicum. Longa est lxvii milliaria Germanica, hoc est Anglica cclvi i, Lata li i Germanica, sive cxc Anglica. Regio temperatior quam Gallia, remissioribus frigoribus, caloribusque, sicuti & Anglia: cui tamen in fertilitate æquari non potest. Terra magna ex parte sulphurea est & viscosa, atque ob id pabulum est ignis, præsertim cum ibi defectus fit lignorum. Tantum tamem hic crescit Frumenti quantum incolæ absumunt. Profert etiam Terra varia Metalla. Habet Aurum, Argentum, Argentum vivum, Ferrum, Plumbum & Cuprum magna copia. Habet in *Drisdalia* Aurifodinam, in qua etiam *Lazurum* invenitur. Habet & Gemmas, præsertim Gagatem qui in aquis ardet & oleo extinguitur. Pascua item optima quæ omnis generis nutriunt Armenta: unde Carnis, Lactis, Butyri, Casei, Lanæ abundat copia. Cæterum Scoti cum ad Pictos in Britanniam accessissent, quamvis Anglos prælijs, & prædationibus continenter lacesserent, non tamen res Schotica statim adolevit, sed in eo quo appulerunt angulo, diu delituerunt nec, ut Beda innuit, per annos plus minus centum vigenti septem, contra Nordan humbrorum regulos signa efferre ausi: donec uno eodemque tempore Pictos fere ad internecionem delevissent, & Northumbriæ Regnum intestinis malis, Danorumque incursionibus confectum, corruisset, Tunc enim omnis Septemtrionalis Britanniæ plaga in Scotorum nomen concessit, una cum citeriori illa regione citra Cluidam, & *Edenburgh frith*. Illam enim Northumbriæ partem fuisse, & a Saxonibus possessam nemo repugnat: & hinc est quod omnes qui Orientalem Scotiæ partem tenent, & *Lowlandmen*, id ist inferiores vocantur, sint origine Anglo-saxones, & Anglice loquantur. Qui vero Occidentalem oram incolunt, *Hetchlandmen* dicti, id est, superiores, sint Scoti & Hibernice loquantur, infestissimique sint illis superioribus, qui Anglico idiomate utuntur. Scoti in bello fortes, ac strenui milites, inediæ, vigiliæ algoris patientissimi. Primaria Schotiæ urbs est *Edinburgum*, vulgo *Edenborow*, quæ procul dubio ipsa eadem est quæ Ptol. *Castrum Alatum*. Nam *Adain* alam Britannis denotat, & *Eden-borow* (composito e Britannica & Saxonica lingua vocabulo) nihil aliud est quam *Burgus alatus* Ab alis igitur nominis ratio petenda, & repetant Scoti, si placet, vel ab Equitum ordinibus, qui Alæ vocantur, vel ab Alis illis. quas Græci Architecti Pteromata vocant, i. ut docet Vitruvius, Muri gemini ita in altitudinem surgentes ut alarum speciem præ se ferant. Quibus quoniam Vrbs quædam Cypri caruit, *Aptera i. sine alis*, ut apud Geographos legimus, olim dicta. Sedes hæc Regia, & metropolis non tantum Laudoniæ, sed etiam totius Scotiæ, situ editiore inter Montes, eo ipso Pragæ Bohemorum haud absimilis: lōgitudine ab Oriente in Occidētem mille passibus porrecta, latitudine dimidio minore. Tota urbs ex monte dependet. Hic ad occasum altissimus, versus Septemtrionem præcipitio munit urbem, cætera ad Orientem & Meridiem sunt muro circumdata: distat a Sinu Maris & ostijs *Forthæ* passibus mille. Ad Orientalem urbis partem ædes est S. Trinitatis, cui contiguū Regis palatium quod Cathedram Arthuri vocant. Ad Occidentalem, rupes prærupta, & in rupe arx, Scotis Castellum puellarum dicitur; quod vere est *Alatum* illud *Castrum* Ptolemæi. Longo tempore hæc Vrbs in Anglo-Saxonum potestate fuit, qui hanc Orientalem Scotiæ partem insederunt, seriusque in Scotorum imperium cessit, circa annum scilicet salutis cc1o lx. Sunt & aliæ hujus Regni Vrbes & Opida insignia quę suis locis in particulari descriptione adponemus. In vallibus plurimi sunt Lacus, Paludes, Fontesque & Fluvij piscosissimi, quorum pars maxima e monte Grampio oritnr, de quibus in descriptione proxima mentionem faciemus. Ad mare transeo. Mare ipsum Ostreis, Halece, Corallis, Mytilis, Conchisque diversi generis pleniſſimum. Multos etiam Scotia passim portus habet & aditus marinis aquis pervios, inter quos *Letho* Portus commodissimus, quem Anno c1o 1o lx, Galli qui Scotiam jam spe devorarant & Angliæ imminere cœperant, magnis munitionibus firmarunt. Sed eum Regina Elzabetha Regni tranquillitati (pro eo ac debuit) prudenter prospiciens, ita ex Gallorum faucibus eripuit ut & munimenta omnia solo æquarit, & Scotus Gallum ex eo tempore non metuerit. Regio ipsa aspera & Montosa admodum est, & in ipsis montibus, habet æquatam agri planitiem pecori pabulum ubertim suppeditantem. Inter Montes maximus *Grampius* qui mediam Scotiam interſecat. Hic vulgo *Grasebaim* seu *Grantzbaine*, id est mons incurvus dicitur: is enim a Germanici maris littore ad ostia *Deæ* fluvij per mediam hanc regionem in Hibernicum mare tendens, ad lacum *Lomundum* sistitur, qui etiam Pictorum olim, Scotorumque Regni limes erat. Ad Aberdoniam montes sunt sylvosi. Hic creditur fuisse *Sylva Caledonia*, Lucio Floro *Saltus Caledonius* in immensum spatio diffusa, proceriſque arboribus invia, & *Grampio* monte divisa, Severi ætate, ut est apud Xiphilinum, *Argetecoxus* Regulus hoc in tractu regnavit, cujus uxor a Iulia Augusta Severi conjuge convitio lacessita quod palam ex gentis more cum maribus haberet consuetudinem, libere respondit: *Nos Britannicæ cum optimis viris consuetudinem habemus, at vos Romanas perditissimus quisque occulte constuprat*, Scotos autem non postremos inter Europæos fuisse qui Christianam religionem amplexi sint, eamque præ reliquis servaverint & coluerint, non solum scripta & Monumenta: verum etiam Templa, Cœnobia, Monasteria. Xenodochia. & alia religioni devota loca testantur. Inter alia Edinburgi ædes *S. Trinitatis*, cujus supra mentionem fecimus: Templum *B. Egidij*, *B. Mariæ*, & alia. Est & palatium Regium, de quo supra, valde superbum & magnificum, & in medio urbis Capitolium. Habentque Duces, Comites, Barones & Proceres Regni in ipsa urbe sua Palatia, quando ad Comitia vocantur, Vrbs ipsa non est constructa ex coctis sed naturalibus & quadris lapidibus, ut etiam singulæ ædes magnis Palatijs possint comparari. Sed de his satis, ad reliquas Partes transeamus.

*Regio. Nomina.*

*Situs.*

*Cæli Temperies. Soli fertilitas.*

*Imperium Majorum.*

*Minorum virtus. Vrbes.*

*Lacus Flumina Mare. Portus.*

*Montes.*

*Sylvæ.*

*Opera Publica.*

Populus Scoticus in tres ordines dispescitur, in *Ecclesiasticum*, *Nobilitatem* & *Plebem*. *Ecclesiasticus* ordo duos habet

DEUCALEDONIUS OCEANUS

ORCADES insulæ

SCOTIA, Regnum.

HEBRIDES insulæ

IRLANDIAE siue HIBERNIAE PARS

MARE GERMANICUM

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

# SCOTIA.

*Ratio Gubernandi.* Archiepiſcopos: S. *Andreæ* Scotiæ primatem, & *Glaſgoenſem.* Archiepiſcopo S. Andreæ octo ſubſunt Epiſcopatus, *Dunkeldenſis, Aberdonenſis, Moravienſis, Dumblanenſis, Brechinenſis, Roſſenſis, Cathanenſis,* & *Orchadenſis. Glaſgoenſi* tres, *Candidæ caſæ, Liſmorienſis, ſive Argadienſis, Sadorenſis,* ſeu Inſularum videlicet *Suræ, Mulæ, Ylæ,* &c.
*Nobilitatis* ratio hæc eſt: ut primum locum obtineant *Rex* filijque *Regis*, partu legitimo editi, quorum ſi plures ſunt natu maximus *Princeps* Scotiæ, reliqui abſolute *Principes* dicuntur. Rex autem cum publice inauguratur, populo univerſo ſancte promittit, ſe Leges & Majorum Ritus veteraq; Inſtituta ſervaturum, eoque jure quod a Majoribus accepit uſurum. *Secundum* locum obtinent *Duces: Tertium Comites; quartum* illi *Nobiles* qui apud alias nationes extra Inſulam non vigent & a Scotis *My Lordis* appellantur. Quod nomen tantam dignitatem in ſe continet, ut etiam illud Epiſcopis, Comitibus & ſummis Magiſtratibus honoris ergo tribuant. Hoſce Magnates poſſes dicere, *Quintum* locum *Equites aurati* aut *Barones* ſibi vendicant, qui *Lordis*, dici ſolent. In his Nobilitatis gradibus hęc ſervatur ratio, ut nullus deſignetur *Dux* qui Comitis: nec Comes qui Domini *Mylord*: nec Dominus *Mylord*: qui Equitis Aurati aut Baronis titulo non antea fuerit ornatus. In *Sextum* & ultimum locum rejiciuntur illi, qui nullo certo honoris titulo inſigniti, ſed nobili familia prognati vulgo *Gentilmen* appellantur, ut ſunt fratres & Filij Comitum, Dominorum, Equitum auratorum natu minores, qui in nullam hæreditatis partem ſuccedunt: ſiquidem ea tota in Filium natu maximum conſervandarum familiarum cauſa jure Scotico devolvitur. Plebs autem omnes qui divitijs affluunt, quique Hoſpitalitatis & clientelarum nomine bene audiunt hoc fere titulo (*Gentilmen*) decorat. Ab his autem Nobilibus infimi gradus, totum fere belli pondus pendet. Nam quamvis Scoti ad unum omnes quocunque gradu locove ſint conſtituti, ſuis ſtipendijs Regi militare cogantur & propterea a vectigalium oneribus ſint immunes: tamen hi præcipue cum cogitant ex qua familia ſint profecti, maxima quæque pericula ſumma animi magnitudine adeunt, ut ſeſe familia ſua dignos oſtendant. In quare non ſolum populi ſingularis utilitas: ſed etiam ipſius Regis ſumma ac pene unica opulentia incluſa continetur: ſiquidem ea ratione Rex nunquam neceſſe habet, ut externum militem ſuo ſumptu auxilio evocet, cum ipſe populus ad hoſtium frangendos impetus quaſi ad commune quoddam incendium extinguendum opinione citius concurrat.

*Plebei* vero Cives partim ſunt primarij opibus inſignes, qui magiſtratu in ſuis urbibus funguntur: partim *Mercatores*: partim *Opifices* qui omnes propter ſupra dictam a vectigalibus alijſque oneribus immunitatem facile apud eos diteſcunt. Ne quid autem gravius in aliquam Civitatem in publicis comitijs ſtatuatur, permittitur a Rege tribus aut quatuor ab unaquaque Civitate evocatis Civibus, ut cum reliquis duobus Ordinibus ſuam ſententiam de rebus propoſitis libere interponant.

Eccleſiaſtici olim decretorum & conciliorum authoritate continebantur, nuuc autem ut cæteri Legibus, quas Reges deſcripſerunt, aut Regum voce confirmatas, tres ordines fixerunt, reguntur. Liber, qui Leges Municipales Latine ſcriptas continet, Titulum (*Regiam Majeſtatem*) habet, quod ab illis vocibus libri exordium ducatur: Reliquis legum libris Scotica lingua Comitiorum (quæ Parlamenta dicuntur) *Acta* inſcribuntur. Magiſtratus ſunt in Scotia, ut apud alias nationes, complures & diverſi. Inter hos proxime & ſecundum Regem, Regni Ptocurator (quem Gubernatorem appellant) facile princeps eſt. Huic provincia Regni gubernandi incumbit, ſi Reſpublica Rege forte orbetur, aut ſi Rex per ætatem Regni negotia non poſſit obire. Hic tanto in honore eſt, ut ſiquis illius dicto vel imperio
*Senatores.* morem non gerat, violatæ Regiæ Majeſtatis notam incurrat. Eſt & ibi Senatus perpetuus Edenburgi ex *Clero* & *Nobilitate* ita conſtitutus, ut Laicorum ſemper numerum æquet pars altera Eccleſiaſticorum. Quibus adijcitur ex Eccleſiaſticorum numero *Præſes*, qui in dicenda ferendaque ſententia principem locum obtinet; niſi judicio Regni Cancellarius interſit; ei enim in omni Reipublicæ negotio Scoti primas deferunt: Qui capitis judicio, magnum Iuſticiarium: qui Rei nauticæ Admiralium: qui caſtris figendis, Mareſcallum; qui delictis inter aulæ ſepta vindicandis præficitur, Conneſtabilem appellant. Sunt quoque in ſingulis provincijs, quas Vicecomitatus appellant, qui præſunt ſinguli, quos Vicecomites antiquo vocabulo vocant. Horum authoritas in his rebus, quæ ad civiles cauſas & capitis ſummam pertinent, decidendis non aliunde pendet, quam a jure quodam hæreditario, quo etiam illos ſibi Vicecomitatus vendicant. Vt ij Vicecomites non a Rege creati, ſed a parentibus nati jure quodam dici poſſint. Habent quoque civitates atque Opida ſuos Præfectos, Ballivos ac id genus alios Magiſtratus, qui Cives in officio contineant & ipſorum civitatum privilegia tueantur. Ita fit ut Scotorum Reſpublica Ordinum apta diſpoſitione, Legum ſancta majeſtate, & Magiſtratuum firma authoritate, floreat & ſummam laudem mereri videatur. Nomina autem Ducatuũ Comitatuum & Vicecomitatuum Scotiæ hæc ſunt. Ducatus *Rotſay Albanie*: Comitatus, *Carnes, Soterlant, Roſſe, Moravie, Buchquhan, Garniach, Carmoran, Mar, Marnis, Angus, Cowry, Fiffe, Marche, Athole, Stratherne, Menteith, Levenox, Wagion, Douglaſſe, Carrike, Crawford, Annandale, Ourmonth,* & *Huntley*. Vicecomitatus, *Berwyck*, alias *North Berwyck, Roxburg, Selkirck, Twedale, Dunfriſe, Niddiſdale, Wigton, Are, Lanarke, Dunbretten, Sterveling, Louthean, Laudonia, Clackmanan,*
*Scholæ.* *Kinros, Fiffe, Pert Angus, Mernis, Aberdonæ, Bamph, Fores* & *invernes*. Vniverſitates *S. Andreæ,* & *Aberdonia*, quarum hæc ab Alexandro Rege & ſorore Iſabella multis ornata eſt privilegijs circa annum cIↃ ccxl: illa ſub Iacobo Rege inaugurata, Anno cIↃ cccc xi. Quibus additur *Glaſguenſis*. Ingenia Scotorum vivida ſunt, excitata, ignea: ſapientiæ capeſſendæ maxime idonea. Nihil eſt quod non ſuperare potuiſſet ingenium *Ioannis Duns* Scoti, ſi tempora modo
*Bonarum artium ſtudijs celebres Viri.* cultum animi elegantiorem ei non invidiſſent: nunc in Scholaſtico illo (curioſone magis an utili?) de rebus ſacris diſputando genere, nihil eo acutius, nihil accuratius, nihil abſolutius. Subtilem Doctorem vulgus, Scaliger etiam *Limam veritatis* vocat. Obijt Coloniæ Anno cIↃ cccvIII. Nam quum in exſtaſin incidiſſet (peculiarem ipſi ob acutſſimas Meditationes) diutiuſque ea detineretur, a diſcipulis pro mortuo elatus ſepultuſque eſt. Diſcipulum habuit inter cæteros *Guilielmum Occam* Anglicum, cujus Ingenium Ingenia omnia vetera ſubvertit; noua ad invictas inſanias ob inconprehenſibiles ſubtilitates fabricavit atque conformavit. Alterum Scotiæ Lumen fuit *Georgius Buchananus* Poëta incomparabilis, qui Oda, Elegia, Tragœdia, non ſolum noſtri ſeculi Homines ſuperavit ſed antiquiſſimos æquavit.

# SCOTIAE
## II TABVLA:

GENERATIM quæ de Scotia dicenda habui, abſolvi : poſtulat Methodus, ut ſpecia-
tim & per partes eam parambulem. Dividitur autem Scotia (monte Grampio mediam
ſecante) in Auſtralem ſive Superiorem, & in Borealem ſive Inferiorem. Dirimitur vero
ab Anglia primum *Tueda* fluvio, *Zeviota* monte altiſſimo, & qua mons deficit, vallo non
adeo pridem facto, ac deinde *Eſca* & *Solvæo* fluminibus. Citra hos limites a mari Scotico *Marcia.*
ad Hibernicum regiones hoc ordine jacent. Prima eſt *Marcia* vel *Merchia*, ſic dicta quod *Situs.*
limitanea, hæc ſiniſtrum Tuedæ latus attingit : ad Orientem Forthæ æſtuario, ad Meri- *Vrbium*
diem Anglia clauditur. In Marcia *Bervicum* Opidum quod Angli tenent. Eſt & hic *Hume* *Nomina.*
caſtrum, antiqua poſſeſſio Dominorum de *Hume* qui a comitum Marchiæ familia o-
riundi, in amplam & inſignem familiam ſunt propagati. Cui vicinum ſubſidet *Kelſo* mo-
naſterio quondam celebris, & antiqua habitatione Hepburnorũ, qui Bothwelliæ Comites, & hæreditario jure Ad-
miralij Scotiæ diu fuerunt, qui honores per ſororem Iacobi Comitis Ioanni filio naturali Regis Iacobi v. enuptam
ad Franciſcum ejus filium nunc Bothwellię comitem deſcenderunt. Inde *Coldingham* cernitur, Bedæ *Vrbs Coldana* &
*Coludi urbs* Ptolemæo fortaſſe *Colania*, multa ante ſecula virginibus velatis ſacra. Ad Occidentem Marciæ ad utrum- *Teviotia.*
que Tuedæ latus eſt *Teviotia* a *Tevioto* amne nomen adepta. *Zeviota* Monte dirimitur ab Anglia Poſt hunc regiones
non magnæ *Lidalia*, *Evia*, & *Eſcia* a tribus fluminibus cognati nominis *Lidalo*, *Evo* & *Eſca* nominatæ. Vltima *Annan-*
*dia*, & ipſa ab *Annando* amne prope mediam dividente appellata, ſecundum Solvæum in Mare Hibernicum decur-
rit. Iam ut rurſus ad *Fortham* redeamus, is ab ortu Lothianã claudit : *Cochurni Saltus* & *Lamyrij* montes eam a Mar-
cia ſeparant. Contingit deinde paullum ad Occaſum inflexa Lauderiam & Tuediam; alteram a *Laudero* Opido, alte- *Nithia.*
ram ab amne *Tueda* mediam ſecante. *Tuediam* ad Meridiem & Occidentem contingunt *Lidalia*, *Nithia*, *Glottiana.* *Lothiana.*
*Nithiæ* *Nithus* amnis nomen dedit per eam in mare Hibernicum labens. *Lothiana* a Lotho Pictorum Rege nomina- *Situs.*
ta. Ab Oriente æſtivo finitur *Fortha* ſive mari Scotico. Vallem Glottianam ſpectat ab Occidente hiberno. Hæc re- *Soli fertili-*
gio humanitatis cultu, & rerum neceſſariarum ad uſum vitæ copia cęteras longe præcellit. Quinque amnibus irriga- *tas.*
tur, *Tina*, utroque *Eſca* (qui antequam in Mare cadant in unum alveum coeunt) *Letha* & *Almone*. Hi partim e Lamy- *Vrbium*
rijs, partim Pictlandicis montibus in Fortham defluunt. Opida habet *Dumbarum*, *Hadinam* vulgo *Hodintonam*, *Dalke-* *nomina*
*thum*, *Edinburgum*, *Letham*, *Limnuchum*. Magis ad Occidentem jacet *Glottiana* utramque *Glottæ* fluminis ripam com- *Glottiana.*
plexa, quæ ob longitudinem in duas præfecturas dividitur. In ſuperiore præfectura collis eſt non admodum editus, e *Flumina.*
quo in tria diverſa Maria flumina effunduntur, *Tueda* in Mare Scoticum, *Annandus* in Hibernicum, in Deucaledo- *Vrbium.*
nium *Glotta*.. In ea urbes inſignores ſunt *Lanarcum*, & *Glaſcua*. Hanc ab Occidente hiberno *Coila* contingit, Vltra *nomina*
Coilam eſt *Gallovidia*. Ea ſeparatur a Nithia Cludano amne, tota fere in Meridiem vergens, ac ab littore ejus reliquũ *Gallovidia*
illud Scotiæ latus tegitur. Vniverſa Pecoris, quam frumenti fertilior. Amnes habet in Hibernicum Mare decurrẽtes *Situs.*
*Vrum*, *Devam*, *Kennum*, *Cream* & *Luſſum*. Nuſquam fere in Montes attollitur, ſed collibus tantum frequentibus intu- *Soli fertili-*
meſcit. In convallibus inter eos aqua reſtagnans innumeros prope Lacus efficit. e quibus primus ante æquinoctium *tas.*
autumnale imbribus rivi augentur, unde multitudo incredibilis anguillarum deſcendit, quas accolæ naſſis vimineis *Flumina.*
exceptas ſale condiunt, ac non modicum inde quæſtum faciunt. In hac Provincia Lacus eſt *Myrtoum* dictus, cujus *Lacus.*
una pars aliarum aquarum more gelu hyeme concreſcit; altera nullis frigoribus congelari poteſt. Extremum lateris
eſt *Novantum* promontorium, ſub quo in oſtio *Luſſi* fluminis Sinus eſt qui Ptolemæo Rerigonius vocatur. Ei ex
adverſo influit ex æſtuario Glottæ Sinus vulgo *Lacus Rianus*, Ptolemæo *Vidogara*. Quod inter hos ſinus terræ pro-
curit incolæ *Rinum*, id eſt Gallovidiæ aciem appellant. Ab eiſdem *Novantum mula*, id eſt, *roſtrum* ſive *rictus* nomi-
natur. Tota autem Regio Gallovidia (nam *Gallovid* priſcorum Scotorum lingua *Gallum* ſignificat) nominatur. Infra *Caricta.*
Vidogaram a tergo Gallovidię leviter declinat ad Glottę æſtuarium *Caricta*. Eam duo amnes interſecant, *Stinſtarus*
& *Grevanus* : uterque multis amœnis villis cingitur. Inter amnes qua in modicos colles tumet paſcuis fœcunda. *Solifertilita-*
nec infelix frumento eſt. Tota terreſtribus maritimiſque copijs non modo ſibi ſufficiens, ſed vicinis multa ſuppe- *tas.*
ditans. *Dunus* amnis eam a Coila ſeparat, ortus ex ejuſdem nominis Lacu, qui inſulam complectitur modicæ arcis
capacem. Sunt in *Caricta* regione ingentis magnitudinis Boves, quorum caro tenera ſuaviſque eſu eſt; pinguedo *Coila.*
liquefacta ſemel numquam concreſcit, ſed olei inſtar ſemper fluitat. Sequitur *Coila*, quam a meridie Gallovidia *Situs.*
claudit, ab Ortu æſtivo Glottianam attingit : ab Occaſu *Irvino* fluvio a Cunigamia diſtinguitur: mediam *Aera* am-
nis dividit. Ad eum ſita eſt *Aera* emporium non ignobile. In univerſum regio eſt feracior Virorum fortium,
quam Frugum aut Pecorum, tota quidem tenui & arenoſo ſolo: quæ res hominum induſtriam acuit, & parſimonia
vires animi & corporis confirmat. In hac provincia haud plus decem millibus paſſuum ab Aër opido, ſaxum eſt
duodecim vix pedes altum, xxx cubitorum nõ amplius ſpiſſitudine; haud immerito ab incolis Surdum appellatum.
Nam ſi ingentem ſonitum vel voce edas, vel ſcloppo, vel quovis crepitaculo; is qui ex adverſa parte erit ſaxo proxi-
mus, nihil audiet, qui remotior melius, qui remotiſſimus optime. *Cunigamia* poſt hanc ad Septemtriones procurrit, *Cunigamia*
& Glottam ſubmovet, ac prope ad juſti amnis modum coercet. Nomen huic Regioni Danicum eſſe conſtat, quod
eorum lingua *Regis domicilium* ſignificat : que res indicio eſt, eam Danos aliquando tenuiſſe. Proxima ad orientalem
ejus plagam ſita eſt *Renfroana*, ab Opidulo in quo cõventus ejus celebrari ſolent, appellata, vulgo *Baronia* dicitur. Me- *Renfroana.*
diam eam ſecant 11 amnes, quibus utriſque *Carthus* eſt nomen. Poſt Baroniam eſt Glottia ad utramque Glottæ ri- *Glottia.*
pam protenſa, & ipſa in plures juriſdictiones ob magnitudinem diviſa. Amnes nobiliores fundit : a læua *Avennum* *Situs.*
& *Duglaſſum*, qui in Glottam decurrunt : item a dextra alterum *Avennum*, qui Lothianam ab agro Sterlinenſi dividit *Flumina.*
Hi duo fluvij communem amnium appellationem loco proprij nominis acceperunt : quemadmodum in Vallia di- *Ager Ster-*
verſa dialecto is, quem Avonem vocant. Sterlinenſem agrum a meridie ſeparat a Lothiana *Avennus*, ab Ortu Æſtua- *linenſis.*
rium *Forthæ*, donec paullatim ſeipſo minor ad juſtam fluminis magnitudinem redactus prope Sterlinum pontem pa-
titur. Secat regionem fluvius unus, qui memoratu ſit dignus *Carron*: juxta quem aliquot vetuſta ſunt monumenta.
Ad lævam Carrontis duo terreni ſunt tumuli Hominum opera (ut res indicat) ędificati: vulgo *Duni pacis* appellantur

HEBRIDES Insulæ,

quas Beda Meuanias vocat, nonnulli Eubonias, Ptol. Ebudas, Plin. Hebudes

Y. Colmkil, id est S^t Columbæ ecclesia, olim Iona dicta nisi sit illa quæ hic Sura dicitur

In Lomundo lacu
1 Koriyn
2 Morayn
3 Brekwel
4 Wagh
5 Roody
6 Brake

HIBERNIÆ PARS

Miliaria Scotica
10 20 30

ANGLIÆ PARS

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

Occidens

Meridies

Orientis

# SCOTIA:

Inferius autem ad eundem amnem ad duo fere millia paſſuum eſt ædificium rotundum ſine calce,ſed ſaxis aſperis ita conformatis ut ſuperioris lapidis pars in inferiorem ſe inſerat: ita ut totum opus mutuo complexu,& ſaxorum pondere ſe ſuſtineat,paullatim ab imo ad ſummum in arctum ſe colligens. Summa pars aperta eſt. Vulgus alium atque alium uſum, & autorem ejus ædificij, pro ſuo quiſque ingenio comminiſcitur. Ego certe aliquando conjectura fui inductus,inquit Buchananus,ut crederem Templum Termini fuiſſe,quod(ut accepimus)rotundum & ſuperne apertum ædificari ſolitum erat. Nonnihil etiam,inquit, conjecturam noſtram juvare videbantur Duni Pacis propinquitas,quaſi facta ibi pace, cujus Monumentum hi Colles eſſent,quod illic terminum ſuæ ditionis Romani ſtatuiſſent. Neque alia res me ab hac opinione deduxiſſet, niſi reſciſſem ex Hominibus fide dignis in Inſula quadam cõpluria eſſe ædificia: cætera quidem ædiculæ,cujus meminimus,ſimilia,niſi quod majuſcula,& laxiora eſſent. Duo item in Roſſia ſimili forma ſunt ſacella. Ea res ſuſpendere ſententiam me coegit, ac judicare Monumenta Rerum geſtarum hæc eſſe,ac potiſsimum Trophæa,ac pene extra Orbem Terrarum,ut tuta ab injuria eſſent,conſtituta. Sed certe ſive hæc Trophæa ſunt,ſive(quod quidam ſuſpicantur) clarorum Virorum ſepulchra,fuiſſe credo Monimenta ad æternitatẽ memoriæ perpetuandam conſecrata,ſed ab hominibus indoctis,incultiſque,ad ſimilitudinem illius ædiculæ,quæ eſt ad Carrontem conſtructa. A dextro Carrontis latere ager fere cætera planus in collem paullum prominet, medio fere ſpatio inter Dunos pacis, & ædiculam : in eo ad ipſum anguli flexum modicæ urbis veſtigium adhuc apparet. Sed murorum fundamenta & vicorum deſcriptio partim cultu ruſtico,partim ervendis ad propinquas ditiorum villas conſtruendas lapidibus quadratis confuſa eſt. Hunc locum diſerte Beda Anglus *Guidi* vocat,atque in ipſo valli Severi angulo collocat, Multi præclari ſcriptores Romani ejus valli meminerunt: multa veſtigia exſtant,multi lapides inſcripti eruuntur,quibus aut teſtimonium ſalutis per Tribunos & Centuriones acceptæ,aut ſepulchrorum inſcriptiones continentur. Et cum ab Adriani vallo (ut utriuſque veſtigia indicant)raro minus C Millibus Paſſuum diſtet hoc vallum Severi ab eo,quod ante Adrianus conſtruxerat, aut magna inſcitia fuit eorum, qui res Anglicas ſcripſerunt,ſi Latinos qui hæc tradiderunt non intellexerunt: aut incuria,qui dilucide tradita tam confuſe reddiderunt. Vtrumcunque ſit autem,res mihi digna eſt viſa ſi non reprehenſione,ſaltem levi admonitione: præſertim cum ex Monumentis jam dictis,& Bedæ Angli Hiſtoria ſatis conſtet,ibi aliquando inter Brittones,& Scotos limitem fuiſſe. Qui vero hic Camelodunum fuiſſe fabulantur,ijdem contendunt quam diximus ædiculam Claudij Cæſaris fuiſſe Templum : vaniſſimo in utroque mendacio,cum & Camelodunum Colonia Romanorum ultra trecenta millia paſſuum ab eo loco abſit,ſi Ptolemæo,& Antonini Itinerario fides habenda ſit. Cornelius Tacitus hunc eorum errorem apertiſſime oſtendit cum reliqua tota narratione,tum maxime quod Romanos amiſſo Cameloduno in Templum Claudij Cæſaris confugiſſe ſalutis tuendæ cauſa ſcripſit. Ædicula autem illa,ſive Templum Termini,ſive alterius Rei Monumentum fuerit,ſine foribus, quarum nullum habet veſtigium, & ſuperne ad jactus lapidum patens, ne decem quidem milites non modo tegere,ſed vix quidem continere potuerit. Quid? quod quadrageſimo fere anno poſt Claudij Cæſaris expeditionem Iulius Agricola Romanorum primus in eas partes penetravit? quod quinquageſimo poſt Agricolam anno Adrianus Limitem Provinciæ inter Tinam, & Eſcam vallo ducto ſtatuit? Sed de his ſatis.

*Levinia. Situs. Lacus.* Vltra Sterlinenſem agrum eſt *Levinia*,a Renfroana præfectura *Glotta*,a Glaſcuenſi *Kelvino* amne diviſa, ab agro Sterlinenſi montibus, a Taichia Fortha dirimitur : tandem in montem *Grampium* deſinit, ad cujus radices per vallem cavam *Lomundus* Lacus ſe explicat XXIV millia paſſ. longus, VIII latus, ſupra XXIV Inſulas complectitur. Præter multitudinem aliorum piſcium habet & ſui generis eſu non inſuaves, *Pollacas* vocant. Tria autem de hoc Lacu memoratu digna referuntur. Piſces pinnis carent, gratiſſimi alias ſaporis. Aquæ nullo interdum flante vento ita concitantur, ut vel audaciſſimos nautas deterreant, quo minus ſolvant. Denique Inſula quædam gregibus armentiſque paſcendis apta,natat,ferturque quo ventis impellitur. Opinantur nonnulli fungoſam vel pumicoſam Terram eſſe oportere. Haud diverſum ab hoc eſt illud quod narrat Plinius libro XVI cap. I Romanos, dum circa Bataviam agerent, procul quaſi ingentem hoſtium claſſem vidiſſe,cui quum occurrunt conflicturi,non in aciem hoſtilem, ſed in arbores una cum Inſulis natantes incidiſſe,quæ ad proxima quæque littora rapiebantur. Inſulam quoque avulſam ex Dania ſe ſuperfudiſſe olim ſtagnis Batavicis ubi nunc ſunt *Fenen* refert Petrus Nannius; Danos autem quum res ſuas repititum veniſſent,ac litem ſuper ea re inſtituerent. hoc reſponſi retuliſſe,ut vel alienum ſolum peregrina Inſula liberarent,vel poſſeſſione cederent. Etiam in Palatinatu Germaniæ inter *Vilſecam* & *Veldam* Inſulæ arboribus veſtitæ, cum venti fuerint,ultro citroque fluctuant. Plura iſtiuſmodi pete ex Plinio lib. II cap XCV. Sed redeo ad Lacum. Tandem erumpens Meridiem verſus Levinum amnem,qui regioni nomen dedit,effundit: qui prope Britannodunum arcem & eodem nomine Opidum in Glottam ingreditur. Leviniæ partem extremam Grampij montis ultimi colles attollunt, ſinu maris exiguo,quem *Gerlochum* a brevitate appellant,interciſi. Vltra hunc eſt ſinus multo amplior,quem *Longum* vocant a *Longo* qui in eum cadit fluvio. Is limes eſt inter Leviniam & Covaliam. Ipſa Covalia,Argathelia,ſeu potius Ergathelia,& Cnapdalia multis ſinibus anguſtis ex æſtuario Glottæ infuſis, in multas partes dirimuntur. Vnus inter cætera inſignis lacus *Finis* vocatur a *Fino* fluvio, quem recipit. Is ultra ſexaginta millia paſſuum in longitudinem porrigitur. Eſt & in Cnapdalia Lacus *Avus*, in quo eſt exigua Inſula & arx munita. Ex eo fluvius Avus effunditur qui unus in illis regionibus in Mare Deucaledonium exit.

*Cantiera. Situs. Lorna. Flumina.* Vltra Cnapdaliam ad Occidentem hibernum excurrit *Cantiera*, hoc eſt regionis caput,Hiberniæ occurrens,a quo modico Freto dirimitur,ipſa longior quam latior, adeo arctis faucibus Cnapdaliæ conjungitur, ut vix mille paſſus expleant, idque ſpatium nihil aliud quam arena ſit, adeo humilis ut per eam naviculis traductis nautæ plerumque navigandi compendium quærant. Hanc attingit *Lorna* Argatheliæ adjacens & uſque ad *Abriam* pertinens: Regio plana nec infœcunda. Qua Grampius mons humilior eſt,& magis pervius *Braid Albin* regio vocatur,hoc eſt quaſi *altiſsimam Scotiæ partem* dicas,ac ubi maxima pars illa attollitur *Drum Albin* hoc eſt *Scotiæ dorſum* vocatur, nec omnino ſine cauſa. Ex eo enim dorſo fluminain utrumque Mare decurrunt alia in Septemtrionem, alia in Meridiem. Ex lerno enim lacu lernam fluvium in Orientem hibernum fundit : qui in Taum illabitur ad tria millia paſſuum infra Perthum. Ab hoc flumine cognomen accepit ad utramque ripam affuſa vetere,Scotorum lingua *Strathierna* dicta. *Strat* enim regionem ad fluminum decurſum jacentem appellare ſolent. Inter Montes ejus regionis & *Fortham* porrigitur

*Taichia.* *Taichia*,a *Taicho* fluvio,qui medium ſecat nomen adepta.

# SCOTIAE III TABVLA.

EXCIPIVNT Taichiam *Ocelli* montes, ipſi quidem magna ex parte, atque ager ad eorum radices in Iernenſi præfectura cenſentur. Verum reliquum agri ad Fortham uſque ambitio in varias præfecturas diſſecuit *Clacmananam*, *Colroſianam* & *Kinroſianam*. Ab his & Ocellis Montibus quicquid agri a lateribus *Fortha* & *Taus* claudunt, in Orientem anguſte cuneatur ad Mare. Et uno nomine appellatur *Fifa*, omnibus rebus ad uſum vitæ neceſſarijs ſibi ſufficiens: qua lacus *Levinus* eam ſcindit, latiſſima: inde utrimque ſe colligens in anguſtum uſque ad *Caraliam* opidum. Amnem unum, qui memoratu ſit dignus *Levinum* fundit. Totum littus frequentibus opidulis præcingitur: e quibus maxime eſt memorabile, propter bonarum artium ſtudia *Fanum Andreæ*, quod priſci Scoti *Fanum Reguli* appellant. Interius in media fere Regione eſt *Cuprum*, quo reliqui Fifani ad jus accipiendum conveniunt. Qua Ierniam contingit, eſt *Abrenethium* vetus Pictorum regia. Hic in Taum influit *Ierna*. Ipſe autem *Taus* e lacu *Tao*, qui eſt in *Braid Albin* viginti quatuor millia longo erumpit, fluviorum Scotiæ facile maximus. Is ſe ad Grampium Montem inflectens, *Atholiam* attingit regionem fertilem in ipſis Grampij Saltibus collocatam. Ejus partem ſub radicibus Montis in planitiem explicatam *Blaram* vocant, quæ vox liberum arboribus ſolum ſignificat. In Fifa autem regione effoditur lapis igni ſtruendo idoneus. Infra Atholiam ad dexteram Tai ripam ſita eſt *Caledonia* opidum, vetus tantum nomen retinens vulgo *Duncaldem*, id eſt tumulus Corilis conſitus. Corilus enim cum per inculta ſe latiſſime funderet, & Silvarum opacitate agros tegeret, & opido & genti nomen dabat. *Caledones* enim, aut *Caledonij* gens olim inter Britannorum clariſſimas alteram partem regni Pictorum faciebant: quos Ammianus Marcellinus in *Caledones* & *Vecturiones* dividit, quorum nunc vix nominis veſtigium aliquod ſupereſt. Infra Caledoniam ad duodecim millia paſſuum in eadem dextra ripa eſt *Perthum*. Ad ſiniſtram ripam ſub Atholia ad Orientem ſpectans eſt *Gorea* frumentarijs campis nobilis. Et ſub hac iterum inter Taum, & Eſcam porrecta *Anguſia*, ſive, ut priſci Scoti loquuntur *Aeneia*. Sunt qui *Horeſtiam*, aut juxta dialectum Anglorum *Foreſtiam* dictam putant. In ea ſunt urbes *Cuprum*, & quod Boethius patriæ ſuæ gratulans ambitioſe *Dei donum* vocat. Vetus enim nomen *Taodunum* fuiſſe reor, a *Duno* id eſt *colle* ad Taum ſito, ſub cujus radicibus opidum eſt exſtructum. Extra Taum ad XIIII millia paſſuum recto littore occurrit *Abrenethea*, alio nomine *Obrinca*. Deinde *Rubrum* promontorium ſatis longe conſpicuum. *Eſca* fluvius cognomento Auſtralis mediam ſecat: alter *Eſca* Septemtrionalis eam a Mernia dividit. Ea ex magna parte ſolo eſt campeſtri, & plano, donec ultra Fordunum & Dunotrum Comitis Martialis arcem occurrat Grampius paullatim ſe demittens, & in mare ſubſidens. Vltra eam ad Septemtriones eſt *Devæ*, vulgo *Deæ* fluminis oſtium: & plus minus mille paſſus ulterius *Dona*. Ad alterum *Abredonia* eſt Salmonum piſcatu nobilis, ad alterum epiſcopi ſedes, & ſcholæ publicæ omnium ingenuarum artium ſtudijs florentes. Hanc citeriorem invenio vetuſtis monumentis *Abredeam* appellatam. Nunc utrumque opidum *Abredonia* Veteris & Novæ cognominibus diſtinctum vocatur. Ab hac tam anguſta fronte inter hæc flumina incipit *Marria*, ac ſeſe paullatim dilatans ad lx in longitudinem millia ſe protendit Badenacham uſque. Ea Regio perpetuo dorſo continetur, & in utrumque Mare flumina evergit. Badenachæ confinis eſt *Abria*, ad mare Deucaledonium modice prona, Regio (ut inter Scotos) inprimis copioſa maritimis & terreſtribus commodis. Eſt enim & Frumentis & Paſcuis imprimis felix, & præterea Nemorum umbris, & Rivulorum Fontiumque amœnitate jucunda. Piſcium vero proventu adeo fertilis, ut nulli prope Scotiæ regioni cedat. Nam præter fluviatilium copiam quam tot rivi ſufficiunt, Mare longo canali per planum ſolum infuſum penetrat: ibique Terræ paullo altiore margine coercitum ſe latius diffundit, ac ſpeciem Stagni, aut verius Lacus præbet: unde *Abriam*, id eſt ſtationem patrio ſermone appellant. Idem quoque nomen Regioni circumcirca vicinæ dant. Qui Anglice loquuntur utranque, hoc eſt & ſinum illum maris, & Regionem perperam, & abſurde *Lochabriam* vocant. Hæ tres regiones *Abria*, *Badenacha*, & *Marria* latitudinem Scotiæ inter duo Maria complectuntur. Ad plagam Septemtrionalem, proxima Marriæ eſt *Buchania*, Dona fluvio ab ea diviſa. Ea omnium Scotiæ Regionum longiſſime ſe in Mare Germanicum exporrigit. Paſcuis Oviumq; proventu admodum felix, cæteriſque commodis ad vitam neceſſarijs ſibi ſufficiens. Fluvij ejus cum Salmonibus abundent, *Ratram* amnem tamen id genus Piſcis non ingreditur. Eſt in ejus littore ſpelunca, cujus natura prætereunda non videtur. Aqua e naturali fornice guttatim deſtillans ſtatim in lapidum pyramidas vertitur, ac niſi opera Hominum antrum ſubinde purgaretur, ſpatium uſque ad fornicem brevi compleretur. Lapis autem qui ita gignitur velut mediam naturam inter glaciem & ſaxum obtinet: eſt enim friabilis, neque ad marmoris duritiem unquam conſolideſcit. Similem huic per omnia ſpeluncam eſſe in Pyrenæo ferunt. Vltra Buchaniam, ad Septemtriones duæ ſunt Regiunculæ *Boina* & *Ainia*, quæ uſque ad Spæam fluvium pertinent, qui ſeparat eas a Moravia. Oritur autem Spæa a dorſo Badenachæ, cujus meminimus: & longe ab ejus fonte Lacus eſt, unde erumpit Lutea, ac ſe in occiduũ Mare devoluit. Ad Oſtium ejus ferunt Opidum nobile fuiſſe a fluvio Emmerluteam nuncupatum. Certe ſive Terræ vicinæ ſpectes ingenium, ſive navigationis & ſubvectionis maritimę commoditatem, locus eſt admodum Emporio aptus. Priſci quoque Reges has oportunitates ſecuti aliquot ſæculis ibi habitaverunt in Evonia arce quam nunc multis falſo perſuaſum eſt eſſe *Stephanodunum*. Ejus enim arcis rudera, & veſtigium adhuc in Lorna monſtratur. Sunt regiunculæ aliquot exiguæ inter Buchaniam, & Mare occiduum interjectę ſed cum nihil habeant inſigne, ac narratu admodum memorabile, non eſt quod in eis explicandis immoremur. Vltra Spæam uſque ad Neſſum ſequitur *Moravia*, olim (ut creditur) *Varar* dicta. Inter eos amnes Oceanus Germanicus, velut retro in Occidentem Terram agens, ſinu vaſto ejus laxitatem caſtigat. Tota quanta eſt hæc Regio Frugibus & Paſcuis fœcunda, amœnitate vero, & fructiferarum Arborum proventu totius Regni facile prima. Duo memoratu digna habet Opida, *Elginam* ad *Loxiam* amnem, qui nomen antiquum adhuc retinet, & *Neſſum* ad cognominem fluvium. *Neſſus* a Lacu Neſſo longo viginti quatuor millia effluit. Aqua ſemper fere tepida, nec unquam ita frigida, ut congelet. Quin & aſperrima hieme fragmina glaciei in eum invecta tepore aquarum brevi ſolvuntur. Vltra Neſſum Lacum Occidentem verſus octo millia continentis Terræ protenduntur. Tantillum ſane eſt, quod obſtat, quominus maria coeant, & quod reliquum eſt Scotiæ inſulam reddant. Nam quod ſpacij ab ijs faucibus ad Mare Deucaledoniũ interjicitur,

*Fifa.* *Opida.* *Flumina.* *Gorea.* *Soli fertilitas.* *Anguſia.* *Vrbium nomina.* *Abreneathea.* *Situs.* *Marriæ.* *Situs.* *Abria.* *Soli fertilitas.* *Buchania.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Flumina.* *Boina & Ainia.* *Moravia.* *Soli fertilitas.* *Opida.*

SCOTIÆ REGNVM

DEVCALE DONIVS

OCEANVS

Pfouil skarre

C. Wrayght or Faro head.

Rona

HEBRIDES Insulæ,

quas Beda Meuanias vocat, nonnulli Eu: bonias Ptol. Ebudas, Plin. Hebudes.

ORCADES Insulæ The Yles of Orknay

Miliaria Scotica

M. A. R. E.

GERMANICVM

Vararis æstus Murray fyrth

Per Gerardum Mercatorem Cum priuilegio

interijcitur,fere Sinibus maris in Terram irrumpentis eſt interciſum. Quod ultra Neſſum,& fauces illas anguſtas eſt interjectum in quatuor provincias ſolet dividi,*Naverniam*,ſeu ut vulgo *Stranaverniam*,a fluvio Naverno dictam. Vltra oſtium *Neſſi*, qua Mari Germanico immergitur eſt *Roſſia*, in Mare promontorijs altioribus excurrens : quod & nomen ipſum indicat. *Ros* enim Scotis promontorium ſignificat. Ea tota longior eſt, quam latior. Nam a mari Germanico ad Deucaledonium porrigitur,qua in Montes attollitur aſpera,& incuſta:qua ſe in campos explicat,Frugum fertilitate nulli prope Scotiæ agro inferior. Valles habet amœnas piſcoſis amnibus irriguas : Lacus piſcoſos complures, ſed maximum omnium *Lubrum*. A Mari Deucaledonio littus paullatim ſe caſtigat, & in Orientem æſtivum reflectit. Ab altero littore Mare Germanicum inter rupium excelſarum ſcopulos iter ſibi pandens interius in ſinum ſe ſpatioſum explicat adverſus omnes tempeſtates Portum ſalutiferum, ac certum perfugium. Eſt enim ingredientibus non difficilis aditus,intus vero adverſus omnes Cœli,Mariſque injurias tutiſſima ſtatio,quantumlibet magnis claſſibus. Proxima Roſſiæ extremæ Septemtrionem verſus eſt *Navernia*,a *Naverno* amne appellata:quam vulgo propietatem ſermonis patrij ſecuti *Stranaverniam* appellant. Eam a Meridie Roſſia claudit,ab Occaſu & Septemtrione Mare Deucaledonium eam alluit,ab Oriente Cathaneſiam contingit.*Sutherlandia* his omnibus ita interjecta eſt, ut omnibus ſit finitima,atque ab aliqua regione Cœli eas contingat. Nam ab Occidente Stranaverniam,a Meridie & Oriente Roſſiam,a Septemtrione Cathaneſiam habet objectam. Cultores magis ex natura regionis paſcuo quam arvo diti. Nihil in ea quod ſciam ſingulare,niſi quod Montes candidi Marmoris habet,rarum in Regionibus frigidis miraculum,& prope in nullos uſus comparatum,quod nondum ejus affectatrix luxuria eo immigrarit. *Cathaneſia* ultima ad Septetrionem Scotiæ Regio eſt: qua in plaga ei Navernia occurrit : hæque duæ regiones Scotiæ latitudinem in frontem anguſtam contrahunt. In ea fronte tria attolluntur Promontoria. Altiſſimum in Navernia,quod Ptolemæo eſt *Orcas*,ſive *Tarvedrum* & *Tarviſium* :reliqua duo nequaquam æque ſublimia in Cathaneſia ſunt, *Vervedrum*,nunc *Hoia*, & *Betubium*,falſo Hectori Boëthio *Dume* appellatum,nunc *Dunis Bei* vulgo dicitur,alij *Duncans Bei* vocant. Ex hoc nomine aliquot literis exemptis vox *Dunis Bei* facta videtur. Ad radicem collis ſinus eſt permodicus, quo portu naviculæ ab Inſulis Orcadibus appulſæ utuntur. Sinus autem Maris vulgo *Bei* vocatur. Hic igitur ſinus cum *Duncani* vel *Donachi* ſinus a vicinis appellaretur,ex his vocabulis utcunque conjunctis ſermo popularis *Dunis Bei* effinxit. In hoc tractu Ptolemæus collocat *Cornavios*,cujus nominis adhuc veſtigia quædam reſtant. Arcem enim Comitum Cathaneſiæ vulgo *Gernico* vocant. Nam qui Ptolomæo, & exteris *Cornavij* ſunt, Britannis *Kernici* fuiſſe videntur. Nam cum non in hoc tractu modo,ſed in diverſiſſima Inſulæ parte,nempe in Cornovallia *Cornavios* ponat eoſdem, qui vetuſtum ſermonem Britannicum retinent adhuc *Kernicos* vocant. Ac fortaſſe non abſurde judicabit, ſiquis *Cornovallos* pro *Kernicovallis*, id eſt *Kernicis Gallis* dictos exiſtimaverit. Videntur & in media Inſula obſcura quidem illa, ſed hujus tamen nominis veſtigia remanſiſſe. Valli enim Severi initium ſcribit Beda non procul abeſſe a Cœnobio Kebercurnig, & monaſterij quidem illic nullum indicium in illis locis eſt relictum. Manet autem non procul illinc ſemidiruta Duglaſſiorum arx *Abrecornum* nomine. Horum autem vocabulorum utrumque,an alterum ſit a *Kernico* corruptum, lectori dijudicandum relinquo. Reſtat nunc ut de Inſulis Scotiæ aliquid dicamus. Recentiores Inſularum omnium, quæ Scotiam velut coronant tres fecerunt vel claſſes, vel ordines,*Occidentales*,*Orcadas*,*& Hetlandicas*. *Occidentales* appellantur quæ ab Hibernia pene ad Orcades in Mari Deucaledonio lateri Scotiæ Occidentali prætenduntur. Has alij *Hebrides*,alij *Aebudas*,alij *Mævanias*,alij *Beteoricas* appellarunt. Harum Incolæ in victu,veſtitu,totaque Rei domeſticæ ratione antiqua utuntur parſimonia. Opſonatio illis eſt venatus, & piſcatio. Carnem aqua in Omaſum, aut cæſi Pecoris pellem infuſa coquunt:in venationibus interim ſanguine expreſſo cruda veſcuntur. Pro potu eſt jus Carnium elixarum. Serum Lactis aliquot annos ſervatum in convivijs etiam avide bibunt. Id potionis genus *Blandium* appellant. Major pars aqua ſitim ſedat. Panem ex Avena & Hordeo (quæ ſola Frugum genera in illis Regionibus proveniunt) conficere non injucundum ex diuturno uſu peritia quadam adhibita conſueverunt. Mane ex eo paullum deguſtant, eoque contenti venantur : aut ſi quid aliunde operis eſt objectum uſque ad veſperum cibo abſtinent. Veſte gaudent varia ac maxime virgata: colores amant maxime purpureum,ac ceruleum. *Orcades* in Mari partim Deucaledonio, partim Germanico, ad Septemtrionalem Scotiæ partem ſparſæ ſunt. Harum de nomine inter Scriptores veteres & recentiores ſatis convenit. Rationem autem nominis nemo (quod adhuc ſciam inquit Buchananus) explicavit. Sed neque qui eas primi tenuerint, ſatis conſtat. Omnes Germanicæ originis eos fuiſſe tradunt: At e qua natione Germanorum advenerint, id non proditur. Si e ſermone conjecturam faciemus, & olim & nunc quoque vetere Gothica lingua utuntur. Sunt qui Pictos eos fuiſſe arbitrantur,hoc maxime argumento,quod fretum eos a Cathaneſia dividens, Picticum cognominatur : Pictoſque ipſos generis Saxonici fuiſſe exſtimant, Claudiani carmine maxime freti :

*Maduerunt Saxone fuſo*
*Orcades,incaluit Pictorum ſanguine Thule:*
*Scotorum tumulos flevit glacialis Ierne.*

At eorum refutari facile error poteſt, partim ex Beda Anglo-Saxone, qui cum quinque diverſis linguis a Britannis Dei laudes cani aſſeveret,unam ex eo numero Picticam eſſe ait. Quod ſi tum Saxonice Picti locuti fuiſſent, eam a Saxonica,(qua tum Angli incorrupta utebantur)non ſeparaſſet : partim quod in illis verſibus Claudianus diſerte Pictos a Saxonibus alios eſſe oſtendat: cum alteris Orcadas,alteris Thulen patriam eſſe affirmet: ſed undecumque ſunt oriundi, noſtra adhuc ætate lingua a Scotis & Anglis diverſa utuntur : & quæ a Gothica non multum diſcrepet. In convictu quotidiano multum e vetuſta parſimonia adhuc vulgus retinet. Itaque perpetua corporis,& animi ſanitate fere omnes fruuntur. Rari morbis,plærique omnes ſenio ſolvuntur : pluſque apud eos deliciarum ignorantia, quam apud alios Medicorum ars,& diligentia ad ſalutem tuendam prodeſt. Eadem Parſimonia & ad formæ elegantiam,& ad ſtaturę proceritatem plurimum facit. Frugum proventus eis exiguus eſt,præterquam Avenæ & Hordei,ex quibus eis & Panis & Vinum ſuppetit. Ex gregalibus Animantibus Oves, Boves & Capræ non infrequentes; unde multus eis Lactis,Caſei & Butyri eſt uſus: Aves marinæ innumeræ,ex his fere, & piſcibus victus eorum magna ex parte conſtat. Nullum ibi venenatum Animal,ac ne deforme quidem aſpectu apparet. Victus ratio Hethlandicis eadem, quæ Orcadenſibus: niſi quod juxta copias domeſticas paullo aſperior. Sed quum de his ſupra in Britannicarum inſularum deſcriptione egerimus; hæc paucula ſufficient,ut Scotiæ finem imponamus.

*Roſſia. Situs. Lacus.*

*Navernia Situs.*

*Sntherlandia.*

*Montes.*

*Cathaneſia.*

*Scotiæ inſulæ.*

# ANGLIA.

ALBIONIS Insulæ pars Meridionalior ac maxima *Anglia* Latinis dicitur : ab *Angria* regione Westphaliæ, vulgo *Engern*, ut nonnulli volunt. Alij ab angulo nomen inditum arbitrantur, quod Orbis sit angulus : alij ab *Angloen* Opido Pomeraniæ. Goropius Anglos ab *Angle* 1. hamo piscatorio deducit, quod, ut inquit ille, omnia sibi adhamarent & fuerint, ut Angli loquuntur, *Good Anglers*, 1. boni hamatores. Quæ sane conjectura risum potius, quam fidem meretur. Sunt qui ab Anglia Cimbricæ Chersonesi regiuncula, quæ *Engelond* 1. Anglorum Terra, ab Egberto Occiduorum Saxonum Rege indigitata fuit appellatam autumant : vel quasi *Engistland* 1. Engisti terra : qui se ducem his Saxonibus præbuit. Sed qui Engelberti, Engelhardi, & ejusmodi Germanicorum nominum etymologiam videt, facile etiam Anglorum notationem viderit. Hæc ab indigenis non uno nomine appellatur, idque etiam diversimode : in duas enim regiones eam dividunt. Pars ejus quæ Orientem & Mare Germanicum spectat ab Indigenis Anglis Saxonum populis, qui eam occuparunt sua lingua *Angliam* vel *England* nuncupant. Occidentalior vero pars, quæ ab hac. Sabrina & Dea fluminibus discernitur, & Britannica avitaque lingua utitur, *Wallia* vel *Walles*, a prædictis Anglis nominatur. Hi vero Britanni se ipsos antiquo vocabulo *Cambros*, & regionem *Cambriam* : Auglos vero *Saissons*, quasi Saxones & Regionem veteri nomine *Lhoegriam* dicunt. Termini ejus Septemtrionales Scoticam versus, sunt Tueda & Solveius fluvij: ad Meridiem est Gallia, & proprie dictus Oceanus Britannicus, ad Occasum Hibernia & Oceanus Hibernicus ad Ortum Germanicus. Longa est ccc 11 milliaria Anglica. Lata ccc, a Belerio nempe ad Cantium Promontorium. Aër hic quocumque anni tempore temperatus ac clemens : Cœlum crassum, in quo facile urbes, imbres, ventique coguntur, atque eo minus frigoris æstusque, propter ipsius Cœli densitatem. Compertum namque etsi Brabantia, Flandria. Cismarinisque Regionibus sit Septemtrionalior, numquam tamen ibi, uti his locis, tanto gelu sævire hyemes. Habet solum fœcundum frugiferumque & ab omni Frugum genere ita beatum, ut Cereris sedem fuisse dixerit Orpheus. Cui adstipulatur Mamertinus aut Belga orator qui Panegyricum Constantino dixit : ubi inter alia dicit: in hac segetum tantam esse fœcunditatem, ut muneribus utriusque sufficiat, & Cereris & Liberi: quo dicto non illam Vini proventu (quo caret) abundare ostendit, sed ita circumfluere Frugum copia, ut non ad panificium modo & alimentum annuum satis sit, verum etiam excoquendo Vino factitio Cervisiæque suppetat. Neque solum agros luxurioso ac primo Frumento, a Leguminibus supra modum scatentes habet : sed etiam cujusque generis materiam producit, præter Abietem, & ut Cæsar ait, Fagum; nunc tamen est passim Fagus quoque. Lauri non æque fœcunda est Thessalia. Rosmarinus vero tã copiosus, ut eo etiam ad sepes utantur. At Vinum non habet, cum vitis hic raro maturescat, & in hortis, magis umbræ, quam fructus gratia colitur. Fert item Aurum, Argentum, Cuprum, Ferrum, sed ejus exigua copia: Plumbum nigrum, & Plumbum album, id est Stannum in suo genere optimum in magna abundantia hic effoditur, & ad exteras gentes effertur. In Rupe. S. Vincentij, quæ ad Ortum Fluvio Avonæ imminet, magna eruitur Admantum copia, qui splendore quidem Indicos provocant, duritie cedunt. Apud Brigantes Gagates plurimus; qui si colorem requiras nigrogemmeus est; si quantitatẽ, nullius fere ponderis; si naturam, aqua ardet, oleo restinguitur; si potestatem, attritu calefactus applicata detinet. Enascitur hic inter cautes, ubi rimis dehiscunt, & priusquam expoliatur colore est subruffo, & æruginoso, expolitus vero nigro fulgore splendet. Cæterum de Britanniæ gemmis adeundus est Ammianus lib. xxiii. Colles hic plurimi, per quos Ovium greges errant, non tantum carnium delicijs, sed etiam vellerum tenuitate nobiles; frequentiam Ovium juvat Cœli quædam benignitas; terræque bonitas singularis; nam & in collibus vix arbores apparent, totaque regio Lupis est suo privilegio immunis : qui esse desierunt ex eo tempore quo Edgarus Rex Luduallo Walliæ Principi trecentos Lupos in singulos annos vectigalis nomine persolvendos imperavit, Nam postquam id tribus annis præstitisset, quarto destitit, professus, nullum se ulterius posse invenire. Hoc autem vellus vere aureum est, in quo potissimum Insulanorum divitiæ consistunt : nam magna Auri atque Argenti vis, a Negociatoribus ejusmodi imprimis coemendæ mercis ergo, in Insulam quotanuis undique apportatur. Omni etiam pecudum genere abundat, præterquam Asinis, Mulis, Camelis & Elephantis : Molossi nullibi gentium præstantiores, ferocioresque. Nusquam gentium major Cornicum multitudo genus Avium ibi maleficum : non enim modo maturas Fruges devorat, sed cum nascuntur, rostro semen evellit, sic ut agricolis necesse sit, per id tempus pueros locare per arva arcubus instructos (quando voce humana non deterrentur) qui eas abigant. Magna etiam Milviorum qui pullis insidiantur copia. Romani Britanniæ potiori parti quingentos pene annos imperarunt, a C. Cæsare scilicet ad tempora usque Theodosij junioris : cujus ætate Romanorum legiones & præsidia ad Galliam defendendam accersita, Britanniam insulam reliquerunt; quo factum est, ut Picti Scotique partem Australem invaserint; quorum impetum quum' diutius sustinere Britanni non possent, vocarunt e Germania Saxones, viros bello adsuetos, quorum opera initio adversus Scotos & Pictos usi sunt. Postea vero Saxones sive Cœli illecebris capti, sive Pictorum amicitia & familiaritate ducti, sive perfidia propria impulsi fœdus adversus Britannos cum Pictis iniverunt, domitisque & profligatis hospitibus, ipsi illorum loca invasere. Vnde & pars illa Britanniæ Anglia, ut supra vidimus, dicta est. Continet Anglia urbes plurimas, inter quas maxime excellunt, *Londinum*, *Eboracum*; *Cantuaria*, *Bristolia*, *Gloceſtria* sive *Glovernia*, *Salopia*, *Vigornia*, *Bathonia*, *Cantabrigia*. *Oxonia*, *Nordvicus*, *Zandvicus* cum multis alijs, quas in descriptionibus particularibus delineabimus. Flumina illustriora sunt *Tamesis*, *Humbrus*, *Trenta*, *Ouſa*, & *Sabrina*, de quibus suis locis. Oceanus autem qui Insulam alluit, omnis generis Piscium copia redundat; inter quos Lucius est, quem *Pike* vernacula lingua appellant, qui apud illos magno in precio habetur; eoque eum interdum ex paluſtri aqua in vivaria transferunt; ubi nidore illo opido purgatus; anguillis minutisque piscículis pastus mirandum in modum pinguescit, Hic (quod mirari quis debeat) in piscario foro vivus cum vendi debeat, si opus sit, ei cultro venter aperitur, ut illud pingue quod habet ostendatur : at si minus vendatur eo tamen vulnere affectus haud moritur, quippe plaga filo insuitur, ac statim post in vivario Tincarum glutinoso contactu sanatur. Sed Ostrea nec alibi delicatiora, nec plura. Portus vero Angliæ præcipui sunt hi : *Davernus* vulgo *Dovre*, qui est Comitatus Cantij extremus, ac colle munitur, arcemque habet tutissimam, omni armorum genere optime instructam : *Mountsbay* satis latus in Cornwallia, ubi tutissima est navium statio. Item *Volemouth* sive *Falemouth*, *Torbay*, *Southantonensis*, & alij. Angliæ *Rex* supremam potestatem & merum Imperium habet, nec in Impe-

*Regio. Nomena. quibus indatum.*

*Situs.*

*Cœli Temperies.*

*Soli fertilitas.*

*Animalium varietas.*

*Imperium Majorum.*

*Vrbium nomina Flumina. Mare.*

*Portus.*

*Ratio gubernandi.*

 rij clientela

ANGLIA
regnum
Miliaria Anglica parua.
5 10 15 20 25 30
SCOTIAE PARS
HIBERNIAE PARS
MARE HIBERNICVM
MARE VERGIVIVM
OCEANVS GERMANICVS
OCEANVS BRITANNICVS
GALLIAE CONFINIA
Belgij pars
Hollandiæ extrema
Zelandiæ pars
Mania insula
Anglesey insula
Nomina Caßiteridum
1 Sylley
2 Bryadk
3 Trystraw
4 S. Helene
5 S. Martin
6 S. Mary
7 S. Agnes
8 Aneth
Cassiterides olim nunc Syllyes & Sorlings insulæ
Seven stones
Per Gerardum Mercatorem Cum Privilegio.
Occidens
Oriens
Sep: 18 tentrio
Mer 18 dies

rij clientela eſt,nec inveſtituram ab alio quovis accipit,nec præter Deum,ſuperiorem agnoſcit.Ejus ſubditi vel ſunt Laici vel Eccleſiaſtici: item ſunt vel Nobiles vel Plebei ſunt vel majores: ut Duces, Marchiones, Comites,& Barones,qui vel hæreditario jure bis titulis gaudent, vel ijſdem virtutis ergo a Rege exornantur. Ducis autem nomen ſoli Regis Filio natu maximo hoc tempore convenit:quamvis olim plures hoc titulo inſigniti fuerint Nobiles minores ſunt Equites Aurati, Armigeri, & qui vulgo Generoſi & *Gentlemen* dicuntur: Generoſi,vel promiſcue nobiles ſunt,qui a natalibus clari,aut quos virtus aut fortuna e fæce Hominum extulit.*Cives ſive Burgeſſes* qui in ſua quilibet urbe publicis funguntur Muneribus & in Parlamentarijs Angliæ Comitijs locum habent: *Ingenui* ſive *Yeomen* ſunt, quos Legales Homines lex vocat, & ex agris, quos optimo jure tenent,quadraginta ad minimum ſolidos quotannis colligunt:*Opifices* autem ſunt qui mercede operam locant.Dividitur autem tota Anglia in Comitatus xxxix. Comitatus vero in Centurias(quæ in nonnullis Regni partibus *Wapentaches* a tractu armorum nominãtur) & hæ in decurias dividuntur.In his Comitatibus, difficilioribus temporibus, *Præfectus Regius* quem *Lieutenant* vocant,ne quid detrimenti Reſpublica capiat, conſtituitur.Singulis vero annis nobilis aliquis ex Incolis præficitur quem *Vicecomitem* quaſi vicarium Comitis & Anglice *Shiriffe* id eſt Comitatus Præpoſitum vocant: qui etiam Comitatus vel Provinciæ Quæſtor recte dici poteſt,Ejus enim eſt publicas pecunias provinciæ ſuæ conquirere, mulctas irrogatas vel pignoribus ablatis,colligere, & ærario inferre. Iudicibus præſto adeſſe,& eorum mandata exequi: duodecim viros cogere,qui in cauſis de facto cognoſcunt,& ad judices referunt(Iudices enim apud Anglos juris ſolum & nõ facti ſunt judices)condemnatos ad ſupplicium ducere & in minoribus litibus cognoſcere.In majoribus autem jus dicunt Iuſtitiarij, quos *Itinerantes* & *Iuſtitiarios ad Aſſiſas* vocant, qui quotannis hos Comitatus bis obeunt,ut de cauſis cognoſcant, & de incarceratis ſententiam ferant.Henricus ſecundus hos itinerãtes inſtituit vel potius reſtituit: hi jurant ſe cuilibet jus ſuum conſervaturos illæſum. Quod ad Eccleſiaſticam juriſdictionem attinet, duas nunc habet Anglia provincias. Archiepiſcopos item duos: *Cantuarienſem* totius Angliæ Primatem & *Eboracenſem*.Quibus ſubſunt xxv Epiſcopi: Cantuarienſi xxii: Eboracenſi tres reliqui. Angliæ,tribunalia ſive Iuris fora,quas etiam curias dicimus,in triplici ſunt differentia. Alia enim ſunt Eccleſiaſtica,alia temporalia, & unum mixtum, quod *Parlamentum* vocant, & tribus Angliæ Ordinibus conſtat & totius Angliæ corpus repreſentat. Hoc a Principe pro arbitrio indicitur ſummamque & ſanctam authotitatem habet in legibus ferendis, confirmandis, interpretandis,& in omnibus quæ ad Reipublicæ ſalutem ſpectant. Fora temporalia ſunt duplicia,juris ſcilicet aut æqui.Iuris ſunt,*Bancus Regius*, *Curia cameræ ſtellatæ*, *Bancus communis*, *Scaccarium*, *Curia Wardorum & Liberationum*, *Admiralij*, *Aſſiſæ*, alia quæ obſcura ſunt, omittimus. *Bancus Regius* ita dictus quod Rex ipſe in eo præſidere ſoleat,Coronæ placita tractat.*Camera ſtellata*,ſive potius Curia conſilij Regij in qua tractantur criminalia, perjuria, impoſturæ, dolus malus, &c. *Bancus communis*, quia communia placita inter ſubditos ex jure Anglico,quod commune vocant,in hoc diſceptantur,nomen habet. *Scaccarium* a Tabula quadrangula ad quam aſſidebant, nomen traxit, in eo omnes cauſæ audiuntur,quæ ad Fiſcum pertinent. *Curia Wardorum*, a pupillis quorum cauſas tractat nomen habet. Nam cum aliquis moritur, qui poſſeſſiones a Rege tenet, tam hæredes quam eorum patrimonium redituſque in Regis poteſtate & tutela ſunt, donec alterum & viceſimum ætatis annum compleverint. *Admiralij Curia* res maritimas tractat. *Aſſiſæ*, quas dicimus in quolibet Comitatu bis anno habentur, in quibus duo Aſſiſarum Iuſtitiarij ad hoc deputati cum Eirenarchis, ſive pacis Iuſtitiarijs comitati & de civilibus,& criminalibus cognoſcunt.Loca autem &tempora in unoquoque Comitatu edicto publico quindecim ante Aſſiſas diebus denunciãtur. Fora æquitatis ſunt *Cancellaria*,*Curiæ Requeſtarum*, Concilia in Limitibus Walliæ ex parte Boreali. *Cancellaria*,*a Cancellario*,qui ibi præſidet nomen traxit In hac ex æquo & bono judicatur,& ſummum jus quod ſumma crux videri ſolet,temperatur.*Requeſtarum Curia*,pauperum & regiorum famulorum cauſſas audit.

*Leges & inſtituta.*

Eccleſiaſtica fora præcipua ſunt *Synodus*,que *Convocatio Cleri* dicitur, ſemperque ſimul cum Parlamento habetur: & *Synodi Provinciales* in utraque Provincia.Poſt hęc Archiepiſcopi Cantuarienſis curiæ numerãtur, videlicet *Curia de arcubus* a loco ſic dicta, cui Iudex præeſt *Decanus de arcubus* appellatus qui ad omnium in Cantuarienſi provincia appellationes reſcribit. *Curia Audientiæ*, quæ omnes Provincialium querelas, cauſas & appellationes recipit. *Curia prærogativæ*,in qua commiſſarius de hæreditatibus ab inteſtato,ſeu teſtamento delatis,jus dicit. *Curia Facultatum*, in qua præfectus conſtituitur, qui deſideria cognoſcit eorum,qui Eccleſiaſtici juris quandoque rigidi atque ſtricti relaxationem petunt,& Regiſtrarius. qui conceſſas diſpenſationes in ſcripta refert.*Curia peculiarium*, ad quaſdam paparochias ab Epiſcopali juriſdictione in nonnullis Dioceſibus ſeparatas & Archiepiſcopo Cantuarienſi peculiares ſpectat. *Academiæ* in hoc Regno duæ ſunt nobiles *Cantabrigienſis* & *Oxonienſis* quibus additur tertia *Londinenſis*. Ingenia producit Anglia non infelicia neque ſterilia,viroſque doctos & omnium facultatum & ſcientiarum peritiſſimos habet,atque olim habuit.In hac ex Conſtantino Chloro & Helena genitus eſt Conſtantinus ille Magnus.Angli etiam fuerunt Anshelmus Cantuarienſis Epiſcopus,cujus ſcripta Theologica nõ pauca ſuperſunt.Alexander de Ales qui ſummæ Theologiæ libros iv edidit: Nicolaus de Lyra ordinis Fratrum Minorum, vir Hebraice, Græce atque Latine doctus, qui ante annos circiter cclxvii Commentarios confecit in utrumque Teſtamentum & pleraque rectius,quam qui eum ſequuti ſunt temporibus poſterioribus Monachi,interpretatus eſt.Gulielmus Occam doctor Scholaſticus, & Magiſtri Sententiarum celebris interpres, qui familiæ Occiſtarum nomen dedit. Beda ob vitæ modeſtiam Venerabilis cognomentum adeptus, Grece & Latine eruditus:Thomas Morus, alijque plurimi. Gens hæc procera ſtatura, venuſta & candida facie eſt, cæſijs ut plurimum oculis, & ut ſono linguæ Italis perſimiles, ita corporum habitu ac moribus ab illis pene nihil diſcrepant. Bello ſunt intrepidi, optimi ſagittarij, in pugna moræ impatientiſsimi,itaque prælia ipſorum impetu potius quam conſilio & ratione valent. Sed & navigatione pollent.

*Scholæ. Mores.*

*Victus.* Victus maxima ex parte in carne conſiſtit. Cereviſiam ex Hordeo conficiunt, potum ſapidum, gratum, jucundum.

*Veſtitus.* Hic in exteras etiam regiones aſportatur,Veſtimento non multum abſimili Gallico utuntur.Feminæ niveo candore inſignique forma quam longe decentiſsimo veſtitu honeſtant. Atque hæc quidem de Anglia in genere dicta ſufficient: reliqua in particularibus deinceps tabulis exponemus.

# ANGLIAE II TABVLA:

*Quæ continet Northumbriam, Cumberlandiam Comitatus & Dunelmenſem Epiſcopatum,*

GENERATIM quæ dicenda habuimus, de Anglia abſolvimus: poſtulat Methodus, ut ſpeciatim & per partes eam percurramus. Britanniæ ab ſe debellatæ citeriorem partem in Provinciam redactam, Romani varie diviſerunt, ut ſupra diximus. Saxones vero pro Pentarchia Romanorum fecerunt Heptarchiam, in ea ſunt *Cantium*, *Suſſexia*, *Aeaſtanglia*, *Weſtſexia*, *Northumbria*, *Eaſtſexia*, & *Mercia*. Hodie in Comitatus (quos vel *Conventus* vel *Pagos* proprie & Latine voces) Angli peculiari vocabulo *Shyres* appellant, diſtribuitur. Ac primum anno a Chriſto nato CIↃXVI Ethelredo regnante tantum XXXII numerabantur: deinde ſub Guilielmo primo XXXVI. Poſtea tres in numerum additæ XXXIX Comitatuum numerum compleverunt, qui hodie in Anglia obtinet. Quibus accedunt XIII plures in Walia, quorum ſex fuerunt tempore Edwardi Primi, reliquos Parlamentaria authoritate conſtituit Henricus Octavus. Hoſce autem Comitatus ſeu Partes Angliæ cum nonnullis Inſulis Mercator noſter VI Tabulis luculenter expreſſas exhibet. Harum omnium Tabularum, quo ordine, ab authore noſtro proponuntur, delineationem, quam poterimus fideliſſime proponemus. Offert ſe primo loco *Northumbria*, vulgo *Northumberlant*, Trianguli ſed non æquilateri figura quodammodo incluſa jacens. Meridionale ejus latus *Dærwentus* in Tinam influens, & ipſe Tina claudit, qua Dunelmenſes ſpectat. Orientale latus Mari Germanico pulſatur. Occidentale vero quod ab Occaſu brumali in Ortum æſtivum primum concatenatis montibus, inde *Tweda* flu. protrahitur, Scotiæ obvertitur, regionumque limes eſt. Terra ipſa magna ex parte aſpera eſt, ac cultu dura. Ad mare & *Tinam* adhibita mediocri cultura ſatis eſt colono grata, alibi vero multo ingratior, & quaſi horridior. Plurimiſque in locis lapides illi *Lithanthraces*, quos *Sea-coales* Angli vocant, magna copia effodiuntur. Hæc autem provincia ab Oſca Hengiſti fratre, & Filio ejus Iebuſa in Soxonum poteſtatem redacta, primum ſuos duces clientelari jure Cantij Regibus obſtrictos habuit. Inde cum Regnum Berniceorum conſtitutum eſſet, quod a *Teſi* ad Scoticum fretum pertigit, pars ejus optima fuit, paruitque Nordanhumbrorum Regibus, qui cum ſuam periodum confeciſſent, quicquid ultra Tuedam erat, in Scoticum nomen ceſſit; hunc autem agrum Egbertus Orientalium Saxonum Rex ſuo imperio per deditionem adjecit. Alfredus poſtea Danis permiſit, quos Athelſtanus pauculos poſt annos exturbavit, Eilricum tamen Danum populus poſtea in Regem extulit, quem Ealdredus Rex ſtatim expulit: Deinceps vero regium nomen in hac provincia deſijt, comiteſque qui præfuerunt, dicti ſunt. Incolę bellicoſiſſimi ſunt & velites optimi. Cumque omnino Marti ſe quaſi conſecrarint, non eſt inter eos quiſpiam melioris notæ, qui ſuam turriculam, aut munimentum non habeat, & quam plurimos olim Baronum titulo honorarunt Reges etſi tenuioris fortunæ, ut militarem virtutem vel honore inter eos conſervarent. Eſt in Northumbria urbs *Newcaſtle*, portu nobilis, quem Tina efficit ſua profunditate naves valde magnas admittens, & ita defendens, ut nec tempeſtatibus facile jactari, nec vadis aflictari poſſint. Quodnam olim fuerit in comperto non eſt. Cum Normannicum imperium inciperet, a Monachis *Monkeceſter* vocabatur, ſtatimque a Novo Caſtro, quod Robertus Guilielmi Normanni Filius extruxit, hec novum nomen *Newcaſtle* induit, magnaque paullatim incrementa cum maritimis Germanis contrahendo, & foſſiles carbones quibus Regio abundat, in alias Angliæ partes ſubvehendo cepit. Eſt & ultimum Angliæ, & munitiſſimum totius Britanniæ opidum *Berwick*. Quod nomen a Berengario Duce, quem ſomniarunt deducunt aliqui. Lelandus ab *Aber*; quod oſtium Britannis ſonat, ut *Aberwic* vicum ad oſtium ſignificaret. Vndecumque vero nomen habet, ſitu longius in mare porrigitur, ita ut mari & *Tueda* fere circumvalletur; & alia. Suntque hic multi vici, arces & caſtella plurima, quæ brevitatis cauſa omittimus. Fluvij hic ſunt *Tina Auſtralis* & *Borealis* (qui ſic dictus quod in arctum coëuntibus ripis conſtringitur; hoc enim *Tin* Britannica lingua ſignificare affirmant nonnulli.) *Auſtralis* ex Cumbria æditus, prope *Alſtenmore* ubi antiqua eſt fodina æraria, cum aliquamdiu ſe in Septemtriones provolverit. in Ortum converſus, recta cum muro Pictico procurrit *Tina Borealis* e limitaneis montibus, ſociatus *Redo* fluvio infeſto qui ad *Redſquier* præruptum montem effuſus *Rhedeſdale*, *i. vallem Redi*, laudatiſſimorum velitum altricem rigat. Infra *Collerford*, uterque Tina confluit, qui jam auctus ſubindeque auctior, uno alveo urget ad Occanum iter. *Tueda* Angliam a Scotia longo ſpatio diſcludit, limeſque Orientalis dicitur. Vnde Nechamus:

*Anglos a Pictis ſejungit limite certo*
*Flumen, quod Thuedam priſtina lingua vocat.*

Hic fluvius copioſa ſcaturigine, e Scotiæ montibus erumpens inter limitaneos equites, diu tortuoſus errat. Vbi vero proxime *Carram* vicum acceſſerit, multis aquis convaleſcens regnorum collimitia diſcriminare incipit, ac tandem *Tillo* recepto in Mare Germanicum ſeſe exonerat. Sunt & alij, ut *Coqueda*, *Alaunus*, *Blithus*, & *Wanſpeth*, quos omitto, ad ſecundam partem tranſitum faciens. Ea eſt *Cumbria* vulgo *Cumberland*; Hæc Weſtmorlandiæ ad Occaſum præjacet, ultima in hac parte Angliæ provincia, utpote quæ ipſam Scotiam ab Arcto attingit. ab Auſtro & Occidente Hibernico Oceano pulſata, ab Ortu vero ſuper Weſtmorlandiam Northumbriæ contigua. Nomem ab Incolis traxit, qui veri & germani Britanni fuerunt, & ſe ſua lingua *Kumbri* & *Kambri* indigitarunt. Terra autem quamvis ob Septemtrionalem ſitum frigidior, & ob montes aſperior videatur, ſua tamen varietate perluſtrantibus arridet. Poſt verrucoſas enim rupes, & confertos Montes, quibus Lacus interjacent, ſuccedunt pabuloſi colles gregibus referti, quibus rurſus ſubſternuntur porrectæ planities frugibus ſatis fœcundæ. Labente Romanorum in Britannia imperio, quamvis hæc Regio a Scotis, & Pictis graviſſime dilacerata fuerit, Britannos tamen primævos Incolas diutiſſime ſervavit, & fero in Saxonum poteſtatem devenit. Cum autem Saxonum res Danicis bellis acciſa præceps iret, ſuos Regulos qui Cumbrorum Reges dicebantur, ad annum Domini CCIↃXLVI habuit, quo tempore Rex Edmundus Cumbriam totam cunctis opibus ſpoliavit, ac duobus filijs *Dummaili* ejuſdem provinciæ Regis oculorum luce privatis Regnum illud Malcolmo Scotorum Regi, de ſe tenendum conceſſit, ut Aquilonares Angliæ Partes terra ma-

*Northumbria. Situs.*

*Soli qualitas.*

*Imperium Majorum.*

*Minorum virtus.*

*Vrbes.*

*Flumina.*

*Cumbria. Situs.*

*Soli qualitas.*

*Imperium Majorum.*



riique ab

# NORTH VMBRIA, CVMBERLANDIA, ET DVNELMENSIS Episcopatus.

Miliaria mediocria Angliæ

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

rique ab hoſtium adventantium incurſione tueretur. Ex quo tempore filij Regum Scotiæ ñatu maximi Cumbriæ præfecti aliquandiu dicti fuere. Normannis autem Anglia dedita, hæc etiam pars in illorum manus conceſſit, *Ranulphoque de Meſchines* obtigit. Sed Stephanus Rex, ut Scotorum gratiam iniret, illis denuo reddidit, ut clientelari jure a ſe & Regibus Angliæ tenerent. Henricus autem ſecundus qui ſucceſſit cum hanc profuſam Stephani liberalitatem ſibi, & ſuo Regno fraudi fuiſſe ſenſiſſet: Northumbriam, Cumbriam & Weſtmorlandiam a Scoto repetijt. Qui prudenter conſiderans Regem Angliæ in hac parte cum potentia virium, tum merito cauſæ præſtare, ei prænominatos fines repetenti cum integritate reſtituit, & ab eo viciſſim Comitatum Huntedunenſem priſco ſibi jure cõpetentem recepit. *Vrbes.* Eſt in hac Provincia optima & oportuna poſitione urbs vetuſtiſſima *Carlile*, a Septemtrione profundo Itunę alveo, ab Ortu *Peterillo*, ab Occaſu *Cauda* munita, & præter hæc naturæ defendentis munimenta, firmis mœnibus e ſaxo quadrato, caſtello & *Citadella* quam vocant, armata. Romani, & Britanni hanc *Lugu-Vallum*, & *Luguballium*, ſive *Luguballiam*, Saxones teſte Beda *Euell*, Ptolemæus (ut nõnullis placet) *Leucopibiam*, Angli *Carlile*, & Latini *Carleolum* recentiori vocabulo dixerunt. Romanis tẽporibus hanc floruiſſe varia antiquitatis indicia ſubinde eruta, & celebris ejus tunc temporis memoria ſatis affirmate loquuntur. Sunt & alia Opida *Keſwike*, *Wirkinton*, *Bulneſſe*, *Perith*, ut vicos *Lacus.* & arces ſilentio præteream. Atque hic ager 58 Parochiales Eccleſias numerat. Habet præterea Lacus omni volatiliũ *Flumina.* genere abundantes. Fluvios item, inter quos *Irton* amniculus in quo conchæ cum rorem, quem veluti maritum appetunt, oſcitatione quadam hauſerint, fiunt gravidæ, Margaritaſque pariunt, quas accolæ cum reſederit aqua venantur. *Mare.* Eſt & *Derventio*, *Cokarus*, *Olenus*, ſive *Elenus*, *Eiden* atque alij, piſcibus abundantes. Ad hæc Oceanus, qui ad littus alliditur, Piſcium optimorum examina alit, & negligentiam accolis quaſi exprobat, quod minus gnaviter piſcaturam *Montes* exercitant. Montes hic conferti Metallis gravidi, inter quos montes *Dertwentfels* vocati, in quibus ad *Newland* Æris venæ opulentæ non ſine Auro & Argento noſtro tempore ſunt repertæ. Cæſar ſi has fodinas noſſet, Britannos importato Ære uti, non ſcripſiſſet, cum hæ & aliæ ætariæ non ſolum univerſæ Angliæ ſufficiant, verum etiam magna vis quotannis exportetur, hic etiam reperitur terra illa metallica, ſive Saxum induratum & micans, Anglis *Blacke leade* dictum, quo ad ducendas lineas, & monochromata pictores utunrur. Superiorem hujus regionis partem interſecat qui nullo modo tacendus eſt, murus ille celeberrimus, Romanæ provinciæ limes ſive Cluſura, Cxxii milliũ paſſuum longitudine, Severi opus qui ut ait Oroſius, *partem Inſulæ a cæteris indomitis gentibus vallo diſtinguendam curavit.* Itaque magnam foſſam firmiſſimumque vallum crebris Turribus communitum per cxxii Mill. Paſſ. a Mari ad Mare duxit. Spartianus: *Brinanniam quod maximi ejus Imperij decus eſt, Muro per tranſverſam Inſulam ducto utrimque ad finem Oceani munivit, unde & Britannici nomem accepit.* Meminere ejuſdem Valli Antonius in Itinerario, Aurelius Victor, Dion, Eutropius, Euſebius in Chronico, & alij. Eum Beda viii pedes ſatum, & duodecim altum fuiſſe ſcribit, recta ab Ortu in Occaſum linea: cujus non ſolum veſtigia ſed etiam fragmenta in longa ſpatia porrecta & tantum pinnis nudata extant, hodieque conſpiciuntur, ut teſtatur, Camdenus. Supereſt in hac Tabula Eſpicopatus Dunelmenſis, *Epiſcopatus Dunelmenſis.* vulgo *the Biſhoprick of Durham*, ſive *Dureſme*, qui Eboracenſibus ab Septemtrionem confinis in trianguli ſpeciem efformatur, cujus apex ad Occaſum coëuntibus ibi Septemtrionali. limite & *Teſis* fontibus figuratur. Latus quod Meridiem ſpectat, continuo *Teſis* decurſu terminatur; alterum, quod Boream, primum brevi ab apice linea ad *Derwentum* flumen, inde *Derwonto* ipſo, & *Tina* flu. cum *Derventum* admiſerit, deſcribitur. Baſim vero trianguli, quæ Ortum reſpicit, ora maritima affingit, quam magno fremitu Oceanus Germanicus graviſſime pulſat. Qua in apicem co arctatur, campi ſunt nudi, ſylvæ raræ, colles glabri, ſed non ſine Ferri venis, convalles autem ſatis graminoſæ; Angliæ enim Appenninus, hunc angulum interſecat. Ad Orientalem autem partem, ſive trianguli baſim, uti etiam ad *Soli qualitas.* latera, culturæ Terra eſt perquam grata, reddituſque cum agricolarum labore contendunt, pratis, paſcuis, arvis diſtincta, & carbone foſſili quo pro ignis alimento paſſim in Anglia utuntur, copioſa. Totam hanc regionem cum alijs etiam vicinis *S. Cuthberti terram* ſiue *patrimonium* vocant in ſuis ſcriptis Monachi. Sic enim vocarunt illi, quicquid ad Dunelmenſem ſpectavit Eccleſiam, cujus Cuthbertus quaſi patronus habetur, qui in prima Saxonicæ Eccleſiæ infantia, vitam tam ſancte, & integre peregit, ut inter Divos relatus fuerit. Regeſque Angliæ, & proceres, tutelarem illum fuiſſe Divum contra Scotos arbitrati, non ſolum corpus ejus ſæpenumero inviſerunt; ſed etiam ampliſſima latifundia donarunt, plurimaſque immunitates irrogarunt. Egfridus Rex magnos reditus in ipſa urbe Eboraco, *Crecam* & *Luguballiam* civitatem ipſi Cuthbertho vivo dedit. Alfredus Rex, & Gutrunus Danus, quem ille Nordanhumbris præfecit, *poſtea totam inter* Were *flu.* & Tinam (libri antiqui verbis utor) *Cuthberto & in ejus Eccleſia miniſtrantibus perpetuo poſſeſiones jure largiti ſunt, ex qua illis ne inopia laborarent, vitæ ſubſidia procurentur* &c. Edwardus, Athelſtanus Reges, & Cnuto, ſive Canutus Danus, hæc non modo confirmarunt, ſed etiam auxerunt: nec minus Guilielmus Normannus, a cujus ſtatim tempore Comitatus Palatinus judicatus eſt. Et Epiſcopi tanquam Comites Palatini ſigillo inſculpſerunt militem Cataphractarium phalerato equo inſidentem, altera manu gladium vibrantem, altera inſignia Epiſcopatus prætendentem cum Inſcriptione *Crux veritati Comes*: Iuraque ſua regalia habuerunt Epiſcopi, adeo, ut proſcriptorum bona illis non Regi cederent, & ipſa plebs immunitatibus elata merere in Scotia ſub-rege recuſarit. Verum Edwardus primus has libertates primus præcidit. Iura tamen ſua poſtea recuperavit Eccleſia, illæſaque tenuit uſque ad Edwardum vi, cui diſſoluto Epiſcopatu, omnes ejus reditus, & libertates, Ordines in Parlamento conceſſerunt. Sed ſtatim Maria Regina eadem authoritate hanc conſtitutionem refixit, & omnia ſarta tecta Eccleſię reſtituit, quibus hodie gaudet. Sed his omiſſis ad reliqua ſtylum converto. Pri-*Vrbes ſive Opida.* maria hujus regionis urbs Saxonibus *Dunholm*, latinis *Dunelmum* dicta, vulgus *Durham* corruptiſſime vocat. Situ quidem æditiori & ſane munitiſſimo, ſpatio tamen non magno, ovali quodammodo forma flumini ab omni parte niſi a Septemtrione circumfunditur & mœnibus armatur. Ad auſtralem partem fere qua flumen ſe reducit, Cathedralis Eccleſia ſurgit pyramidibus & ſacra turre conſpicua, in medio eminenti tumulo imponitur caſtrum quodammodo intermedium inter duos pontes a ſaxo, quibus *Vedra* flu. hinc ad Ortum, illinc ad Occaſum conjungitur; a caſtro ad Septemtriones patet forum & S. Nicolai cernitur Templum. ſunt hic præterea opida, *Standrope*, *Derlington*, *Hartlepole*, *Bincheſter*, & *Cheſter vpon the ſtreete* cum multis vicis atque arcibus. Numeranturque in hoc a-*Flumina.* gro & Northumbria Eccleſiæ Parochiales cxviii, præter ſacella plurima. Flumina hic ſunt primum *Tees* Latinis *Teiſis* & *Teiſa*, Polidoro *Atheſis*. Ptolemæo *Tueſis* appellari videtur Camdeno, apud quem librariorum incuria exulare exiſtimat. Hic fluvius e ſaxeto illo *Stanemore* erumpens, raptiſque ſecum multis undique torrentibus, per rupes fluens e quibus ad Egleſton Marmora cæduntur, ac deinde multa loca alluens, tandem amplo oſtio in Oceanum ſe ejicit, unde Trianguli baſis ad oram maritimam inchoatur. Item *Vedra*, *Gaunleſſe*, *Terwentum*. Atque hec de hiſce tribus Partibus dicta ſufficient, ad reliquas pergimus.

# ANGLIAE III TABVLA

*Sequentes continens Comitatus, & Westmorlandiam, Lancastriam, Cestriam, Caernarvan, Denbigh Flint, Merionidh, Montgomery & Salopiam, cum Insulis Mannia & Anglesey,*

AD tertiam Tabulam venio, in qua primum sese offert *Westmorlandia*, ab Occasu & Arcto Cumberlandia, ab Ortu Eboracensi & Dunelmensi agro terminata : sic dicta quod magna ex parte inculta sit. Loca enim inculta, *Mores* Anglis Septemtrionalibus, & *Westmorland* nihil aliud est Anglis, quam inculta ad Occasum Regio. Pars Australior, angustiori spatio inter *Lonum* flu. & *Winandermere* concluſa satis ferax in vallibus, licet suas asperas glabrasque cautes ostendat, & *Baronia de Kendal* dicitur. Deinceps supra *Loni* fontes latius se explicat Regio, multisque gyris, & flexibus Montes excurruut, quibus, inter jacent alicubi convalles prærupta altitudine, crebris locis speluncarum in modum subruptis. Westmorlandiæ Dominus primus quod sciam ( inquit Camdenus ) fuit Robertus de *Veteri Ponte*. Huic successit Filius *Ioannes*, atque illi itidem filius *Robertus*, qui duas solummodo filias suscepit. Longo post tempore Richardus II *Radulphum de Nevil*, Dominum de *Raby* virum summæ & vetustissimæ nobilitatis Anglicæ ab Vcthredo Northumbriæ Comite oriundum primum Westmorlandiæ Comitem creavit cujus posteri eo honore floruerunt ad quintum usque Comitem *Carolum*. Opidum hic primarium *Aballaba*, nunc *Apelby*. Sola hujus vetustas & positio est suspicienda. Nam ita infrequens est ineleganti structura, ut nisi vetustate meruisset primarium Regionis censeri Opidum, & juridicos conventus in suo castro habere, parum admodum a vico abesset. Est etiam frequētissimum Opidum *Kandale*, Lanificij gloria & industria celeberrimum. Atque in hoc Comitatu XXVI paroeciæ numerosæ habentur. Fluvij sunt *Lonus*, *Ituna*, *& Eimotus*, *Lancastria* vulgo *Lankashire*, & *the County Palatine of Lancaster*, quod sit Comitatus Palatini titulo insignis. Sub montibus, qui per Angliam mediam procurrunt, jacet ad Occasum. Inter Eboracenses ab Ortu, & Hibernicum Oceanum ab Occasu ita includitur, ut ab Austro qua Cestrenses respicit, (a quibus *Mersēio* flu. dirimitur) sit latior, sensimque in Boream procedens, qua *Westmorlandiæ* confinis, coarctetur. Ibique maris sinu abrumpitur, suique partem non exiguam ultra Sinum habet, quæ Cumberlandiæ adjacet. Vbi in campos æquatur, Hordei & Tritici satis est fertilis, ad Montium radices avenæ fertilior, ubique solo tolerabili, nisi uliginosis quibusdam, & minus salubribus locis, qui tamen hæc sua incommoda commodis resarciunt uberioribus. Abrasa enim superficie cespites ad ignis fomitem, & nonnumquam arbores, quæ diu defossæ jacuerunt, præbent, Inferius vero margam ad stercorandos agros affatim alicubi suppeditant. Boves proceris cornibus & composito corpore excellunt, nihilque quod Mago Cathaginensis apud Columellan requirit in ijs desideres. Provincia hæc primum *Dominos*, qui *Domini de honore Lancastriæ* dicebantur, habuit : deinde Comites, tertio Duces. De quibus consule Camdenum. Ad urbes transeo, inter quas primo loco occurrit pervetus illud opidum *Manchester*, *Mancunium* & *Manucium* variante lectione Antonino. Hoc circumvicinis Opidis præcellit suo ornatu, frequentia, lanificio, foro, Templo & Collegio. Est & *Ormeskirke* mercarorium Opidum, sepultura Stanleiorum Derbiensium Comitum insigne. Et *Lancaster* præcipuum regionis Opidum, quod Incolæ verius *Loncaster* vocant : a *Lono* enim fluvio nomen assumpsit. Hanc urbem illam fuisse existimat Camdenus, quæ Romanis *Alonæ* & libro Notitiarum *Alione* dicta : Qui tribunum cohortis tertiæ Nerviorum ibidem constituit : distanstia enim utrimque suffragatur. Atque hic paroeciæ XXXVI sed valde populosæ recensentur. Plurimi hic Lacus & Paludes, inter quas *Merton* palus, & Lacus totius Angliæ maximus nunc *Winander Mere* pisce sibi peculiari accolis *Chare* dicto, fœcundus. Fluvij *Mersejus*, *Idwellus*, *Dugleße*, *Ribellus*. *Wyre Laccus*, *& Lonus* qui ex VVestmorlandiæ montibus scatens, in Austrum ripis impeditioribus, & inæquali alveo delapsus accolas æstivis mensibus opima Salmonum piscatione ditat. Montes hic plurimi, ijque æditissimi, inter quos ille qui *Iugleborrow hill*, quem vasto dorso in occidentem solem gradatim quasi ascendentem, & in sui extremo alio quasi imposito colle evectum demirati sumus, inquit Camdenus. *Penigent* fortasse ab albicante, & nivoso capite, qui vasta mole, sed non perinde excelsa attollitur. Denique *Pendle hill* sublimi admodum fastigio in metæ modum erigitur, damno quod subjecto agro jampridem intulit maximam aquarum vim eructans, & certissimo pluviæ indicio, quoties ejus vertex nebula vestitur, insignis. *Cestria* sequitur vulgo *Chesshire*, & *the Countie Palatine* of *Chester*, quod ejus Comites jura Palatina habuerint. Ab Austro agro Salopiensi, ab Ortu Staffordiensi & Derbiensi, a Septemtrione Lancastrensi, ab Occasu Denbingensi & Flintensi circumscribitur, ad Circium vero Chersoneso longius in altum abit, quæ inter duos sinus concluſa utrumque insinuantem Oceanum admittit, in quos etiam sinus omnia hujus agri flumina conveniunt Regio Farris & maxime Tritici jejuna, & inops, Pecoris & Piscium ferax. Vrbs hic clara quam Ptolemæus *Deunanam*. Antonius *Devam*, a flumine, Angli *Chester*, & *Westchester* vocant. Vrbs hæc quadrata forma, mœnibus quę duo plus mill. pass. ambitu colligunt, includitur ; ad Lybonotum castrum eminet prope flumen a Comitibus constructum, ubi fora Palatinatus bis quotannis habentur. Ædificia sunt nitida, & projectis Mænianis porticus utrimque per primarias plateas ducunt. Sunt prætera Opida, *Finborrow* & *Condate* nunc *Congleton*. Habetque paroecias plus minus LXVIII hic Comitatus. Fluvij hanc regionem interluunt, *Deva* Anglice *Dee*, Salmonibus admodum ferax e duobus in VVallia fontibus enascitur, unde denominatum credunt. Præterea *Wever*, *Mersey* & *Danus*. *Caernarvonshire*, Historicis Latinis *Snaudonia* & *Arvonia*. Latus Septemtrionale & Occiduum Mari objacet, Australe claudit Merionithia, & Orientale Denbighiensis ager Conovio flu. interlabente. Qua mare prospicit gleba est satis fertili, Opidulis redimita. In hac præter alia Opida est *Bangor* sedes Episcopalis quæ XCVI parochijs præsidet ad Menai Freti fauces sita. Est etiam fluvius *Conovius* vulgo *Conwey*, qui ab Ortu hunc agrum disterminat, atque Conchas alit, quæ cœlesti rore gravidæ margaritas parturiunt. Interiora hujus Comitatus montosa, aspera, clivosa. Alpes Britannicas montes hosce merito appelles, inquit Camdenus. *Denbigensis ager*, Anglis *Denbigshire* interius a Mari recedit, & in Ortum usque ad Devam flumen procurrit. A Borea aliquamdiu Mare, inde Flintensis regiuncula, ab Occasu Merionithia & Montgomeria, ab Ortu Cestria & Salopia circumcingunt. Pars occidua sterilis, media qua in vallem succumbit fœcundissima, Orientalis statim a valle naturam sibi iniquiorem, ad Devam vero multo æquiorem sentit

*Westmorlandia.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Imperium Majorum.* *Opida.* *Flumina.* *Lãcastria* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperium Majorum.* *Opida.* *Lacus.* *Flumina.* *Montes.* *Cestria.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Vrbes.* *Flumina* *Caernarvonshire.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Montes* *Denbigia.* *Situs.* *Soli qualitas.*


WEST:
MORLANDIA, LAN
CASTRIA, CESTRIA,
CAERNARVAN, DENBIGH,
FLINT, MERIONIDH,
MONTGOMERY, SA:
LOPIA
Cum insulis
MANIA ET AN:
GLESEY.
Miliaria Mediocria
Angliæ
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio
Septentrio
Meridie
Occidens
Oriens
MANIA
WESTMORLAN
DIA
EBORACVM
LANCAS
TRIA
CESTRIA
DENBIGH
MERIONIDH
MONTGOMERY
CARDIGAN
RADNOR
HEREFORDIA
STAFFORDIA
WIGORNIA
DERBIA
CVMBERLAN
ANGLESEY
CAERNARVAN

*Opida.* In hoc autem agro eſt vallis *Cluidæ*,amœnitate,fertilitate,& ſalubritate vere felix,in qua *Ruthun* maximum eſt vallis Emporium. Deinde territorium, Britannice *Mailor Gimraig*, Anglis *Bromfield* lætum admodum & Plumbi ferax. Primarium hujus tractus Opidum *Denbigia*, vulgo *Denbigh*,& *Cluida* fluvius,*Flintenſis* provinciola Anglis *Flintſhire*. *Flintſhire. Situs. Soliqualitas.* re, Denbighienſi agro ad Septemtrionem longior quam latior præjacet, Hibernico mari, ſeu potius Deva æſtuario ab Arcto pulſata,ab ortu Ceſtrienſi Comitatu, ab alijs plagis Denbighenſi finita. Hæc non quidem montana, ſed collium prominentia aliquamtulum ſurgens,quæ leniter in fertiliſſimos agros reſupinatur,qui præſertim qua Mare proſpiciunt,primo quoque anno nonnullis in locis Hordeum,alijs Triticum,in univerſum Secale viceſimo & ſupra fœnore, & poſtea Avenam in quatuor aut quinque annos profundunt. Eſt hic Opidum *S. Aſaph* Anglis,ubi Epiſcopalis eſt ſedes,cui paroeciæ ſubſunt multæ: & *Ruthlan* caſtello egregio nitens. Hic etiã *Alen* fluvius,prope quem Fons *Merionithia. Situs. Soli qualitas.* eſt qui Maris æmulus ſtatis temporibus ſuas & revomit & reſorbet aquas. *Merionetſhire*, Latine *Mervinia* a Montgomerico pago ad ſinum uſque Lunatum & Oceanum pertingit,quo ab Occaſu ita pulſatur,ut nõnullam ejus partem abripuiſſe credatur. Ad Meridiem Devo flumine a Ceretica dirimitur,ad Septemtriones Caernarvoniam, & Denbighiam attingit. Ipſa vero inter Montium conglomerationes omniũ totius VValliæ Terrarum hilpida magis & horribilis. *Opida. Montes* Opida hic rara, *Harlech* autem caſtrum eſt munitiſſimum,atque hujus regionis primarium: ſuntque Æſtuaria duo celeberrima *Traith maur* & *Traith Bocham*, id eſt Æſtuarium majus,& minus. Montes habet altiſſimos,arctos tamen & in modũ arcis acutiſſimos,nec raros quidem,ſed creberrimos,& tanta æqualitate confertos,ut in ſummis eorũ verticibus paſtores confabulantes,vel convitiantes,ſi concurrere forte ſtatuerint a mane ad veſperam vix conve- *Animaliũ varietas. Montgomeria, Situs. Soli fertilitas. Sabrina.* nirẽt. Numeroſi Ovium greges in his montibus errant,nec eſt ullum a Lupis periculũ. *Montgomeryſhire* ad Meridiem Ceretica & Radnoria, ad Ortum Salopia, ad Boream Denbigia, & ad Occaſum Merionithia circumſcripta licet montibus plurimum emineat, convallibus tamen grata fœcunditate, cum arvis, tum paſcuis utique fœlix eſt, laudatiſſimorumque Equorum fœcunda olim genitrix;*qui*,ut habet Giraldus, *nobilem picturæ formam protrahente natura tam membroſa ſua majeſtate,quam incomparabili velocitate valde commendabiles fuerunt.* Primarium hujus regionis Opidum *Montgomery*,ſurgenti ſaxo,cui amoena planicies ſubjacet a Balduino limitis VVallici Præfecto cõſtructum. Eſt & *Lanuethlin*,Opidum mercatorium. Hic eſt *Sabrina* ſecundum a Tameſi Britanniæ flumen, *Severne* Angli indigitant. Hic ſtatim a Fonte ita crebris incurvus flexibus agitur, ut ſæpe reverti credatur, procurrit tamen, ſeu potius lentus pervagatur hunc agrum, Salopienſem, Vigornienſem, & Gloceſtrenſem, vitalemque humorem glebæ ubique ſuppeditans in Sabrinianum Fretum ſe tandem placide exonerat. Hic etiam *Plinlimon* mons in eximiam exur- *Plinlimon Mons. Salopia. Situs. Soli fertilitas. Opida* gens altitudinem,qui *Sabrinam* flumen. de quo modo diximus, effundit. *Salopia* ſive *Comitatus Salopienſis*, Anglis *Schroppſhire*.ad Ortum Staffordienſes,ad Occaſum Montgomerienſes,ad Meridiem Vigornienſes,& ad Septemtrionem Ceſtrenſes attingit. Ampla regio,fertilis & amœna. Opidis & caſtris undique ſtipata eſt frequentiſſimis, utpote quæ limitanea fuerit. Inter quæ hujus agri urbs longe clariſſima ex antiqui Vriconij occaſu exorta, quam Angli *Shrewsbury* dicunt; Latini *Salopiam*. Collem occupat ſubrufeſcentem, Sabrinaque duobus pontibus pulcherrimis pervius, ſe fere in circulum ducens, ita,incingit,ut Iſthmo perexiguo debeat,quod non ſit Inſula. Nec Natura ſolum munita,ſed etiam arte eximia,frequens,mercium copioſa; civium diligentia, pannis conficiendis, & Wallorum commercijs opulenta. A VVallis& Anglis incolitur quibus utraque lingua in uſu. Sunt & *Biſhops Caſtle*, *Ludlow Bridgnorth*,aliaque Opida & caſtella ſparſim,nimirũ *Newcaſtle*, *Hoptoncaſtle*, *Skipton*, & ad *Corvum* flu. *Corveſham*, *Brãcroft*, *Holgot*. *Routon* & *Oſweſtre*. Suntque in hac Regione parochiæ plus minus clxx. Fluvij *Temdus*, *Colunus* & *Terna*. *Flumina. Mannia. Nomina. Situs. Soli fertilitas. Animaliũ varietas.* Reſtant nunc in Tabula noſtra Inſulæ duæ *Mennia* & *Angleſey*. *Mannia*, Cæſari *Mona*, *Monoeda* Ptolemæo quaſi *Moneitha*,id eſt. *Mona* remotior,ad alterius Monæ differentiam, dicitur. *Monabia* Plinio, *Menavia* Oroſio & Bedæ, apud quos tamen *Mevania* perperam legitur, *Eubonia* Gildæ, *Menaw* Britannis, Incolis *Maning*, Anglis *The yle of Man*. Iacet autem medio libramine inter Boreales Hiberniæ & Britanniæ partes, a Septemtrione in Meridiem xxx plus minus Italica milliaria porrecta,latitudinem vero qua maxime patet vix ultra xv mill. qua minime VIII. extendit. Linum & Cannabim abunde profert,paſcua & arva habet ſatis læta,Hordei,Tritici,ſed precipue Avenæ ferax eſt,unde avenaceo pane maxime veſcuntur Incolæ; pecorum ubique multitudo,& numeroſi Ovium greges,ſed cum Oves,tum Pecora minora ſunt quam in Anglia, Cum autem Silvis ſit indiga,bituminoſo ceſpite ad ignem utuntur,quem dum ef fodiunt, ſæpenumero in ſuffoſſas arbores incidunt. Britannos hanc Inſulam uti Britanniam tenuiſſe in confeſſo eſt, *Imperium Majorum.* ſed cum a Septemtrione gentes tanquam infuſi nymbi,has auſtrales plagas inundarint, in Scotorum poteſtatem devenit. Sub Honorio enim & Arcadio Augg. a Scotorum gentibus (ut eſt apud Oroſium) æque ac Hibernia ipſa culta fuit,& *Binle* Scotum quendam hanc tenuiſſe ſcripſit Nennius. Scotus hos Edwinus Nordamhumbrorum Rex & Inſulam (ut & alteram Monam) Anglorum imperio ſubjecit, ſi utramque Mevaniarum nomine (ut volunt ſcriptores) intelligamus. Verum cum ſecundo ſuos fœtus emiſiſſet Aquilo, Normannos,Danos,& Norwegos dico: Norwegi quorum latrocinijs frequentioribus Mare Septemtrionale infeſtiſſimum fuit, in hanc Inſulam & Hebridas in- *Opida.* volaverunt,& Regulos cõſtituerunt, Plura ſi quis requirat Camdenum adeat,ex quo hæc pauca depromſi, qui hanc Hiſtoriam ex antiquo manuſcripto libro in ſua Britannia attexit. Inter Opida hujus Inſulæ præcipuum cenſetur *Ruſſin* ad auſtrale latus ſitum quod a caſtro ubi præſidium habetur vulgo *Caſtletown* appellatur: ſed frequentiſſimum eſt *Duglas*,quod portus ſit optimus,adituſque facilimus,ad quem Galli,& alij exteri cum ſale ſuo marino commeant coria,lanam rudem,& carnem bubulam ſalitam ab Inſulanis emercantes. In occiduo autem Inſulæ latere ſunt *Bala-Curi* ubi Epiſcopus plerumque agit qui Eboracenſi Archiepiſcopo ſubeſt,& *The Pyle* munimentum exigua in Inſula poſitum,ubi etiam non pauci ſunt milites præſidiarij. Ipſi vero auſtrali promõtorio modica etiam Inſula (*The calf of Man* dicta) prætenditur,marinis Avibus quas *Puffins*.& Anatibus illis e ligno putrefacto enatis,quas Angli *Barnacles* *Montes. Ratio gubernandi.* Scoti *Clakes* & *Soland Geeſſe* vocant,abundantiſſima,In medio Mannia montibus denſius attollitur,e quibus æditiſſimus *Sceafell*,unde ſudo Cælo Scotia, Anglia & Hibernia proſpici poſſit. Controverſias omnes Iudices, quos e ſuis eligunt,& *Deemſters* vocant,ſine ſcriptis & impenſis dirimunt. Lapidem enim tollit Magiſtratus, ſignatumque querenti tradit,illo adverſarium & teſtes citat. Si quid ambiguum,& majoris momenti, ad duodecim quos *Claves Inſulæ* appellant,refertur. Coronatores quos vocant *Annos* qui vice-comitum officio funguntur habet. Ita Iudex Eccle- *Vulgi mores.* ſiaſticus citat,definit,infra octo dies parent, aut carceri intruduntur. Iudici & formularijs nunquam hic ne denarius a populo impenditur. Habet etiam ſuum Epiſcopum. Incolæ omnes a furandi & mendicandi oſtiatim conſuetudine ſunt alieniſſimi, ~~mire religioſi & ad Eccleſiæ Anglicanæ formam ad unum uſque paratiſſimi accedunt, Gentium vicinarum tam civilem, quam Eccleſiaſticam Ataxiam deteſtantur~~,& cum in duas auſtralem & borealem partes Inſula ſit diviſa,hæc ſermone communi ad Schotos, illa ad Hibernos accedit. Supereſt *Angleſey* Ins. de qua in VII Angliæ Tabula agemus.

# ANGLIAE IIII TABVLA

*In qua hi ſunt Comitatus, Cornubia, Devonia, Somerſetus, Dorceſtria, VViltonia, Gloceſtria, Monumetha, Glamorgan, Caermarden, Penbrock, Cardigam, Radnor, Breknoke, Herefordia & VVigornia.*

CORNVBIA quæ & *Cornwallia* Britannice *Kernaw*, quod in cornu tenuatur, & in altum promontoriolis, quaſi cornibus undiquaque excurrit, maxime totius Britanniæ in Occaſum vergit. A Meridie Oceano Britannico, a Septemtrione Hibernico, ab Occaſu Antiveſtæo Pron. & Gallico Occano clauditur, ab Ortu Tamara flu.a Devonia ſejungitur. Regio gleba ſatis fertili, ac Metallorum divite vena abundans. Nec Stannum vero hic ſolum reperitur, ſed una etiam Aurum & Argentum: Adamanteſque ab ipſa natura in angulos efformati, & lævigati. Eringium autem lætiſſimo proventu per littora paſſim reperitur. Frugum quoque, licet non ſine magno agricolæ labore, ita ferax, ut non ſolum ſibi ſufficiat, ſed magnam vim Frumenti Hiſpaniæ quotannis ſuppeditet. Nitet hæc regio & imprimis ora maritima creberrimis Opidis; quæ numeroſam claſſem conficere poſſint. Ea ſunt *Heilſton* Opidum ſignandi Stanni privilegio celebre, *Peryn* celebris mercatus, *Arwenak*, *Truro*, *Grampound*, *Fowy*, *Leſtuthiel*, *Leſkerd*, *Bodman*, *Saltaſhe*, *S. Conlombs Padſtow*, *Stow*, *Stratton*, *Tamerton*, *Lanſtuphadon* & *Saltaſh*, Suntque in hoc Comitatu Parochiæ cix i. Fluvij ſunt *Vale*, *Fawey*, *Loo*, *Liverus*, *Haile*, *Alan* & *Tamara*. Inter Portus hujus regionis celeberrimus *Volemouth*, *Cenionis* oſtium Ptolemæo, æque nobilis, ac ipſum Italiæ Brunduſium, navium capaciſſimus, & tutiſſimus. *Devonia* vulgo *Denſhire* ſequitur. Termini ejus ab Occaſu Tamara Flu. ab Auſtro Oceanus, ab Ortu Dorceſtria & Somerſetum, a Septemtrione Sabrinianum Fretum. Hæc ut majori latitudinis incremento utrimque quam Cornwallia excurrit, ita utrimque portubus accincta commodioribus, nec minus Stanni venis dives, Pratis diſtincta Latioribus, Sylvis veſtita frequentioribus: gleba autem alicubi perinde exili. Vrbs primaria Anglis hodie *Exceſter*, Latinis *Exonia*, Ptolemæo *Iſca*, Antonino *Iſca*, *Dumnoniorum*, pro Danmoniorum. Vrbs iſta licet ſolum adjacens, humidum & ſqualidum, vix ſteriles Avenas, & plerumque inane folliculum ſine grano producat, tamen ſua magnificentia, Incolarum opulentia & convenarum frequentia, omne ita abundat commercium, ut nihil ibi fruſtra deſideres, quod uſui eſſe exiſtimes, Sunt & Opida plurima, ut *Plimmouth* quod ſuperiori ſæculo, ex viculo, piſcatorio in Opidũ amplum, Civiumque frequentia urbis æmulum excrevit: portuſque commoditas hoc effecit, qui maxima navigia in ſinum paſſis velis admittit, tutiſſimamque ſtationem navibus quantumvis magnis præbet: & ad vim hoſtilem arcendam ſatis eſt munitus. Hinc fuit Franciſcus ille Dracus Fques auratus iu gloria navali noſtræ memoriæ facile princeps. Hic Anno CIↃ IↃ lxxvii ex Anglia ſolvens Mare Auſtrale per Magellanicum Fretum ingreſſus Orbem Terrarum inter varias fortunæ viciſſitudines biennio & decem menſibus, Deo Duce, Virtute Comite, ſecundiſſime circunnavigavit. Item *Lidſton*, *Plimpton*, *Modbery*, *Dermouth*, *Exminſter* & multa alia: Opidis enim hæc regio refertiſſima eſt ac Parochiales Eccleſias ccc xciv continet. Fluvijque ſunt *Lid*, *Teavus Plimus*, *Dert*, *Totnes*, *Teignus*, *Iſca*, *Credenus*, *Columbus*, *Otterey*, *Ax*, *Towridge*, *Taw*, *Ockus* & *North Ewe*. *Somerſetenſis* Comitatus ſequitur, vulgo *Somerſetſhire*, a *Somerton* totius conventus olim celeberrimo Opido Termino ab Ortu Wiltonia, ab Auſtro Dorceſtria, ab Occaſu Devonia, a Septemtrione Sabrinianum Fretum, & Gloceſtria. Aura hic lenis æſtate, & amœna regio, Hyeme uliginoſa, paluſtris tota madeſcit, ditis admodum ſoli, nuſquam non ad Fruges, aut pabula eximie fertilis, atque alibi etiam Adamantum admodum fœcunda, qui ſplendore quidem Indicos provocant, duritie cedunt. Vrbs prȩcipua *Briſtolia*, pulcherrimis ædificijs, gemino flumine & muro, portu, exterorum commercijs, Civium frequentia, illuſtratur. Opida præterea multa habet, inter quę præcipua ſunt *Theodorudunum* nunc *Welles* urbecula epiſcopalis, ita dicta a fontibus qui paſſim in ipſa ſcaturiunt. Et *Bathonia* vulgo *Bathe* celebris ob aquarum calidarum ſcaturigines, & Comitatus titulum. Atque in hoc agro Parochiæ ccc lxxxv numerantur. Fluvij *Ivel*, *Frome*, *Pedred*, *Thonus*, *Avona*, *Somer*, *Brius Welwe*. *Dorceſtria*, *Dorſethſire*, ab Ortu *Southamptonia*, ab Occaſu Devonia, ab Auſtro Oceano Britannico, a Borea Wiltonia & Somerſeto terminatur. Gleba vero eſt fertili, qua Septemtriones ſpectat ſylvæ & ſaltus diffunduntur, unde crebris & herbidis collibus, qui numeroſos Ovium greges paſcũt, gratis paſcuis, & frugiferis convallibus ad littus uſque deſcendit. *Durnovaria*, quod *Durnium* & *Dunium* Ptolemæo pro exemplarium varietate dici videtur, nunc *Dorcheſter*, primarium totius conventus cenſetur Opidum, nec magnum tamen nec ſpecioſum mœnibus jam olim Danarum furore nudatum. Sunt & alia *Birt-Port*, *Lime*, *Weymouth*, *Poole*, *Warhaw*, *Shiburn*, *Sturminſter* & *Winburne*; atq; hic Comitatus Parœcias cc xvlii numerat. Fluvij ſunt *Lim*, *Trentus*, *Carr*, *Ivell*, *Wey*, *Sturus Alenus varia* Latinis *Frau* vel *Frome* Saxonibus. *Wiltonia* a primario olim Opido *Wilton* denominata, vulgo *Wilshire*, tota eſt Mediterranea. Terminos ab Ortu Oxoniam & Southantoniam, ab Occaſu Somerſetum, a Septemtrione Gloceſtriam habet. Regio paſcuis & frugibus ubique admodum læta. Inprimis pars Auſtralis ampla, & herbida planitie innumeros Ovium greges paſcit, & fontium ſcaturigine admodum eſt jucunda. *Wilton* Opidum olim fuit totius agri caput, cui & appellationem fecit. Eſt & *Malmeſbury* Opidum ſane elegans, & pannis laneis conficiendis celebre. Sunt etiam *Grecklade*, *Calne*, *Chippenham*, *Trubrighd*, *Sariſbury* & *Marleborow*. Atque hic Comitatus Parœcias ccc iv complectitur. Fluvij ſunt *Iſis*, *Avona*, *Willeybourn*, *Adderbourne*, *Ellan*, & *Kennet*. *Gloceſtria* vulgo *Gloceſtershire* ab Occaſu Walliam, a Septemtrione Wigorniam, ab Ortu Oxoniam, a Meridie VViltoniam ſpectat. Regio amoena & fertilis, ab Ortu æſtivo in Occaſum brumalem ex porrecta. Habet & Ferri fodinas. Primaria hujus Comitatus urbs *Gloceſter*, quam Antoninus *Clevum* & *Glevum* dixit, vulgus Latinorum *Gloverniam*, alij *Claudio-ceſtriam*. Antiqua ſane urbs, ac a Romanis condita, Sabrinæ fluvio exporrecta imminet, qua flumine non alluitur, murus firmiſſimus opponitur; Templorum numero ædiumque deſcriptione ſatis eſt elegans. Sunt alia Opida *Tewkesbury*, *Deorhiſt*, *Campden*, *Winchelſcombe*, & *Circheſter*, ac Parœciæ cc lxxx hoc Comitatu comprehenduntur. Fluvij irrigant *Sabrina Aven* & *Iſis* vulgo *Ouſe*, qui poſtea recepto *Tamo Tameſis* cõpoſito vocabulo dicitur, *Monumethenſis Comitatus*, Anglice *Monmouthshire*, includitur a Septemtrione *Munow* flu. qui Herefordienſes, ab Ortu Vaga, qui Gloceſtrenſes, ab Occaſu *Remneio* qui Glamorgenſes ſejungit, & ab Auſtro Sabriniano æſtuario, in quod illa flumina una cum Iſca mediam regionem interſecante, evolvuntur. Rebus ad victum neceſſarijs non ſolum ſibi ſufficit, ſed etiam vicinis affatim ſuppeditat. Primariũ regionis Opidum *Monmouth*, ad Septemtriones qua fluminibus non defenditur, muro & foſſa precinctum erat, in medio proxime forum caſtellum prætendit. Item *Chepſtow*, *Abergevenny*, Antonino *Gobannium*, *Newport* & urbs *Iſca* Antonino, *Legio* ii dicta nunc

*Cornubia, unde dicta*
*Situs.*
*Soli fertilitas.*
*Opida.*
*Flumina.*
*Portus.*
*Devonia.*
*Situs.*
*Vrbes & Opida.*
*Flumina.*
*Somerſeten ſis Comitatus.*
*Cœli Temperies, & Soli fertilitas.*
*Vrbes & Opida.*
*Flumina.*
*Dorceſtria*
*Soli fertilitas.*
*Opida.*
*Wiltonia.*
*Situs.*
*Soli qualitas.*
*Opida.*
*Flumina.*
*Gloceſtria.*
*Vrbes. & Opida.*
*Flumina.*
*Monumethenſis Comitatus.*
*Situs.*
*Soli fertilitas.*
*Opida.*

CORNVBIA, DEVONIA, SOMERSETVS, DORCESTRIA, WILTONIA, GLOCESTRIA MONVMETHA, GLAMORGAN, CAERMARDEN, PENBROK, CARDIGAN, RADNOR, BREKNOKE, HEREFORDIA, & WIGORNIA.
OCEANVS BRITANNICVS
Miliaria Anglica communia
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio
Lethowsow quæ recedente æstu nudata tantum apparet, vulgo The Gulfe
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens

*Glamorgania.* nunc *Caerleon*, & *Caerleon arvſc* Britannis. *Glamorgania* Anglis *Glamorganſhire*, dicitur. Regio tota eſt maritima, mi-
*Situs.* nus latitudine, quam recta regione porrecta, Sabriniano freto a Meridie pulſatur. Qua terram vero ſpectat ab Ortu
*Soli qualitas.* Monumethenſes, a Borea Brechnochienſes, ab Occaſu Maridunenſes adjacent. Pars Septemtrionalis montibus eſt
*Opida.* aſpera qui in Auſtrum deſcendentes paullatim miteſcuut, quorum ad radices planities in Meridiem extenditur,
*Flumina.* optima poſitione. Hæc enim pars gratiſſima fœcunditate undiquaque nitet. In hoc agro eſt tenuis urbecula *Landaff*,
*Caernarvonſhire.* 1. *fanum ad Taff*, epiſcopali tamen dignitate cui clxv parochiæ ſubſunt: *Caerdiffe*, *Cowbridge* mercatorium opidum,
*Situs.* *Neath*, *Sweinſey* & *Loghor* Antonino *Leucarum*. Fluvij interluunt *Remnius*, *Taffus*, *Nidus* & *Logor*. *Ager Maridunenſis*
*Soli qualitas.* Anglis *Caermardenſhire* continetur ab Ortu Glamorgania & Brechinia, ab Occaſu Penbrochia, a Septemtrione Ce-
*Opida.* retica intercurrente Tivio flu. & Meridie Oceano. Hic Frugibus ſatis fertilis, gregibus abundans, foſſiliumque car-
*Flumina.* bonum alicubi ferax. Vrbs primaria totius cõventus *Caermarden*, Ptolemæo *Maridunum*, Antonino *Moridunum*, pra-
*Penbrochienſis.* tis & ſylvis amœna, antiquitate ſuſpicienda, coctilibus muris, ut inquit Giraldus, partim adhuc extantibus egregie
*Comitatus* clauſa ſupra nobilem *Tovium* fluvium, Sunt & novum *Kidwelly* & vetus. Fluvij *Vendraeth Vchan*, *Tovy* Ptolemæo
*Situs.* *Tobius*, & *Taf Penbrochienſis Comitatus* Anglis *Panbrockſhire*, undique Mari urgetur, niſi ab Ortu, qua ager Maridunen-
*Cœli Temperies.* ſis, & ab Aquilone qua pars Cereticæ obtenditur. Regio ex Hiberniæ confinio Aeris ſalubritate temperato, triticea,
*Soli fertilitas.* vinoque venali copioſe referta. Principale Provinciæ Municipium Demetiæque caput, eſt *Pembro*, Anglis *Penbroke*,
*Opida.* in ſaxoſa quadam & oblonga rupis eminentia ſitum. Noblia etiam hujus tractus Opida ſunt *Tenby*, *Harſordweſt*, &
*Flumina.* *Menevia* Anglis hodie *S. Davids*. Fluvios hic non niſi duos reperio quos eodem nomine *Gledauh*. Britanni vocant, id
*Situs & Soli qualitas.* eſt, ſi interpreteris, gladij. Eſt hic portus quem *Milfordhaven* Angli vocant, quo non alter in Europa aut nobilior aut
*Opida.* tutior. *Ceretica* Anglis *Cardiganſhire*, Cãpeſtris regio ad Occaſum qua mare proſpicit, uti ad Meridiem, qua Tivius flu-
*Flumina.* vius Maridunenſes ſecludit, ab Ortu vero & Aquilone, qua ad Brechinienſes & Montgomerienſes ſpectat, continui
*Situs & Soli qualitas.* Montes pabulo fœcundi perpetua latera trahunt, ſub quibus paſſim diffunduntur. Lacus. Præcipuum hujus regionis
*Opida.* Opidum eſt *Cardigan*, a Gilberto Filio Richardi Comitis Clarenſis munitionibus firmatum, quod poſtea proditio-
*Flumina.* ne deditum Rheſus Filius Gruffini diruit. Eſt & *Aberiſtwith*. *Tibius* fluvius Ptolemæo *Tuerobius* hanc Regionem per-
*Radnoria.* currit, qui olim Caſtoribus nunc Salmonibus abundat. Eſt quoque *Ridol* fluvius e *Plinlimon* monte præruptæ altiſſimo
*Situs.* deſcendens, qui Aquilonarem hujus agri partem claudit, & e ſuo gremio Sabrinam & Vagam nobliliſſima flumina
*Soli qualitas.* effundit. Et *Yſtwith* Ptolemæo *Stuccia* ad fontes plumbi venas habens. *Radnorſhire* forma triquetra, quanto magis in
*Opida.* Occaſum protenditur, in anguſtum magis magiſque contracta ad Occaſum Herefordenſibus annectitur. Ad Auſtrum
*Flumina.* Vaga Flumine Brechnochienſes diſcludit, ad Septemtrionem adjacent Montgomerienſes. Pars ejus orientalis & au-
*Vaga Flu.* ſtralis cultior, reliqua Montibus aſperior vix ullo cultu miteſcat, ſylvis tamen ſatis veſtita, profluentibus irrigua,
*Brechinia.* ſtagniſque alicubi aſperſa. Illuſtrant orientale latus, præter alia limitaneorum Ducum caſtra ſuis jam ruinis fere in-
*Situs.* voluta, *Caſtle Paine* a Pagano Normanno extructum denominatumque, & *Radnor* præcipuum totius pagi Opidum,
*Soli fertilitas.* pro regionis more culmeis tectis ſatis elegans. Mœnibus autem & caſtro quondam tutum fuit, ſed poſtquam *Oenus*
*Opida.* ille *Glendowerdwy* ſeditioſus ſuccendiſſet, ſenſim extenuatum elanguit. *Vaga* fluvius occiduum agri angulum tranſ-
*Flumina.* verſum ſecat, & occurrentibus ſaxis fractus, ſubito ſolo deſtitutus præcipitatur. Vnde ioco *Rahaider Gowy* nomen, id
eſt Vagæ cataractæ. *Radnoriæ* ſubjungitur ad Auſtrum Brechinia, Anglis *Brecknoſhire*, a Brechanio principe ſic dicta
ut exiſtimant Walli. Hæc multo eſt Radnoria amplior, ab Ortu Herefordia, ab Auſtro Monumuthia & Glamor-
gania, ab Occaſu Caermardinia terminatur. Regio in montes denſius conſurgit, couvallibus tamem paſſim fœcun-
dis: eſtque (inquit Giraldus) ſatis abundans grano, & ſi quis eſt defectus ex Anglicanæ vicinitatis copia affatim ſup-
pletur, paſcuis & ſylvis, Feris, & Armentis Terra fœcunda. Primarium hujus agri Opidum *Brecknock* in ejus fere um-
bilico poſitum, a Brittannis *Aber-Hodney* dictum, quia *Hodneius* & *Iſca* eo loci aquas commiſceant. Sunt præterea
duo Opida ſua antiquitate nota *Buelth* ſcilicet & *Hay Buelth* ſylvis & ſitu amœn um, caſtro etiam munitum. Nunc fo-
ri frequentia, olim ſua dignitate celebre fuiſſe videtur, quod ejus ſitum e cœleſtibus obſervavit Ptolemæus, cui eo-
dem nomine *Bulleum* Silurum dicitur. *Hay* autem ipſa extremitate proxime Herefordiam Vagæ aſſidet, Roma-
nis, ut videtur, nota, quorum Numiſmata ſœpius effodit, mœniumque ruinas oſtendit. *Vaga* Borealem agri partem
alluit, *Iſca* eximius item Fluvius mediam percurrit. Vnde fluvialibus piſcibus hec regio abundat, quos hinc Oſca, inde
*Lacus.* Vaga miniſtrat. Salmonibus enim, & Trutis uterque, ſed & egregijs quos Vmbras vocant, Vaga fœcundus eſt. Eſt
etiam Lacus quem Britanni *Linſavethan*, 1. Lacum ſtagnantem, Giraldus *Clamoſum* vocat, quod horrendo ſtrepitu
*Herefordia.* tonitrua ementitur, quoties in eo glacies reſolvitur, Anglis *Brecknockmer*, 11. mill. paſſ. longitudine, nec minus latitu-
*Situs.* dine patet. Lutris Perchijs, Tincis & Anguillis feraciſſimus. *Herefordienſis Comitatus* ſive *Herefordſhire*, forma quaſi
*Opida.* circulari, ab Ortu Vigornienſibus, & Gloceſtrienſibus, a Meridie Monumethenſibus, ab Occaſu Radnoria & Bre-
*Flumina.* chinia, a Septemtrione Salopia definitur. Regio eſt præter amœnitatem, aut paſcendis Pecoribus, aut alendis Fru-
*Mons ſe movens.* gibus nuſquam non mitiſſima, & ab omnibus ad vitam neceſſarijs inſtructiſſima, adeo ut ſecunda fertilitatis laude in-
ter Angliæ provincias acquieſcere haud facile ſit contenta. *Harefordia* nunc urbs hujus Comitatus prima, pratis gra-
tiſſimis, & arvis uberrimis interſita, Fluminibus fere incincta. ad Septemtrionem & Occaſum anonymo, ab Auſtro
*Vaga*, qui e VVallia huc accelerat. Sunt & alia Opida, *Lemſter*, *Webleia*, *Ledbury*, *Roſſe*. Atque in hoc Comitatu
Parœciæ clxxvi numerantur. Ad commoditates vero hujus regionis quas ſupra commemoravimus Flumina acce-
dunt eximia, *Vaga*, *Lugus*, *Munow*. His accedit *Dorus* qui *Munow* augetur. Prope autem confluentes *Lugi* & *Vagæ* ad
ortum collis quem *Marcley hill* vocant, anno ciɔlxxv, quaſi ſommo ſolutus conſurrexit, & triduum ſe immaniſſimam
molem propellens horrendo roboans mugitu, & obvia quæque proſternens in ſuperiorem locum magna cum admi-
ratione ſe promovit. *Vigornienſis Comitatus* vulgo *Worceſterſhire* ab ortu VVarwicenſes, a Meridie Gloceſtrenſes, ab
Occaſu Herefordienſes, & Salopienſes, atque ab Aquilone Staffordienſes habet. Regio hęc, ut verbo dicam, Cœlo
*Vigornia.* & Solo adeo propitio utitur, ut ſalubritate & ubertate vicinis nõ concedat: Pyrorumque ſi quę alia inprimis ferax, e
*Situs.* quorum vinoſo ſucco fictitium vinum *Pyrry* dictum conficiunt. Præcipua Provinciæ hujus urbs *Worceſter*. Ejus me-
*Cœli temperies & Soli fertilitas.* minerunt Antoninus ſub *Branonij* nomine, & Ptolemæus (apud quem librariorum incuria ſuo loco exulat) ſub no-
mine *Branogenij*, Latinis dicitur *Vigornia*. A Romanis videtur condita. Decus illi ab Incolis, qui ſunt numeroſi, hu-
mani & lanificio opulenti, ab ædificiorum nitore, a Templorum numero, & ſede Epiſcopali. Eſt & *Eoveſham*, *Bromeſ-*
*Vrbs & Opida.* *grave*, & *Durtwich*. Atque hic ager Paræcias cl11 numerat. Ab aqua ſatis fœlix eſt. Vt enim flumina quæ obſcurioris
*Flumina.* ſunt notæ omittam, per mediam regionem a Septemtrione in Meridiem fœcundantem alveum intendit *Sabrina* flu.
nobiliſſimum; & partem Auſtralem perfundit. *Avona*, qui a VVarwicenſibus deſcendit, ut Sabrinam adeat.

# CAMBRIA SIVE WALLIA.

CAMBRIA, quæ & *Wallia*, ſive *Wales*, avita Britannorum ſedes, a *Cambro* tertio Bruti Filio denominata nonnullis videtur, quod falſum putat Camdenus. Hæc ab Anglia Saxonica ſive Lhoëgria, Sabrina & Dia Fluvijs diſtinguitur. Cetera ejus Regionis Mari Hibernico pulſantur. Hujus nomen univerſam quondam Tranſſabrinam Regionem complectebatur, nunc vero minus late patet. Terra omnis montoſa, aſpera, clivoſa, niſi qui Mari vicina eſt, hic enim ſolum fœcundius *Walliam* autem tres olim populi inſederunt, *Silures*, *Dimetæ*, & *Ordovices*. Hi non ſolum duodocim, quos vocant *Walliæ* Comitatus, ſed duos etiam illos Tranſſabrinos *Herefordshire*, & *Monmoutſhire*, qui Angliæ Comitatus adnumerantur, tenuerunt. *Silures*, & eas regiones ex Ptolemæi deſcriptione incoluerunt, quæ Wallis ſua liugua uno nomine *Debenhart*, 1. pars Auſtralis, & novis hodie nominibus *Herefordſhire*, *Radnorſhire*, *Brecknockſhire*, *Monmoutſhire* & *Glamorganſhire* appellantur, in quibus & nominibus Silurum nonnullæ ſuperſunt reliquiæ. Reliquam hujus regionis partem quæ longius in Occaſum projecta, Anglis *Weſtwales* dicitur, agrumqne Maridunenſem, ſive *Caermardenſhire*, Penbrochienſem, & Cereticam, ſive *Cardiganſhire* complectitur, Plinius *Silures* etiam tenuiſſe exiſtimavit; ſed Ptolemæus qui exploratius Britanniam novit, alium hic populum conſtituit, quos *Dimetas & Demetas* dixit *Demetiæ* quoque nomine pro hoc tractu uſi ſunt cum Gildas, tum Nennius. *Ordovices* qui & *Ordevices*, reliquos duos Principatus (quos ille *Guineth & Powis*, Angli *Northwales* & *Powiſland* dicunt) olim inſederunt; & ad eos ſpectarunt regiones illæ, quæ nunc Anglice novis nominibus *Montgomeryſhire*, *Merionitſhire*, *Caernarvonſhire*, *Denbighſhire* & *Flintſhire* appellantur. Ceterum *Walli* bellicoſiſſima gens, multis ſeculis libertatem ſub ſuis Regulis tutati ſunt, licetque foſſa admirandi operis quam offa Rex perduxit, ab Anglo-Saxonibus fuerint diſcluſi, eorum tamen urbes ferro flammaque ſubinde vaſtarunt, itidemque ab illis graviſſima quæque pertulerunt. Tandem Edwardo 1. Regnante, ut ipſe de ſe ſcribit, *Divina providentia quæ in ſui diſpoſitione nō fallitur, inter alia ſuæ diſpenſationis munera, quibus nos & regnum noſtrum Angliæ decorare dignata eſt, terram Walliæ cum Incolis ſuis prius nobis jure feodali ſubjectam, jam ſui gratia in proprietatis noſtræ dominium, obſtaculis quibuſcumque ceſſantibus totaliter & cum integritate convertit, & coronæ Regni prædicti, tanquam partem corporis ejuſdem annexuit & univit.* Subſequenti tamen ætate nullo modo induci potuerunt, ut ſervitutis jugum ſubirent, nec ulla ratione res componi, & funeſtiſſimum inter gentes odium reſtingui potuit, donec Henricus VII ab illis oriundus ſalutarem manum jacentibus porrexerit, & Henricus VIII in parem juris libertatiſque conditionem, atque reliqui Angli ipſi ſunt, acceperit. Provincia autem hæc nunc ex antiquo receptoque more, primogenito Regis Angliæ cedit, qui *Walliæ Princeps* dicitur, ut apud Romanos deſignati Imperij Heredes, *Ceſares*; & Iuventutis Principes apud Gallos, *Delphini*; apud Hiſpanos *Infantes* appellantur. Nunc *Walliæ* partes eo ordine quo ſupra a nobis poſitæ ſunt, percurramus: ea tantum quæ nobis in Tabularum Mercatoris explicationibus indicta ſunt referentes. Occurrit primo loco *Herefordienſis Comitatus*. Hujus terminos quos in Angliæ IV Tab. poſuimus, & reliqua ibi expoſita, non attingemus. Elanguente jam Anglorum Imperio præfuit huic agro Comitis Officialis titulo *Radulphus* Gualteri Medantini Filius, quem Normanni hoc honore exuerunt, cui ſuffecerunt, *Gulielmum* Filium *Oſberni*, Normanniæ Ducibus arctiſſima propinquitate conjunctum. Huic ſucceſſit *Rogerus* ejus Filius *de Britolio* dictus, qui ſine prole maſcula proſcriptus obijt. Stephanuſque Rex *Roberto le Boſſu* Comiti Leiceſtriæ reddidit Herfordiam, verum fruſtra: Mathildis enim Auguſta, ſive Imperatrix Milonem Gualteri Conſtabularij Gloceſtriæ Filium, eo honore auxit, Angliæque Conſtabularium fecit, cui IV Filij *Rogerus* ſcilicet *Gualterus*, *Henricus* & *Mahel*, nulla ſuſcepta prole invicem ſucceſſerunt. De reliquis Camdenum vide. *Radnoria* ſequitur. Hanc *Mortuomarij* ſive *Mortuo mari* qui Anglis *Mortimers* dicti, primi Normannorum Regionem fuſo Edrico Sylvarico Saxone, ſibi devicerunt. Cumque longo jam tempore inter omnes in hac regione eminuiſſent, tandem Rex Edwardus III anno ſalutis CIↃ CCC XXIIX *Rogerum* de *Mortuo-mari* Dominum de *Wigmor* hujus limitis Wallici, vel (ut vulgo loquuntur) Marchiæ Comitem creavit, qui ſtatim morte mulctatus eſt. De his & reliquis plura habes apud Camd. Tertium Locum obtinet *Brechinia*. Hujus agrum regnante Guilielmo Rufo, *Bernardus* de *Novo-mercatu*, ſive *Newmarck* Normannus, vir animi conſilijque plenus, conſcripta non parva Anglorum, & Normannorum manu, primus aggreſſus difficili bello a Cambris extorſit, Neſtamque Gruffini Principis filiam uxorum duxit. Quæ cum filium Mahelem patrimonio ſpoliaſſet, *Sibylla* ejus ſoror illud adijt, virumque ſuum *Milonem* Herefordiæ Comitem hoc honore auxit. a quo ſucceſſive ad *Breoſos*, *Bohumos*, *Staffordos*, illiſque proſcriptis, ad Regem reditus in hoc agro longe ampliſſimi devenerunt. Brechinia & Herefordiæ ad Meridianam plagam ſubjacet Comitatus *Monumethenſis*. Hic Saxonica Heptarchia Wallis montanis paruit, qui tamen ut in Legibus antiquis videre eſt, ſub Occiduorum Saxonum imperio erant. Normanniorum vero primis temporibus limitanei Duces graviſſime afflixerunt, præcipue Hamelinus Balun, Hugo Laſcy, Gualterus & Gilbertus Clarenſes Striguliæ Comites dicti, & Brienus Wallingfordenſis, quibus cum donaſſent Reges, quicquid hoc tractu, devictis Wallis, occupare potuiſſent, hi ſuperiorem Agri partem, illi inferiorem, quam *Netherwent* dixerunt, in ſuam paullatim poteſtatem redegerunt. Vltima Silurum Regio eſt *Glamorgania*, cujus ab ipſa Provinciæ expugnatione Domini fuerunt a Fitz haimone recta linea deſcendentes Gloceſtriæ Comites, *Clari* & *Spenceri*, inde *Bellocampi*, & *Nevillus* unus & alter, & per Nevilli Filiam e Spenceris oriundam *Richardus* III Angliæ Rex, quo interfecto, *Henricus* VII hujus agri hereditatem crevit *Gaſparique* Bedfordiæ Duci patruo ſuo conceſſit, quo ſine prole defuncto, ad ſe univerſum jus Rex revocavit, & Filio *Henrico* VIII reliquit, cujus Filius Edvvardus VI maximam ejus partem *Guilielmo Herberto*, quem Penbrochiæ Comitem, & Baronem de *Caerdiff* crearat, venundedit. Ad *Dimetas* tranſeo. Hic primo loco occurrit *Ager Maridunenſis*. In eo *Fons eſt* (ut ſcribit Giraldus) *qui naturali*

*Regio. Nomina. Situs.*

*Soli qualitas.*

*Imperium Majorum.*

*Herefordia Imperium Majorum.*

*Radnoria. Imperium Majorum*

*Brechinia Imperium Majorum*

*Comitatus Monumethenſis. Imperium Majorum. Glamorgania. Imperium Majorum.*

*Ager Maridunenſis.*



*die bis*

# CAMBRIAE TYPUS

Auctore HUMFRE DO LHUYDO Denbigiense Cambrobritanno

Petrus Kærius cæla.

HIBERNIAE PARS.

VERGIVIUM SIVE HIBERNICUM MARE

MOR WERIDH, Britannis,

THE YRISHE OCEANE, Anglis,

L. A. B. litterę, vocabulis adiectę, notant illud esse Latinum, Anglicum aut Britannicum, quod est incolarum.

Mona insula. L. Angleſey. A. Mon. B.

Dublin

SEPTENTRIO.

OCCIDENS.

ORIENS.

MERIDIES.

17 18 19 20 21

Cambria, L. Cambry, B. Wales, A.

Ceretica, L. Ceredigion B. Cardigan, A.

Venedotia, L. Gwynedhia, B. Northwales, A.

Powiſia, L. Powÿs, B.

Demetia, L. Dyfet, B. Westwales, A.

Debenbart, B. Sutwales, A.

Aliquod Regionum huius tractus synonyma, prout Latine, Britannice & Anglice etiamnum appellantur.

ANGLIAE PARS olim LHOEGRIA appellata.

Danica ſylva, Dean foreſt.

Venta Belgarum. L. Caer oder yn nant bathon. B. Brightſtowe. A.

Miliaria Anglicana 5 10 15 20

Miliaria Germanica 1 2 3 4 5

*die bis undis deficiens, & toties exuberans marinas imitatur inſtabilitates.* Penbrochia proxima eſt. Hujus I Comitem *Penbrochia, Imperium Majorum.* *Gilbertum Strongbow* fuiſſe lego, cui Stephanus Rex Penbrochiæ Comitis titulum primus contulit. Ille *Richardo Strongbow* filio, Hibernię domitori reliquit. Hujus unica filia *Iſabella Gulielmum* Dominum de *Hempſted*, Angliæ Marescallum, maritum eo adauxit, virum belli paciſque artibus florentiſſimum. De quo extat in Rudburni Annalibus hoc Epitaphium:

*Sum quem Saturnum ſibi ſenſit Hibernia, Solem*
*Anglia, Mercurium Normannia, Gallia Martem*

Filijque ejus v ſucceſſive Penbrochiæ Comites fuerunt; *Gulielmus Iunior* dictus, *Richardus. Gilbertus, Gualterus* & *Anſelmus.* Quibus omnibus ſine prole intra breve tempus ſublatis Comitatus hujus gladio Henricus III *Gulielmum de Valentia* e Luſignana in Pictonibus familia cinxit. Huic ſucceſſit *filius Audomarus.* De reliquis Comitibus *Ceretica. Imperium Majorum.* lege Camdenum. Tertia *Dimetarum* Regio eſt *Ceretica.* Ejus oram Normanni vix ſuo in Britannia imperio confirmato, ſtatim tentarunt, & feliciter quidem res ſucceſſit. Maritima enim paullatim Wallis exorſerunt, ſed maximam ejus partem conceſſerunt *Cadugano* filio Blethini, Britanno prudentiſſimo, cujus gratia plurimum in vniverſa VVallia poterat, & quo amiciſſimo utebantur Angli. Sed cum ejus Filius *Oenus* Anglos aſſiduis excurſionibus infeſtaret, infelix pater patrimonio mulctatus, in Hiberniam ſe ſubducere coactus eſt. *Cereticam* vero Rex Henricus I. Comiti Clarenſi *Gilberto* donavit. Sed *Caduganus* cum Oeno filio in gratiam poſtea ab Anglis receptus, quæ ſuï *Montgomeria, Imperium Majorum.* erant patrimonij etiam recepit. *Rogerus de Clare* poſtea Cereticam Henrici II munificentia accepit. Sequuntur jam Ordovicum Comitatus percurrendi; inter quos *Montgomeria* primum locum occupat. Hanc *Powiſiæ Principes* a tertio filio Rotherici magni prognati cum alijs (licet Rogerus & Hugo Montgomerienſes partem nonnullam abraſiſſent) perpetua ſerie ad Edwardi II tempora tenuerunt. Tunc enim *Oenus* e Britannico ſanguine ultimus Powiſiæ Dominus *Haviſiam* unicam filiam reliquit, quam Ioannes Charletonus equeſtri dignitate Anglus duxit, & jure uxorio Dominus Powiſia ab Edwardo factus erat, qui Leonem rubrum erectum aureo in clypeo gerebat. Hujus hæredes maſculi ad quartam uſque progeniem hoc honore claruerunt, donec in Edwardo maſcula ſucceſſio abolita fuiſſet *Merionithia, Imperium. Majorum.* *Merionithia*, Giraldo *Terra filiorum Canani* dicitur. Hanc *Hugo* Comes Ceſtrenſis primus Normannorum diſpoſitis præſidijs occupavit, cum Gruffinum filium Conani captivum teneret, ſed poſtea ille hanc cum reliquo principatu recuperavit, poſteriſque reliquit, donec fatali periodo confecta, in Leolino deſijt. *Incolarum Mores.* Incolæ hujus Regionis Rei pecuariæ omnino ſunt attenti, & lacticinijs veſcuntur, Butyro videlicet, Caſeo, &c. Statura, colore nitido. habitu viſendo, & corporis lineamentis vix alteri in Britannia genti concedunt, ſed ob præproperam Venerem & *Caernarvonſhire. Imperium. Majorum.* otia male apud vicinos audiunt. Supra Merionithiam jacet *Caernarvonſhire.* Cui ſtatim a Normannorum in Britanniam ingreſſu *Gruffinus* Conani filius præfuit, qui cum influentes Anglorum in Walliam copias reprimere non potuiſſet, tempeſtati ſubinde ceſſit; demumque cum ſua integritate Regis Henrici gratiam redemiſſet, facile etiam ab Anglis ſua recuperavit, poſteritatique reliquit ad *Leolinum* uſque. Qui cum fratres injurijs, & vicinos Anglos Edwordo I clientelari jure teneret, eoque nomine mille Marcas quotannis perſolveret. Quibus conditionibus cum poſtea non ſtaret, ſed ſuam perfidique fratris pertinaciam potius, quam ſpem ſequutus, aleam belli denuo tentaret, *Denbighia* interfectus, & ſibi & Britannorum in VVallia imperio finem attulit. *Denbighia* ſequitur, de cujus ſoli qualitate in Angliæ III Tabula diximus. Hoc loco addendum quod de ratione glebas comburendi in hac regione, ſcribit Camdenus: Occidua *Denbigiæ* pars, niſi quod lætior ſit, qua Oceano pulſatur, ſparſim habitata, glabris & macilentis montibus pluſquam protuberat, quorum tamen maciem in montium pronis, ut alibi in VVallia, cultorum diligentia, & ſolertia jampridem vincere cœpit. Terræ enim corium latiore vomere in ceſpites ſive bracteas abradentes, eos artificioſe congeſtos injecto igni in cineres redigunt, quibus in agros illos excoriatos inſperſis, eorum jejunam ſterilitatem ita lætificant, ut avenam, ſupra quam credi poſſit, profundant. Nec hæc glebas comburendi ratio *Imperium Majorum,* nova eſt, ſed admodum antiqua, ut e Virgilio & Horatio videre eſt. Cum autem res VVallorum ſeditionibus, & Anglorum incurſionibus in lapſum prona jam ſiſti non poterat, *Comites Ceſtriæ, Warenniæ, Mortuomarij, Laceius* & *Greij*, primi Normannorum hanc provinciolam paullatim occuparunt, & ſuis poſſidendam reliquerunt. Sequitur ulti- *Flintſhire. Imperium Majorum.* ma *Walliæ* provinciola Anglis *Flintſhire.* Hujus agrum *Ceſtrenſes Comites* levia prælia ex occaſione, & oportunitate cum VVallis conſerentes, primi Normannorum ſibi ſubjeceruut. Sed cum illa jam deſijſſent, *Edwardus* I, hanc & omnem VValliæ oram maritimam ſibi tenuit. Interiora Proceribus ſuis, ut viſum erat aſſignavit, conſilium Auguſti ſequutus, qui validiores & exteriores provincias ipſe ſuſcepit, ceteras Proconſulibus ſortito permiſit. Atque hæc de Walliæ regionibus ſpeciatim hactenus: pauca his generatim de Wallia ſubijciamus. Scribit Galfridus Monomuthenſis, in his Walliarum partibus, prope Sabrinam fluvium, Stagnum eſſe, quod accolœ *Linligunam* vocant: Id inquit, cum in ipſum mare fluctuat, in modum voraginis recipitur, ſorbendoque fluctus nullatenus repletur, ut riparum marginem operiat. At dum mare decreſcit, inſtar montis eructat abſorptas aquas, quibus demum ripas tegit & adſpergit. Interim ſi gens totius patriæ illius adverſa facie prope ſtaret, recepta intra veſtes undarum adſpergine, vel vix vel numqum elabi valeret, quin a Stagno voraretur. Tergo autem verſo, non eſt irroratio timenda, etiamſi in ripis *Cambrorum mores.* adſtaret. *Cambri*, ut teſtatur Humfredus Lhuydus, Anglos veſtitu imitantur, impatientes laborum, generiſque nobilitate ferocientes, parce & duriter domi vitam agunt: pleriqne in Anglia ſe clientelæ & famulitio Regum & Nobilium dedunt, ad quæ ſupra quam dici poteſt ſunt apti: Liberorum etiam educationi inſtitutionique operam dant: quo fit ut nullus adeo in univerſa Cambria ſit fortuna tenui, qui non in Schola edoctus ſit: peritiores Iuri operam dant-deque eo per totam Angliam reſpondent. Et quemadmodum olim gens (ut Tacitus refert) injuriarum impatientiſſima continuis pugnis & homicidijs inter ſe digladiabatur; ita nunc ob legum metum, quibus optime obedi unt, ſupra omnes gentes, litibus & controverſijs interſe, uſque ad omnium bonorum conſumptionem, contendunt. Sed de his ſatis. Si quis plura petat, adeat eundem Humfredum, Giraldum, Camdenum, & alios.

# ANGLIAE
## V. TABVLA

*Hos continet Comitatus, Eboracum, Lincolniam, Derbiam, Staffordiam, Notinghamiam, Lecestriam, Rutlandiam, & Norfolciam.*

SVccedit Explicanda quinta Tabula Angliæ, in qua primo loco *Ager Eboracenſis*, vulgo *Yorckſhire*, totius Angliæ Provincia longe maxima, occurit, ab Occaſu, Montibus, Lancaſtrenſi agro & Weſtmorlandia, ab Arcto Dunelmenſi Epiſcopatu terminatur: ab Ortu Oceano Germanico, ab Auſtro primum agro Ceſtrenſi & Derbienſi, inde Nottinghamienſi, & poſtea Lincolnienſi clauditur. Temperatæ hæc cenſetur ubertatis. Si hic ſaxoſa vel arenoſa ſit ſtertilitas, illic lætiſſima arvorum fœcunditas; ſi hic ſylvis ſit nuda, illic denſiſſimis Nemoribus obumbrata, ita provide temperante Natura, ut ipſa regio etiam ſua varietate gratior & lętior videatur. Repertum hic alibi Succinum nigrum. Gagatem aliqui eſſe exiſtimant, quem inter rariores Lapides, Gemmaſque habuerunt Veteres. Eſt hic *Eboracum*, vulgo *Yorke*, urbs totius Angliæ ſecunda, hujus regionis pulcherrima, quæ univerſæ Septemtrionali parti, & præſidio & ornamento eſt ſingulari. Amœna, ampla, munita, ædificijs tam privatis, quam publicis exculta, opibus Civibuſque referta, & Archiepiſcopali ſede præclara. Hanc *Vrus* qui nunc *Ouſe*, interſecat, & quaſi in duas urbes dividit, quæ lapideo ponte vaſtiſſimo conjunguntur. Eſt & *Kingſton vpon Hull* quę ex viculo, & piſcatorum caſulis in eam dignitatem emerſit, ut magnificis ædificijs, firmis propugnaculis, navibus inſtructiſſimis, Mercatorum copia, & rerum omnium affluentia ſit nunc Emporium hujus tractus longe celeberrimum; & Opida *Dancaſter*, *Halyfax*, *Pontfreit*, *Shirborna*, *Wetherby*, *Kingſton*, *Patrington* Antonino *Prætorium*, aliaque plurima. Opida enim triginta novem, & Parœcias cccc lix in hoc Comitatu numero, quibus ſubſunt plurima ſacella magnis parœcijs incolarum multitudine comparanda. Potiora flumina ſunt *Danus*, *Calderus*, *Arus*, *Werfus*, *Nidus* & *Ouſa*, quæ ex limitaneis montibus exorta, locis potioribus affunduntur. Sunt & alia *Cokarus*, *Foſſus*, *Derventio*, *Foulneſſe*, *Hullus*, *Teyſe*, *Dow*, *Rhie*, *Recal* & *Wiskus*. Et Etiam *Abus* æſtuarium nobile, vulgo *Humber*, in quod *Vrus* plurimos fluvios ſuo hoſpitio exceptos deducit. aliaque maximi nominis flumina evoluũtur. Quod certe totius Britanniæ æſtuarium eſt ampliſſimum & piſcoſiſſimum. Operæ pretium etiam videatur annotare uberrimam & quæſtuoſiſſimam hic in ſubjecto Mari Halecum piſcaturam exerceri. Incredibile enim fere eſt quantam pecuniæ vim ex hac in iſto littore piſcatura Hollandi ſibi corrogant. *Lincolnia*, vulgo *Lincolnſhire*, Regio ampliſſima, per ſexaginta fere milliaria in Longitudine jacet Latitudinem alicubi ſuper triginta extendit. Ab Ortu Oceano Germanico pulſatur, a Septemtrione ad *Abum* æſtuarium pertinet, ab Occaſu Nottinghamiam ſpectat, & a Meridie Wellando flu. a Northantonia diſcluditur. Regio alendis Frugibus, & paſcendis Pecoribus mitiſſima. Frumentarijs campis, alibi, & paſcuis ad modum læta. Alibi etiam Fruticem odoriferum, *Galle* vocant, profundit. Linumque magna copia præbet, nec non Alabaſtritem, qui tamen minus ſolidus albarijs & emplaſtris magis, quam alijs uſibus convenit. Prima & præcipua hujus Comitatus Civitas *Lincolnia*, Anglis *Lincolne*, Ptolemæo & Antonino *Lindum*. Vrbs ipſa ampla & celebris collis dorſo inſidet, ubi Withama in ottum ſe deflectit. Sunt præterea Opida *Stanford* e ſaxo ſtructili, unde & nomen habet, edificatum. Opidum frequens, & varijs immunitatibus ornatum, muroque firmatum. *Grantham* opidum non infrequens, ſchola a Richardo Foxo Wintonienſi Epiſcopo & ſpecioſo Templo exornatum, cujus ſacra pyramis admirandam in altitudinem ædita fabulis eſt famigerata. Item *Ancaſter* Antonino *Croco-calana*, *Crowland*, *Spalding*, *Boſton*, & alia. Suntque in hoc Comitatu Parochiæ plus minus ıɔcxxx. Crebris hæc regio fluvijs rigatur, qui ſunt, *Witham* Lucijs fœcundus, *Lud*, *Trenta*, *Wellandus*, *Idel*, *Danus*. Eſtque hic æſtuarium quod Ptolemæo *Mŭtaris*, Anglis *the Waſhes* dicitur. Æſtuarium hoc eſt ampliſſimum & notiſſimum intumeſcente æſtu aquis refertum, deferveſcente, iter ſed admodum periculoſum præbet. Provincia *Darbienſis*, vulgo *Darbiſhire*, a Meridie agro Leiceſtrenſi, ab Occaſu Staffordienſi, a Septemtrione Eboracenſi, ab Ortu Nottinghamenſi clauditur, forma quaſi triangulari, ſed non ęqui. latera: Ab Apice enim qui ad Auſtrum, vix ſex paſſ. mill. patet, ita utrimque exſpatiatur, ut qua Septemtriones ſpectat, triginta plus minus mill. paſſ. in latitudine occupet. In duas partes Derventione flumine intercurrente dividitur, qui e Septemtrionali limite profuſus, nigrantibus e terra aquis in Auſtrum devolutus Trentam petit, qui apicem Auſtralem interſecat. Pars Orientalis & Meridionalis culta, fœcunda & vivarijs frequens; Occidentalis tota petroſa, Montibus & aſpretis ſterileſcit. Plumbi tamen proventu opulenta, & Ovibus paſcendis ſatis commoda. Vniverſi agri caput *Darby*, Opidum nec exiguum, nec infrequens, celebre e juridicis conventibus pro univerſo agro, & Cerviſia quam coquit optima, Anglis *Ale* dicta. Hujus Opidi opulentia fere omnis eſt ex propolia, ſcilicet ex Frumento emendo, & montanis revendendo. Sunt etiam alia *S. Diacre Worke ſwort & Bakewel*. Atque hic Comitatus Parœcias cvı includit. Fluvij *Trenta Dovus & Derventio*. Pars occidẽtalis hujus Provinciæ quę tota collibus eminet *Peake* dicitur, Plumbi admodum ferax. In his enim Montibus Lapides plumbarij feraces, ut vocant Metallici, quotidie magna copia effodiuntur, quos in collibus Favonio obverſis, obſervatis temporibus cum Favonius flare cœperit, magna lignorum vi accenſa excoquunt, & effoſſis canalibus quibus defluat, in maſſas conflant. Nec Plumbum ſolum, ſed etiam Stibium (vulgo *Antimonium* vocant) hic in proprijs venis reperitur, quo in tingendis cilijs Græcæ mulieres olim uſæ leguntur. Lapides etiam Molares hic excinduntur. Cotes item ad ferramenta exacuenda & nonnumquam fluor quidam candidus in Fodinis reperitur, qui per omnia Chryſtallo eſt ſimillimus. *Staffordia* nunc *Staffordſhire*, ab Ortiva plaga Warwicenſibus & Derbienſibus, a Meridiana Vigornienſibus, ab Occidua Salopienſibus præcincta quaſi rhombi forma ab Auſtro in Septemtriones procurrit. Medio latior, & extremis anguſtantibus. Pars Septemtrionalis, Montana & minus læta, media Trenta flumine perfuſa lætior, ſylvis amicta, arvis & pratis uariata; uti & Meridionalis, quæ etiam Carbones foſſiles habet, & Ferri venas. Totius hujus agri caput olim erat & nunc eſt *Stafford*, cui maximum tamen decus a *Stafford* caſtro adjuncto, quod Barones de *Stafford* ſibi in ſedem conſtruxerunt. Eſt hic etiam *Lichfeldia* urbs humili ſitu, ſatis ampla & nitida, in duas partes palude ſive aqua minus profunda diviſa, quæ tamen duobus aggeribus, quibus ſubſunt ſua emiſſaria, conjunguntur. Hæc multis retro anţe ſæculis Epiſcoporum ſedes

*Ager Eboracenſis. Situs.*
*Soli qualitas.*
*Vrbes & Opida.*
*Flumina.*
*Maris cõmoditas. Lincolnia.*
*Soli qualitas.*
*Vrbs & Opida.*
*Flumina.*
*Provincia Darbienſis Situs.*
*Soli qualitas.*
*Opida.*
*Flumina.*
*Staffordia, Situs.*
*Soli qualitas.*
*Opida.*

EBORACVM,
LINCOLNIA, DERBIA,
STAFFORDIA, NOTING:
HAMIA, LECESTRIA,
RVTLANDIA, ET
NORFOLCIA.

OCEA NVS

GERMANICVS

Miliaria
mediocria Angliæ

Per Gerardum Mercatorem
Cum Priualegio

WEST MORLAN DIA
DUNELMENSIS EPISCOPATUS
EBORACA
LANCAS TRIA
CESTRIA
DERBIA
NOTTINGHAMIA
STAFFORDIA
SALOPIA
WARWICK SHIRE
LINCOLNIA
NORTHAMTONIA
RVTLANDIA
HVNTINGTONIA
CANTABRIGIA
SVFFOLCIA
NORFOLCIA
Cleueland
Holderness
Axholme
Lindesey
Kesteuen
Holland
Stamford
Merlelande
Flegg
Yarmouth
Lowestoft
Hartlepoole
Redker
Maske
Kilton ca.
Hinderwell
Whitbye
Lythe
Egton
Whitby
Haufegarth
Tyling
Scarbrough
Eyley
Speton
Flamburgh
Bridlington
Carnaby
Barmston
Wyke
Kilham
Lowthorp
Foston
Fordingham
Sigleshorn
Marleton
Albrighe
Tunstall
Hollum
Wellwik
Elington
The Shrunheade
Grymsbye
Clee
Totney
N. Sommercotes
N. Cotes
Coker
E. Saltfleetbye
Mablethorp
Trusthorp
Sutton
Hotoft
Numbye chap
Ingoldmeales
Skegnes
Burnham debdale
Welles
Tuchwell
Docking
Burnham market
Marsham
Sherringham
Cromere
Trymmingham
Munsley
Walcot
Eccles
Horsee
Haytham
Winterton nesse
Scrothye
Yarmouth
Stokesbye
Basswick
Burlingham
Wraxham
Buckman
Fretherby
Thorp
Corton
Lestoff
Benaker
Easton nesse
Brampton
Haleſworth
Walderswyk
Aldeburgh
Dunwich
Southwold
Blythburgh
Walberswick
Sibsey
Boston
Fosdik
Swinshead
Bicker
Donington
Holbeach
Spalding
Cowbet
Dowedale
Crowland
Deeping
Market deping
Langtoft
Baston
Thurlby
Bourne
Aswarby
Sleaford
Heckington
Folkingham
Aslackby
Pickworth
Ancaster
Grantham
Belton
Belvoir
Croxton
Muston
Redmile
Bottesford
Newark
Southwell
Mansfield
Worksop
Retford
Gainsborough
Lincoln
Wragby
Market raisin
Louth
Alford
Willoughby
Skirbeck
Wainfleet
Ingoldsby
Spilsby
Partney
Croft
Wilsford
Ancaster
Stamford
Uffington
Barnack
Peterborough
Thorney
Whittlesey
Yaxley
Farcet
Stilton
Norman Cross
Sawtrey
Ramsey
Somersham
Chatteris
Wisbech
Elme
Leverington
Tydd
Lynn
Downham
Stoke
Swaffham
Brandon
Thetford
Mildenhall
Lakenheath
Icklingham
Mildenhall
Eriholme
Kildale
Westerdale chap
Armanthwate ca
Glaisdale chap
Rudby
Ingleby
Whorlton
Brawdale chap
Lesse Ingham
Leasham
Lockton
Sawdon
Caton
Roxbye
Hutton
Stenton
Foulton
Yeddingham
Garton
Wouldenewton
Towing
Rellington
Foxhole
Helperthorp
Rudston
Wintering ham
Burdsale
Crambum
Wharum
Skirbek
Frydarthorp
Werwang
Garton
Paulton
Wartre
Watton
Pocklington
Locken ton
Holme
Belebye
Wighton
Lekenfeld
Newbold
Beuerley
Marfwell
Skidlbye
Burgh
N. Ferby
Hesill
Barton
Goxhill
Madton
Melton
Melton roſſe
Melling
Lymbergh
Glanford bridges
Caincy
Rybye
Ashbye
Kelsey
Caſter
Cokefield
Thoreſway
Lucthorp
Ulſtelbye
Ludford
Gayton
Cowthorp
Bellow
Alford
Willoughbye
Scalnelbye
Harrington
Ulſcbye
Welton
Croſt
Furſby
Spillbye
Raſen
Waddingworth
Nockley
Merton
Chriſtford
Bellingay
Stikford
Tirnſkeney
Stikney
Bennyngton
Wrangle
Frieſkeney
Tirnſtone
Sibſey
Eſtoft
Boſton
Swinſhead
Trampton
Sleford
Mole mag
Wilford
Skreckington
Sapperton
Folkingham
Aſlaby
Dewſore
Bichfeld
Grimſthorp
Jernham
Barne
Carleby
Wilſthorp
Market deping
Crowland
Eſenden
Stanford
Collyweſton
Peterſburgh
Stibbington
Waketley
Haringhworth
Dingley
Sutton
Lutton
Holme
Dingyngton
Littleport
Sheppye
Brandon
Thetford
Mildenhall
Lakenheath
Icklingham
Eaſton
Hatherſage
Beauchiff
Ouſton
Staley
Chatſworth
Chaſterfeld
Darley
Aſhover
Wirkſworth
Huckner
Warſop
Mansfield
Morton
Teuerſall
Poxon
Kirkeby
Bleaworthley
Mockerton
Kirkeby
Oxton
Subwell
Bulwell
Bowcok
Nuthall
Trowell
Attenton
Wilford
Long eaton
Sawley
Barton
Penny
Staunton
Raddiff
Aſſhaw ington
Normanton
Dunnyngton ca
Katherne
Dalby
Waltham
Couſtorp
Gunneſthorp
Aſſaby
Fobingham
Goſberton
Swinſlete
Aſhby
Rothebye
Durrington
Aſhby
Temple bruer
Aſwarby
Aſlackby
Pickworth
Ancaster
Grantham
Belton
Belvoir
Croxton
Muston
Redmile
Bottesford
Newark
Southwell
Mansfield
Worksop
Retford
Gainsborough
Lincoln
Wragby
Market raiſin
Louth
Alford
Willoughby
Skirbeck
Wainfleet
Ingoldsby
Spilsby
Partney
Croft
Wilsford
Ancaster
Stamford
Uffington
Barnack
Peterborough
Thorney
Whittlesey
Yaxley
Farcet
Stilton
Norman Cross
Sawtrey
Ramsey
Somersham
Chatteris
Wisbech
Elme
Leverington
Tydd
Lynn
Downham
Stoke
Swaffham
Brandon
Thetford
Mildenhall
Lakenheath
Icklingham
Eaſton
Hatherſage
Beauchiff
Ouſton
Staley
Chatſworth
Chaſterfeld
Darley
Aſhover
Wirkſworth
Huckner
Warſop
Mansfield
Morton
Teuerſall
Poxon
Kirkeby
Bleaworthley
Mockerton
Kirkeby
Oxton
Subwell
Bulwell
Bowcok
Nuthall
Trowell
Attenton
Wilford
Long eaton
Sawley
Barton
Penny
Staunton
Raddiff
Aſſhaw ington
Normanton
Dunnyngton ca
Katherne
Dalby
Waltham
Couſtorp
Gunneſthorp
Aſſaby
Fobingham
Goſberton
Swinſlete
Aſhby
Rothebye
Durrington
Aſhby
Temple bruer
Aſwarby

rum ſedes fuit. Et *Burton* Alabaſtrinis operibus, *Ferrariorum* caſtro, & antiquo monaſterio quondam inſigne Opidum; *Vtceſter* Antonino *Etocetum*; *Stone* mercatorium Opidum, *Drayton*, *Baſſett*, *Tameworth*, *Vulfrunshampton*, *Theotenhall* & *Weadesbirigh*. Atque in hoc Comitatu Paroeciæ cxxx habentur. Flumina hanc regionem irrigant *Dovus*, *Hanſus*, *Churnet*, *Tain*, *Blith*, & qui hos omnes capit & ad Mare defert *Trenta*. Hic e duobus Fontibus effluens ſuo quaſi jure tertium ſibi locum inter Britanniæ flumina vindicat. Item *Sous*, *Tama* & *Pankus*. Pars Septemtrionalis Montibus non magnis leviter intumeſcit, qui hinc exorſi, ut Appenninus Italiæ, per Angliam mediam perpetuum dorſum perpetuis jugis elatum ad Scotiam uſque, nomine ſæpe mutato agunt. Hinc enim *Moreland*, inde *Peake*: deinde *Blackſton egde*, poſtea *Craven*, deinceps *Steanmore*, & demum in cornua ſciſſi *Chevioth* vocantur. In parte hujus agri media *Needwood* ſylva ſpacioſa, vivarijſque repleta diffunditur, in qua circumvicina Nobilitas hilares venandi labores gnaviter aſſidueque exercet. *Comitatus Nottinghamienſis* Anglis *Nottinghamshire* ab Ortu Lincolnienſi confinis eſt, a Septemtrione Eboracenſi, ab Occaſu Derbienſi, a Meridie Leiceſtrenſi terminatur. Partem Meridionalem, & Orientalem *Trent* flumem nobiliſſimum, influenteſque rivuli fœcundant: Occiduam partem Saltus de *Shirewood*, longe ſe porrigens, occupat totam. Hanc quod arenoſa ſit *The ſand*, illam quod argillacea *The Clay* vocant Incolę, & in has duas partes regionē ſuā diſtribuerunt. Vrbs præcipua quæ nomen Comitatui præbuit *Nottinghā*, loci ingenio amœna; Hinc enim ad flumina ſpatioſa procumbunt prata, illinc faciles confurgunt colles; omnibus etiam quæ ad vitam pertinent copioſa. Hinc *Shirewood* Lignum in ignis alimentum, illinc Piſces *Trenta* large ſuppeditat. Amplitudine denique, ſtructura, uno & altero eleganti Templo, Foro longe pulcherrimo, & munitiſſimo caſtro eſt ſane ſpecioſa. Opida præterea hic ſunt *Suthwell*, *Newarke*, *Manſfeld*, *Blith*, *Soroby* & *Workenſop* non minus lætiſſimo proventu Glycyrizæ, quam Comitis Salopiæ ædibus præclarum. Atque in hoc agro clxviii Parochiales Eccleſiæ viſuntur. Flumina *Trenta*, *Linus*, *Snitte tdle*. In occidua hujus agri parte. *Shirewood*, quam alij *Limpidam ſylvam*, alij *Præclaram ſylvam* interpretantur, omnia olim frondibus adoperuit, arborumque rami complicati, ita ſylvas commiſerunt, ut calles vix ſingulis per vij eſſent, nunc vero rarior eſt, infinitas tamen Damas, & ſurgentes in cornua Cervos alit. Nottinghamiæ a Meridie confinis eſt, *Provincia Leiceſtrenſis*, vulgo *Leiceſtershire*, ab Ortu Rutlandia & agro Lincolnienſi, a Septemtrione Nottinghamienſi, & Derbienſi, ab Occaſu Warwicenſi a Meridie Northantonēſi præcingitur. Tota campeſtris, Frugibus opima, ſed Sylvis maximam partem indiga. Primaria totius agri urbs *Lege ceſtria*, *Leogora*, *Legeoceſter*. & *Leiceſter* apud authores dicta. Hæc majorem vetuſtatem quam dignitatem præ ſe fert. Eſt & *Loughborrow* mercatorium Opidum quod nunc ſecundum locum a Leiceſtria inter omnia hujus Comitatus Opida ſibi ſuo jure vendicat, ſive amplitvdinem, ſive ſtructuram, ſive etiam, ſylvarum amoenitatem ſpectes. Sub ipſo enim ſaltus de *Charnwood*, ſive *Charley* longe expanditur, in quo *Beaumannour* vivarium cernitur, quod Domini de *Bellomonte* lapideo muro circumſepſerunt. Item *Lutterworth* emporiolum *Hinckley* & *Boſworth*. Atque intra hunc agrum Parochiales Eccleſiæ cc numerantur. Mediam hanc *Soarus* flumen Trentam petens alluit, Orientalem vero partem *Wrekus* fluviolus qui *Soare* demum commiſcetur, placide pererrat, *Rutlandia* vulgo *Rutlanshire*, Leiceſtrenſi agro quaſi includitur, niſi a Meridie qua Wellando fluvio incumbit, & ab Ortu qua Lincolnienſes attingit; Spatio eſt multo minori, utpote totius Angliæ provinciola minima. Forma enim fere circulari circumſcripta, tantum circuitu colligit, quantum expeditus eques uno die confi-cere poſſit. Traxiſſe appellationem videtur a rubedine, cum paſſim hæc Terra rubeat, uſque adeo ut etiam Ovium vellera rubedine inficiantur, rubrumque Saxonibus *Roed* & *Rud* dictum fuerit, ut *Rutland* quaſi Terra rubra dicta ſit. Non minori hæc Regio ſoli ubertate & amoenitate, licet ſpatio ſit minori. Cæterum hæc Provinciola ſerius in Comitatum inſtituta videatur. Nam Edwardi Confeſſoris tēpore Northantonenſis agri pars cenſebatur, & Hiſtorici qui ante trecentos annos ſcripſerunt, in Comitatuum numero non repoſuerunt. Eſt in hoc agro *Vppingham*, non ob aliud memorandum, quam quod totius agri primarium habeatur Opidum, & ſcholam elegantem oſtendat, quam uti etiam Okehamiæ, ad puerorum ingenia bonis litteris excolenda laudabili inſtituto R. Ihonſon verbi divini miniſter non ita pridem poſuit. Eſt & Okehamia cujus modo mentionem feci. Eccleſijs autem Parochialibus xlvii ornatur hæc Provinciola. *Waſh*, ſive *Cwash* fluviolus, qui hunc agrum ab Occaſu in Ortum quaſi medium intermeat, in duas diſpeſcit partes. Reſtat in Pinace *Norfolcia* breviter explicanda. Ea vulgo *Northfolke*, id eſt, ſi latine interpreteris Borealis populus. Termini ejus a Meridie Soffolcia, ab Euro & Septemtrione Oceanus Germanicus, a Zephyro *Ouſe* flumen. Regio eſt ampla fere omnis campeſtris, niſi qua faciles aſſurgunt colles, admodum opulenta, Ovium gregibus refertiſſima, Cuniculiſque inprimis ferax, aquis irrigua, ſylvis non omnino indiga, ſolum pro locorum diverſitate varium, alicubi pingue, luxurians, & ſucculentum, alibi tenue, leve & ſabuloſum, alibi argilloſum & cretaceum. Inter urbes hujus Provinciæ primum occurrit vetuſta illa quam memorat Antoninus urbs *Sitomagus*, nuuc *Thetford*. Raris hæc nunc eſt habitatoribus, licet ſatis ampla, olim vero frequens & celebrata, præter alia vetuſtatis indicia, molem oſtendit in magnam altitudinem aggeſtam, duplicique vallo munitam & Mœnibus, ut ferunt olim firmatam, quam Romanorum fuiſſe opus credunt nonnulli, vel potius Saxonicorum Regum, ut volunt alij, ſub quibus longo tempore fuit florentiſſima. Eſt etiam in hac provincia *Norwicus* urbs celeberrima, Anglis *Norwich*. Ea nunc ſuis opibus, frequentia, ædificiorum elegantia, Templorum pulchritudine, Civium ſedulitate, in principem fide, in exteros humanitate, inter celeberrimas Britanniæ urbes merito connumeranda. Et *Yarmouth* Portus Opidumque elegantiſſimum, loci ingenio, & ſolerti opera permunitum. Quamvis enim aquis pene circumvalletur, ab Occaſu flumine, quod verſatili ponte inſternitur, ab alijs partibus Oceano, niſi ad Septemtriones qua continens eſt: Mœnibus tamen ſatis firmis quæ cum flumine formam quadrilateram oblongiorem efficiunt, pulcherrime includitur: in quibus præter turres, ad Ortum moles eminet, unde tormentis majoribus in Mare ſubjectum, quod vix quinquaginta paſſibus abeſt, longe lateque effulminatur. Item *Aſchell-Thorp*, *Dis*, *Schetton*, *Skulton*, *Attleburgh*, *Wanburne*, *Lyne*, *Swaffham*, *Nort Elmeham*, *Dereham*, *Wimondham*, *Icborrow*, & alia. Opida enim mercatoria xxvii, villas, & pagos ſexcentos viginti quinque hæc Regio exhibet: & Parochiales Eccleſias plus minus ıɔclx. Fluvij eam irrigant, *Ouſe*, *Thet*, *Waveney*, *Garienis mouth*, Halecum captura totius Orbis eſt uberrima & quæſtuoſiſſima. Incredibile enim videatur, quantæ quam frequentes Nundinæ hic ad feſtum Michaelis habeantur, & quanta vis Halecum, aliorumque piſcium diſtrahatur. Porro ſoli hujus provinciæ bonitatem, de qua ſupra locuti ſumns, vel ex eo colligas, unde Varro colligere jubet, quod Incolæ optime niteant, ut taceam ingenia verſutiſſima, & in jure Anglico municipali acerrima: adeo ut fœcundiſſima Iuriſconſultorum altrix & olim & nunc habeatur, atque etiam ex infima plebe non pauci reperiantur, qui ut ait ille ſi nihil ſit litium, lites tamen ex juris apicibus ſerere calleant. Sed de his ſatis copioſe, ad Tabulam ſextam tranſeo.

*Flumina.* *Montes* *Sylva.* *Nottinghamia.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Vrbes & Opida.* *Flumina.* *Sylva.* *Leiceſtria.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes. & Opida.* *Flumina.* *Rytlandia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Norfolcia.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Vrbs & Opida.* *Flumina.* *Maris commoditas.* *Incolarum mores.*

# ANGLIAE VI TABVLA.

*In qua hi Comitatus, VVarvvicum, Northamtonia, Huntingdonia, Cantabrigia, Suffolcia, Oxonium Buckingamia, Bedfordia. Hartfordia, Essexia, Bercheria, Middelsexia, Southamtonia, Surria, Cantium, & Southsexia, cum Insula VVicht.*

PAGVS *Warwicensis*, Anglis *Warwickshire*, ab Ortu Leicestria & via militari, ab Austro Oxonia & Oloceſtria, ab Occasu Vigornia, & a Septemtrione Staffordia finitus, in duas distinguitur partes. in *Feldon* scilicet & *Woodland*, 1. in regionem campestrem & nemorosam. *Feldon* campestri jacet planicie, Frugibus & virenti gramine admodum læta; *Woodland* tota nemoribus insessa, nec tamen sine pascuis, arvis. & varijs Ferri venis. Præcipuum totius agri Opidum *Werwicke*, quod ædificijs speciosis exornatum, castrum & natura & opere firmissimum ad Africum prætendit. Sunt præterea *Leamington, Vchindon, Harbury, Manceſter, Conventry, Stradford* & alia; continenturque in hoc Comitatu Parochiales Ecclesiæ clvIII. Flumina, *Avona, Leamus, Arrow, Alenus*. Ager *Northantonensis* vulgo *Northantonshire*, ab Occasu brumali qua latior est, sensim se contrahendo in ortum æstivalem protenditur. Ab ortu Bedfordienses, & Huntigdonenses, ab Austro Buchinghamienses & Oxonienses ab Occasu Warwicenses, & a Septemtrione Leicestrenses, Rotelandenses, & Lincolnienses Wellando flumine discriminati sedent. Campestris regio est, soli admodum ditis, sive arva sive pascua respicias. Vbique ut etiam alibi in Anglia Ovibus oppleta & quasi obsessa Vrbs hujus agri *Northamton*, quæ tota e saxo constructa fuisse videtur, & ampla satis est, & mœnibus inclusa, e quibus spatiosa planities circumquaque oculis subijcitur. Ad Occasum castrum habet vetustum. Opida *Brakeley, Torceſter, Grafton, Daventrey, Wedon, Higham, Oundale, Peterborow, Welledon*. Atque ad hunc agrum Parochiæ cccxxvI pertinent Flumina *Vsa, Avona, Wellandus*. *Huntingdonia* vulgo *Huntingdonshire* eo situ locata, ut ab Austro bedfordienses, ab occasu Northantonenses, ut etiam a Septemtrione, qua Avona. flu dirimitur, & ab Ortu Cantabrigienses spectet. Regio sementi satis apta, pascendo Pecori, ad Ortum qua paluſtris est, uberrima, ubique fere collium apricitate, & Nemorum opacitate amœna. Præcipuum totius Comitatus Opidum *Huntinghdonia* cui & nomen dedit, tam situs fulgore, quam sui decore, tam paludum vicinitate, quam Ferarum & Piscium fertilitate vicinis Opidis longe præeminens. Sunt & *S. Iues. S Needes* & *Cunnington*: Paræciæque lxxvIII hic numerantur. Flumen *Vsa*, quod sæpe dixi eam alluit, & *Avona*. Ager *Cantabrigiensis* vulgo *Cambridgeſhire*, in Aquilonem productus Norfolciæ & Suffolciæ objacet, a Meridie Orientalibus, Saxonibus & Hertfordensibus ab Occasu Huntingdonensibus, a Septemtrione Lincolniensibus & Ousa flumine, qui ab Occasu in Ortum transversum intersecat, in duas partes dispertitus. Inferior & Australis magis culta, magis consita, ideoque lætior, non perlibrata planitie, sed exigue plana, plurima, imo tota (nisi qua Crocum copiose progignit) Frumentarijs jacet campis, Hordeumque laudatissimum affatim effundit, e quo ad regerminationem madefacta, liguliſque enatis tosto, *Byne* maxima copia conficiunt. Vlterior & Septemtrionalis pars, pascuis uberrimis perviridis & læta, cæterum aqua subeunte quodammodo suspensa, nonnumquam vero inundante maximam partem adoperta. Vrbs in hoc Comitatu Cantabrigia Angliæ Academia, imo sol & oculus, clarissimaque bonarum literarum & pietaris officina ad Camum sedens, qui cum Occidentale ejus latus insulis ludens perspersit, ad Ortum conversus in partes dispertit duas, ponteque conjungitur, unde hoc nomen *Cambrigde* enatum. Vltra pontem castellum cernitur amplum & vetustum. Cis pontem, ubi urbis pars longe maxima jacet, platearum descriptione, Templorum frequentia & quatuordecim pulcherrimis Musarum Sacrarijs, sive Collegijs, omnia nitent, Sunt præterea *Roiston, Rech, Burwel, Elye*: Parochiæque clvIII in hoc Comitatu continentur Fluvij *Camus* & *Sturus*. *Suffolcia* ab Occasu habet Cantabrigienses, ab Austro Sturum fluvium, qui ab Essexia dividit, ab ortu Oceanum Germanicum, a Septemtrione duos fluviolos *Ouse minimum*, & *Waveney*, qui ex eodem quasi fonte in diversa fluentes, a Norfolcia disterminant. Regio satis ampla, solo nisi ab Orientem, admodum pingui, utpote ex argilla & marga composita unde lætissima ubique arva, & uberrima saginando pecori pascua, Caseique magno numero conficiuntur. Est hic *Sudbury* id est, *Australis Burgus* quem hujus agri quondam præcipuum fuisse, & ratione Norwici, id est, vicus Septemtrionalis hoc nomine signatum credunt Necdum vicinis inferior censeri æquo animo ferat. Est enim populosus, & pannis conficiendis opulentus. Sunt & hæc Opida *Ixningh, S. Edmunsbury, Bretenham, Hadley, Ipswich, Debenhamia. Oreford*, & alia, atque in hoc agro Paræciæ 10 lxxv habentur, Fluvij autem *Sturus Bretonus, Cipping, Debenus, Orus Ouse, Waveney, Garienis*. *Oxonienſis* ager vulgo *Oxfordſhire*, Gloceſtrenſi, ad Occasum conjungitur, ab Austro Iside fluvio a Barkshire excluditur, ad Ortum Buckinghamienſi agro definitur, ad Septemtriones hinc Northantonienſi, illinc Warwicenſi, includitur. Regio fertilis est & opima, plana arvis & pratis sunt exculta: colles crebris sylvis obsessi, nec Frugibus tantum, sed omni genere Animantium, quæ venatu & aucupio ad cibum capi solent ubique referta. In hoc Comitatu eminet *Oxonia* vulgo *Oxford*, altera Angliæ Academia, alter Sol, oculus, & anima, literarum & sapientiæ clarissima officina, unde Religio, Humanitas & Doctrina in Omnes regni partes uberrime distribuuutur. Vrbs egregia & nitida, Collegijs sedecim, aulis octo instructa. Sunt præterea *Blabac, Burford, Minſterlouell, VVhitney, VVoodſtocke, Banbury, Burceſter, Tama, Dorcheſter, VVatlington*. ac cc lxxx parochiæ. Fluvijs hæc Regio etiam piscosis passim irrigua. *Isis* enim qui postea *Tæmesis* longo decursu Australe latus subluit, & *Cherwel*, piscosus fluviolus placide regionem intermeat, & quasi in duas dispertit partes, donec ab Iside excipiatur. Sunt & *VVindruſhus & evenlode*. *Buckinghamia* sic dicta, ut & primarinm ejus Opidum a Fagis quas Saxones *Bucken* vocant. Hic ager minori latitudine concluſus a Tamesi ad Septemtriones longitudine sua procurrit. A Meridie Bercheriam, Tamesi secluſam, ab Occasu agrum Oxonienſem, a Septemtrione Northantonenſem, ab Ortu primum Bedfordienſem, inde Hertfordenſem, & postea Medioſaxones prospicit. Solo est passim uberi, incolis refertissima, qui rei pecuariæ imprimis operam navant: pabuloſis pratis innumeros Ovium greges pascit, quarum mollia, & tenuissima vellera ab Asiaticis usque gentibus expetuntur. Caput totius Conventus *Buckingham*, quod vallo & turribus anno cc1oxv Edwardus senior contra Danorum irruptiones communivit. Habet & *Marlow, High VVicham, Colbroke, Amirſham, Creudon, Stony, Stratford, Oulney, Newport, Panell*. Atque in hac regione Paræciæ clxxxv numerantur. Fluminaque *Tameſis, Colnus, Vſa*. *Bedfordienſis* ager, vulgo *Bedfordſhire*, ab Ortu Cantabrigienſi, ab austro Hertfordenſi, ab Occasu Buchinghamienſi

*Warvicū.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Flumina.* *Northamtonia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes & Opida, Flumina.* *Huntingdonia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Flumina.* *Cantabrigia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes & Opida.* *Flumina.* *Suffolcia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Oxonia.* *Situs* *Soli fertilitas.* *Animaliū varietas.* *Vrbes & Opida.* *Buckinghamia.* *Vnde dicta* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida, Flumina.* *Bedfordia.*

Warwicum, Northhamtonia, Huntingdonia, Cantabrigia, Suffolcia, Oxonium, Buckinghamia, Bedfordia, Hartfordia, Essexia, Berceria Middelsexia, Southhatonia, Surria, Cantiũ & Southsexia.

Miliaria Anglica magna

parua

OCEANUS BRITANNICUS

GALLIAE PARS

*Situs.* ghamienſi, a Septemtrione Northantonenſi, & Huntingdonenſi conjunctus, Vſaque interfluente in duas partes di-
*Soli qualitas.* viſus. Quæ Septemtriones ſpectat, fertilior eſt, & nemoroſa: altera ad Meridiem quæ multo major, ſolo eſt tenuio-
*Opida.* ri, ſed non omnino ingrato; Hordeum enim plenum, album & craſſum affatim profundit. In medio Sylvis non-
*Hertfordia* nihil denſa, ſed ad Ortum magis ſiticuloſa, & Arboribus nuda. Primarium Opidum *Bedfordia*, unde & regio-
*Situs.* ni nomen, Situs amœnitate, & ſua vetuſtate, magis quam elegantia aut amplitudine) licet quinque eccleſias nu-
*Soli fertilitas.* meret) prædicandum. Habet & alia, *Odil, Bletneſho, Eaton, Dunſtable*: Parœciaſque cxvi hæc provinciola continet: at-
*Opida.* que *Vſa* fluvio irrigatur. Agro Bedfordienſi a Meridie adjacet *Hertfordia* ſive *Hertfordſhire*, cujus occidentale latus
*Flumina.* claudunt Buchinghamienſes, Auſtrale Medio ſaxones, Orientale Saxones Orientales, & partim Cantabrigienſes.
*Eſſexia.* Frumentarijs agris, paſcuis, pratis, nemuſculis, fœlix. Caput Comitatus cenſetur *Hertfordia*, quæ agro univerſo no-
*Situs.* men ſuum communicavit. At nunc eſt infrequens, & ex eo maxime celebrata, quod antiqua. Sunt præterea *Watling-*
*Soli fertilitas.* *ſtreat*, Antonino *Verolanium*, Tacito *Verulamium*, Ptolemæo *Vrolanium*: ſed hodie Verolamio in agros converſo, *Fa-*
*Opida.* *num Albani* ex ejus ruinis eductum floret, Opidum elegans & amplum Præterea *Roiſton, Aſhwell, Biſhops Stortford*, alia
*Flumina.* que multa. Parochiaſque cxx habet hic Comitatus. Fluvios *Leam, Stort, Mimeram* & *Beneficiam, Eſſexia* ſequitur, vul-
*Bercheria.* go *Eſſex*. Hanc ad Septemtriones *Stourus* flumen a Southfolcia dividit, ad Ortum Oceanus ſe inſinuat, ad Auſtrum
*Situs.* Tameſis jam grandis a Cantio ſecludit, uti ad occaſum *Ley* fluviolus a Medioſaxonibus, & in eum influens *Stourus*
minor ſive *Stort* ab Hertfordenſibus. Regio eſt lata, frugifera, Croci fœcunda, nemoroſa & imprimis opulenta. Eſt hic
vetuſta illa Romanorum Colonia *Camalodonum, Camudolanum* Pto. Antonino *Camoludunum*, nunc *Maldon*. Item *Col-*
*cheſter, Leiton, Beamfleot, Leeg, Rochford, Angre, Ralegh, Dunmow Plaiſſy, Chelmerford, Ithancheſter, Earles, Colne, Barklow,*
*Walden*. Et parœciæ cccc xv. Fluvij *Ley, Tameſis, Chelmer, Froſhwell, Colne Bercheria* dicitur vulgo *Barckſhire*. Hujus Se-
temtrionalem partem *Iſis* qui poſtea *Tamiſis*, fluxuoſo ſed amœno admodum blandus alveo perfundit, & primum
ab Oxonienſibus, poſtea a Buchinghamienſibus ſecludit, Auſtralem partem irrigat *Cunetio* flu. donec Tamiſi ſe infe-
rat. Ad ortum qua latior eſt. parte media, ſuarum opum ſatis prodiga, & frumenti ferax, præcipue, ubi in vallem ſub-
*Opida.* ſidet. Orientalem autem partem quæ minus fertili gleba, ſaltus & ſylvæ longe lateque occupant. Opida hic *Farendon,*
*Abbendonia*, vulgo *Abbandune, Wantage. VVallingford* Antonino *Galleva*, *Calleva* Ptolemæo utrũque corrupte pro *Gal-*
*Flumina.* *lena, Hogerford, VVidehay. Newbury, Reading, Biſtleham, Maidenhead* & *VVindſore*, ſedes regia ſitu ſane amœniſſimo. Sunt-
*Midleſexia* que in hujus Comitatus complexu Parochiæ cxl. Flumina eam irrigant *Iſis, Tameſis, Oke, Cunetio* & *Lamborn*. *Mid-*
*Situs.* *leſexta* a medijs Saxonibus nomen habens, a Buchinghamienſibus *Calno* fluviolo ad Occaſum, ab Hertfordenſibus
*Cœli Temperies, & ſoli fœcunditas.* ad Septemtrionem noto limite, ab Eſſexia ad Ortum Lea flu. a Surreia & Cantio ad Auſtrum Tamiſi diſterminatur.
Anguſtioribus ſpatijs circumſcripta, qua longiſſima xx mill. qua arctiſſima x ii mill. patet. Summa cœli temperie &
ſoli indulgentia, ædibus & vicis magnificis ubique nitida. Opida hic ſunt *Vxbridge, Draiton, Stanes, Radeliff*, & alia. Ve-
*Opida.* rum inter hæc omnia *Londinum* totius Britanniæ Epitome: Tacito, Ptolemęo & Antonino *Londinium* & *Longidinium*
*Vrbs Londinum.* dicitur; ſub Valentiniano etiam *Auguſta*. Itaque in notitia Imperij legas, *Præpoſitus Theſaurorum Auguſtenſium in Bri-*
*tannia*. Eſt autem vere,

*Vrbs animis numeroque potens & roboregentis,*

Sita ad Tamiſin fluvium, agro fertili & Cælo clementi. Diſtat ab Oceano ſexaginta millib paſſuum. Pontem habet lapideum ultra flumen, paſſ. ccc xxx, utrimque magnificis ſplendidiſque ædificijs exornatum. Arcem præterea munitiſſimam, Angliæ totius armamentarium, in qua etiam officina eſt monetaria. Vicinum Londino eſt *VVeſtmona-*
*Flumina.* *ſterium*, Templo, Foro judiciario, & Regia longe celeberrimum. Templum Regum Angliæ inauguratione & ſepultura inſigne eſt. Atque in hoc agro parœciæ lxx iii plus minus extra urbem numerantur. Flumina *Lea, Colnus Tamiſis* ex duobus confluentibus conſtans, qui ſunt Tama & Iſis connubio junctis, alueum habet prealtum, tutum & navium
*Southantonia.* quam libet magnarum capaciſſimum, atque exæſtuantis maris acceſſu augeſcit, ſexaginta plus minus ab Oſtio Italicis
*Situs.* milliaribus, Salmonibus & Sturionibus dives eſt, & ad ejus ripas innumeri Cigni viſuntur. *Southantonia* vulgo *Ham-*
*Soli fertilitas.* *ſhire* ab occaſu Dorſettiam, & Wiltoniam, ab Auſtro Oceanum, ab Ortu Suſſexiam, & Surreiam, & a Septemtrione
Bercheriam attingit. Ea frugum proventu ferax, ſylvarum denſitate amœna, & paſcuorum fœcunditate læta. Vrbes
*Vrbs & Opida* habet duas quarum altera *South-hamton*, urbecula, ædificiorum frequentia & elegantia celebris, opulenta & munita.
*Flumina,* Altera *VVintonia* Anglis *VVintcheſter* Ptolemæo & Antonio *Venta Belgarum*. Vrbs proculdubio Romanis ſeculis inſi-
*Surria.* gnis, ut pote in qua textrina ſua ſacra Imperatores Romani habuiſſe videntur. Noſtra ætate ſatis eſt frequens. Sunt &
*Situs.* Opida *Ringwood. Chriſt Church, Whorwell, Andover, Rumſey, Portsmouth, Cingſclare, Odiam, Silceſter*, & alia. Opida enim
*Soli qualitas.* mercatoria xviii, ac Parœciæ hic cc lii habentur. Fluvij *Avena, Sturus, Teſt* & *Hamble*. *Surria* Bedæ *Suthriona* vulgo
*Opida.* *Suthry*, & *Surry*, ab occaſu partim Bercheriæ & Southantoniæ, ab Auſtro Suſſexiæ, ab ortu Cantio contigua, a Septẽ-
*Flumina.* trione Tamiſi perfunditur & a Midleſexia dirimitur. Regio eſt non admodum ampla, ſatis tamen opulenta, qua Ta-
*Cantium.* miſi incumbit, qua campeſtris jacet planitis, Fruges mediocriter, & pabulum benigne producit, præſertim ad Au-
*Situs.* ſtrum, ubi perpetua vallis grata nemorum, & pratorum varietate nobils, decurrit. Opida ſunt *Godelminge, Ockley, Effin-*
*Soli qualitas.* *ghã, King ſtone, Merton, Croydon, Beddington, VVimbledon, VVandleſwort, The Bourrough of Southworke*. Atque hic Comita-
tus Parœcias cxl habet. Flumina autem ſunt *VVey, Molis, Vandalis*, & quem dixi *Tamiſis*. *Cantium* vulgo *Kent* ſequitur,
Regio a ſitu ſic dicta. Grandi etenim angulo Galliã proſpectat, Tamiſis æſtuario, & Oceano omni ex parte circumfu-
ſa, niſi qua ad Occaſum, Surrejam conterminam habet, & Southſexiæ partem ad Meridiem. Inæqualis eſt, ad Occa-
ſum planior, & ſylvis umbroſa, ad Ortum ſurgentibus collibus excelſior. Incolæ, qua a Tamiſi ad Auſtrum patet in
tres portiones deſtinguunt, quarum ſuperiorem ad Tamiſim ſalubrem, ſed minus opulentam eſſe ferunt, mediam &
*Vrbs & Opida.* ſalubrem, & opulentam: inferiorem vero opulentam, ſed inſalubrem, utpote quæ magna ex parte eſt uliginoſa. Pra-
*Flumina.* tis tamen, paſcuis, arviſque ubique fere læta, Pomis ad miraculum abundans, nec non Ceraſis. Habet & Ferri venas
*Suthſexia* nonnullas. Vrbs primaria hujus provincię *Durovernum*, Ptol. *Darvernum*, Bedæ & alijs *Dorobernia*, Anglis *Canterbury*,
*Situs.* Latinis *Cantuaria*, pervetuſta Romanoque ſęculo illuſtris, olim regni Cantij caput & ſedes regia: ac nunc Archiepiſ-
*Soli qualitas.* ſcopali dignitate gaudet. Sunt & Opida *Dover, Hith, Rumney, Sandwich, Graveſend, Rocheſter, Reptaceſter*, & alia plurima.
*Opida.* Fluvij *Tamiſis, Darentus, Medwege* & *Stoure*. *Suthſexia* hodie *Suſſex* Oceano Britannico tota ad Meridiem longior quam
latior recto quaſi littore incumbit. Maritimus regionis tractus colles albicantes ſublime elatos habet, qui cũ ex creta
pingui conſtent, Fruges affatim profundunt. Medius tractus pratis, paſcuis, arvis, lucis diſtinctus admodum eſt ſpe-
ctabilis. Citerior ſylvarum opacitate amœniſſimus. Ferri venis paſſim fœcunda eſt hæc Regio. Opida hic *Chicheſter,*
*Arundel, Lewes, VVinchelſey*, & alia. De *Inſula VVicht* deſcriptione proxima dicemus.

# ANGLIAE VII TABVLA

*Has quatuor Insulas sub Anglorum Imperio comprehensas habet: Monam, sive Angleſey, Vectam vulgo Wigt, Iarſay & Garneſey.*

Eptima & postrema Angliæ Tabula has quatuor Insulas sub Anglorum Imperio comprehensas habet: quarum priores duæ videlicet *Mona* & *Vecta* ad littus Angliæ, posteriores vero duæ *Iarſay* & *Garneſey* juxta Galliæ littus sitæ sunt. Prima est *Mona* Britannis etiam *Mon, Tirmon* & *Yris Dewyll*, id est *Insula opaca*, Saxonibus *Moneꝛe*, tenui freto *Menai* a Britanniæ continente divisa, insula nobilissima, antiqua sedes Druidum. Hujus Longitudo est plus minus xxii mill. Anglicorum, Latitudo xvii, ambitus vero lx. Insulæ hujus, *quamvis*, vt inquit Giraldus, *arida, saxosa, aspectu inamœna, & deformis*, suo tempore terra videretur; nunc tamen admodum amœna, & culta est, Triticique proventu adeo fœcunda, ut *Mater Walliæ* vulgo appelletur. Lapides etiam habet Molares, & alicubi Terram aluminosam, e qua Alumen, & Calchantum conficere non ita pridem cœperunt. Re etiam pecuaria satis est opulenta. Ea autem a Paulino Suetonio, & Iulio Agricola in Romanum imperium redacta. Imperante Nerone Paulinus ille Suetonius (ut scribit Tacitus:) *Monam Insulam Incolis validam, & receptaculum perfugarum aggredi parat, naveſque fabricatur plano alveo, adverſus breve littus & incertum. Sic pedites, equites vado ſecuti, aut altiores inter undas, adnantes equis tranſmiſere. Stabat pro litore diverſa acies, denſa armis viriſque intercurſantibus fœminis, in modum furiarum, veſte ferali, crinibus dejectis, faces præferebant. Druidæque circum preces diras ſublatis ad Cælum manibus fundentes, novitate aſpectus perculere militem, ut quaſi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Denique cohortationibus Ducis, & ſe ipſi ſtimulantes, ne muliebre & fanaticum agmen paveſcerent; inferunt ſigna ſternuntque obvios, & igni ſuo involvunt, Præſidium poſthac impoſitum vicis, exciſique luci ſævis ſuperſtitionibus ſacri. Nam cruore captivo adolere aras, & hominum fibris conſulere Deos fas habebant.* Postea, ut scribit idem Tacitus: *Iulius Agricola Monam Insulam cujus poſſeſſione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniæ ſupra memoravi, redigere in poteſtatem animo intendit. Sed ut in dubijs conſilijs, naves deerant, ratio & conſtantia Ducis tranſvexit: depoſitis omnibus ſarcinis, lectiſſimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi uſus, quo ſimul ſeque & arma & Equos regunt ita repente immiſit, ut obſtupefacti hoſtes qui claſſem: naves, qui Mare expectabant, nihil arduum aut invictum crediderint ſic ad bellum venientibus. Ita petita pace, ac dedita Inſula, clarus ac magnus haberi Agricola* Multis post sæculis ab Anglis devicta in eorum nomen concessit, *Angleſey* quasi Anglorum Insula dicta. Hoc etiam addit Camdenus: Romanorum in Britannia jam divergente Imperio. Scotos ex Hibernia in hanc etiam irrepsisse. Nam præter tumulos fossa circumdatos, quos Hibernicorum casulas vocant, etiam locus est *Ynhericy Gwidil* ab Hibernicis denominatus, qui duce Sirigi, Britannos eo loco fuderunt, ut Triadum libro memoratur. Nec ab Anglis solum, verumetiam a Norvvegis graviter divexata fuit. Anno enim cɪɔ Æthelredi classis totam insulam circumvecta hostilem in modum devastavit. Postea Hugones duo Normannici, alter Cestriæ, alter Salopiæ Comes gravissime afflixerunt, castrumque *Aber-Lienioc* ad coercendos Incolas extruxerunt; verum *Magnus* Norwegus eo tempore ad hanc appulsus Hugonem illum Cestrensem sagita transfixit, & Insulam deprædatus discessit, Deinceps etiam Angli sæpius adorti sunt, donec Edwardus primus in suam potestatem redegerit. Villas numeravit olim ccclxiii hodieque Incolis frequens est. Verum primarium Opidum censetur *Bellus Mariſcus*, vulgo *Beaumariſh*, quod in Orientali parte Edwardus primus in loco palustri construxit, & ob situm bello hoc nomine insignivit, cum prius locus *Bonouer* diceretur, castroque munivit. Ab hoc secundum habetur *Newburge*, id est, *Novus Burgus*, Britannice *Roſſur*, quod ingestis arenis diu conflictatum. De *Aberfraw*, quam Regiam olim Wallorum fuisse urbem scribunt, de sacro promontorio quod Angli *Holy head*, Incolæ *Caer Guby* a Kibio Viro sancto Hilarij Pictavensis discipulo vocant, & locis alijs nihil habeo quod attexam. Incolæ ditissimi ac validissimi sunt, & Britannica utuntur lingua Anglicæ penitus imperiti, licet Angliæ regibus per annos ccc cum reliqua Cambria paruerint.

*Mona.* *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperium Majorum.*

Sequitur *Vecta* sive *Vectis* Britannis *Guith*, vulgo *the Yſle of Wiht*, & *Wight*. Tam modico autem interfluente Euripo *Solent* olim dicto, a Continente Britanniæ avulsa est, ut cohæsisse uideatur, unde Britannicũ illud nomen *Guith*, quod divortium denotat (ut Nennius habet) factum uidetur. quemadmodum etiam *Sicilia*, ab Italia abrupta, & secta Latino vocabulo a secando, ut eruditissimo Iulio Scaligero placet, nomen invenit. Ex hac situs vicinitate, & nominis affinitate *Vectam* hanc *Ictam* esse opinari licet, quæ (ut habet Diodorus Siculus) Maris fluxu Insula videbatur, at cum refluxisset, & siccato interjecto littore, Britanni prisci curribus eo Stannum devehere solebant, quod in Galliam exportaretur. *Mictim* tamen esse Plinij, quę arcta item cognatione *Vectam* attingit, non judicarim, cum in ea candidum Plumbum proveniret, & in hac nulla sit, quod sciam, Metalli vena, inquit Camdenus. Hęc inter Ortum & Occasum lenticulari sive ovali figura viginti mill. pass. Longitudine exporrigitur, Latitudine vero in media qua maxime patet xii. mill. pass. expanditur, altero latere ad Boream, altero ad Austrum conversо. Terra est uberi gleba & Colono admodum grata, adeo etiam ut Fruges exportet; Cuniculorum, Leporum, Perdicum & Phasianorum passim ferax; saltum etiam, & Vivaria duo habet, Damis ad uenationis voluptatem refertum. Per medium longo tractu procurrunt colles qui Ovibus pabula affatim profundunt. Quarum lanæ post vellus Lamsterianum, & Cottesvvoldianum optimę habentur, & imprimis pannarijs expetuntur, unde maximum surgit incolis lucrum & commodum. Pars Septemtrionalis pratis, pascuis, & sylvis viret, Australis frumentarijs quasi tota jacet campis, ubique fossis & sepibus intercluſa. In extrema utrimque parte Mare a Boreali plaga ita se insinuat & penetrat, ut duas fere efficiat Insulas, & Insulę sane Incolis vocantur, scilicet quę ad Occasum prospicit *Freſhwater Yſle*, quę ad ortum *Bingrygd Yſle*. In Romanorum potestatem primus hanc Insulam redegit Vespasianus dum privatus sub Claudio meruit. Scribit enim de illo Suetonius: *Claudio principe Narciſſi gratia Legatus legionis in Germaniam miſſus eſt: inde in Britanniam trãſlatus tricies cum hoſte conflixit. Duas validiſſimas gentes, ſuperque xx Opida, & Inſulam Vectem Britanniæ proximam in deditionem redegit: partem Auli Plautij Conſularis, Legati, partim Claudij ipſius ductu. Quare triumphalia ornamanta, & in ſpatio brevi*

*Vecta.* *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas,* *Animaliũ varietas.* *Imperium.* *Majorum.*

ANGLESEY.
Septentrio
Occidens
Orients
MARE
HIBERNICVM
Cap Ylough hwid
Holyhead
Cap Dimas wethon
Bartrays baye
Milaria Anglie parua
ANGLIÆ PARS
Llanmaier Vchan
Bangor
Ogwen
Llanmaier Vskaer
Aber meinai fre
Llanaglan
Llanthoi wynwen
Llabeder
Aber maltra the
Llaneilian
Llanbabo
Llanmaier vgwradogh
Llanmaier in haner ingfenat
Llanbeder
Llanthufna
Llanfinan
Llanmaier in pullgwill
Llanedwyn
Llandisilio
Llandeguayne
Llansadurne
Llanmaris
Bewmaris
Llanmaier ycombde
Llanedan
Llanmaier
Llanmaier
Llanmaier

*tio brevi duplex Sacerdotium accepit*. Ad hanc etiam Insulam Alecti classis cum purpuram in Britannia usurpasset, in speculis, & insidijs collocata Romanorum adventum præstolabatur, qui tamen nebulæ beneficio hostes prætervecti, littore potiti sunt, & navibus suis ignes, injecerunt, ut nulli fugæ præsidium reservaretur. Saxonum primus *Cerdicius* juris sui fecit, concessitque Stuffæ, & Whitgaro, qui Britannicos Incolas (pauci enim superfuerant) ad internecionem sustulerunt; inde *Wolpherus* Merciorum Rex Vectam in suam postatem redegit, & Edelwacho Austrolium Saxonum Regi tribuit. Postea *Cædwalla* Occidentalium Saxonum Rex Edelwacho illo occiso, & Arvando Insulę Regulo sublato, suo imperio adjunxit, & tragica cæde indigenas omnes occidione fere occidit, quartamque partem, terram scilicet trecentarum familiarum Wilfrido Episcopo attribuit, qui Incolas Christi sacramentis primus imbuit. Sed de his plura vide apud Camdenum. Incolæ natura bellicosissimi & promptæ audaciæ, militesque strenuissimi. Bedæ ætate mille ducentarum familiarum Insula censebatur, nunc triginta sex opida, vicos, & castella numerat. Inter Opida, celebriora sunt *Newport* primarium Insulæ Emporium, olim *Medena*, & *Novus Burgus de Meden*, unde tota regio in *Eastmeden Westmeden* dividitur, ut hinc vel Ortū vel Occasum respicit. *Brading* alterum Opidum mercatorium, *Newton* & *Yarmouth* quæ suos habent *Maiores*, & *Burgenses* ad Comitia Parlamentaria mittunt. *Yarmouth & Sharpnore* castella habent, quæ cum *Worsleys* propugnaculo littus ad Occasum æstivum defendunt. Quibus ex opposito vix duorum milliarium interstitio objacet *Hurst* lingulę impositum Hantonensis Comitatus munimentum. *Quarre* ubi virginibus velatis monasteriolum anno CIↃXXXII positum; *Gods-hill* ubi ad ingenia excolenda scholam instituit *I. Worsley*, *Westkowe* & *Eastcowe* jam ruinosum, quæ in faucibus *Neoportus* Henricus VIII construxit, de quibus Lelandus.

*Incolarum virtus. Opida.*

*Coue fulmineæ duæ coruscant,*
*Hæc casum colit, illa Solis Ortum*
*Vectam qua Neoportus intrat altam.*

Et ad ortum æstivum *Sandham* castrum tormentis majoribus, ut cætera instructa. Nec Naturæ defendentis munimenta desunt, rupibus enim abruptis continua serie præcingitur, subsuntque occulta saxa. Atque hæ duæ Insulæ littori Angliæ adjacent.

Magis ad Occasum nonnullæ Insulæ Gallicæ pretentæ, Anglici tamen juris in alto apparent; inter quas *GerZey* & *GarnZey*, primumque Normanniæ, sive Lexobiorum littori quos Britanni nostri *Lettaw*, quasi littorales vocant. *Cæsarea* ab Antonino memorata adjacet, quam Galli nunc ita contraxerunt, ut *Cæsaris Burgum* in Normannia, & Hispani *Cæsarauguſtam* in Hispania, *GerZey* enim illi indigitant, ut *Cherburgh* pro *Cæsaris burgo*, *Saragosam* pro *Cæsar augusta* dicunt. In hanc olim damnati relegabantur. Prætextatus enim Episcopus Rothomagensis huc relegatus erat, Papiriusque Massonius *Insulam littoris Constantini* vocat, quod Constantię antiquæ urbi objacet, que Ammiano *Castra Constantia* dici videantur, ut superioribus seculis *Moritonium*. Scribit enim Henricus Montensis *Comes Moritonij*, id est *Constantiarum*. Insula hæc triginta plus minus mill. pass. ambitu colligit, cautibus, & brevibus (quæ vadosa sunt loca navigantibus insidiosa) defensa. Terra satis fertilis varijs Frugibus & gregibus abundat, Oves habet multas & ex ijs plurimas quatuor cornibus conspicuas. Multiplici horterum viriditate, ac pomarijs ridet: unde vinum e Pomis hic conficiunt, quod *Siseram* incolæ vocant & Angli *Sidre*. Cum autem exiguum ignis alimentum ferat, pro lignis alga marina (*Vraic* vocant) utuntur. Quæ fucus marinus Plinij esse judicatur, adeoque copiose his scopulis provenit, ut Sylvæ condensæ eminus videantur, Hæc sole siccata pro igne est; cujus etiam cinere agros veruactaque lætificant, uberrimosque faciunt. Villis frequens est, parœcijs duodecim exornata, & castro munitissimo *Montorguel* colli imposito tuta, cui pro Anglis Præfectus constitutus qui universæ insulæ præest.

*Gerseye. Nomina.*

*Situs. Soli fertilitas.*

*Gernsey. Situs.*

Viginti hinc milliaribus ad Occasum æstivum altera abest Insula, quæ Antonino *Sarnia*, Anglis hodie *Garnsey* appellata, cytharæ quasi forma ab Ortu in Occasum projecta. Cæsareæ quam dixi, nec magnitudine, nec fœcunditate adæquanda, parœcias enim tantum x habet. In hoc tamen præferenda, quod nihil venenosum, ut illa, alat. Naturæ munimentis tutior, ubique prærupta cautium corona quoque redimita, inter quas Smyris lapis durissimus, & asperrimus reperitur (Angli *Emerill* vocant) quo Gemmarij Labides expurgant, scinduntque, & vitriarij vitrum diffindunt. Hęc etiam Insula sicuti prior hortos virides & pomaria varijs arboribus consita habet; unde vino e pomis factitio plerumque utuntur. Portus autem commoditate Mercatorumque commeatu multo est celebrior quam Gerzey. In extrema enim fere ad Ortum parte, sed australi latere, lunato sinu Portus admittitur, cui adsidet Opidum *S. Petri*, longa platea, & angusta productum, bellico apparatu plenum & mercatoribus cum bellum ingruit, frequentissimum. Veteri enim Regum Angliæ privilegio perpetuæ hic sunt quasi induciæ, & Gallis alijsque quamvis bellum exardescat, ultro citroque huc sine periculo venire & conmercia secure exercere licet. Portus aditus utrimque castris munitur, ad sinistram vetus est castellum, ad dextram alterum (*Cornett* vocant) e regione eminet in rupe satis ædita, & Mari circumflua. Quod regnante Maria, Leonardus Chamberlan Eques auratus, & Insulę prefectus novis operibus firmavit. Hic enim plerumque agit Insulæ Prefectus & milites præsidiarij qui Gallos & fœminas nullo modo ingredi patiuntur. Incolæ utriusque Insulæ sunt origine vel Normannici, vel Britones, Galliceque loquuntur. Vtrobiq; *Vraic* illa pro ignis est fomento, vel fossiles ex Anglia carbones, & Piscium utrobique maxima multitudo. Spectarunt olim hæ Insulæ cum alijs circumvicinis ad Normanniam, sed cum Henricus Primus Rex Angliæ Robertum Fratrem anno Christi CIↃCVIII debellasset, Normanniam & has Insulas Angliæ regno adjunxit, ex quo tempore Angliæ firma fide adhæserunt, licet Gallus (proscripto Ioanne Anglo, Normanniam occupaverit, & Henricus tertius suo in Normannia jure pacta pecuniæ summa, & Aquitaniæ possessione, cesserit. *Gernsejam* tamen regnante Edwardo Quarto Galli occuparunt, sed opera Richardi *Harleston valecti de Corona* (ut eo tempore vocarunt) illi exturbati & Rex ipsi in dignitatis præmium Insulæ & castri præfecturam dedulit. Quod ad rem Ecclesiasticam pertinet, Episcopo Constantiensi in Normannia paruerunt, donec ille nostra memoria Pontificis Rom. in Anglia authoritatem (quod Episcopi Angli faciunt) abjurare recusarit. Iam inde Wintonienſi Episcopo subesse dignoscuntur. Atque hæ de hisce quatuor Insulis deque Anglia tam generatim, quam speciatim dicta sufficient.

*Portus, Opidum. S. Petri.*

*Majorum Imperium*

*Plura si quis de Britannicis Insulis scire desiderat, is legat Georgium Buchananum, Guilielmum Camdenum, Ioannum Lesłæium, Richardum Stanihurstum, & Raphaelem Holinsheadium, qui accuratissime has Insulas descripserunt.*

# NORWEGIA ET SVECIA

## *primum & ſecundum Arctoi Orbis Regnum.*

BRitannia, qua potuimus fide perluſtrata, ſequitur in Methodo noſtra *Orbis Arctous*: quem *Scandiam* & *Scandinaviam* veteres, *officinam gentium* & *vaginam populorum incompertæ magnitudinis* Plinius vocat, vicinus extremo ad Boream Germaniæ littori, in tria Regna Norwegiæ, Sueciæ & Daniæ multis jam ſeculis diſtinctus. Occurrit ergo nobis *Norwegia* primo loco luſtranda. *Norwegiæ* etymon minime obſcurum eſt. A *Nord* enim quod Septemtrionem, & *Weg* quod viam ſonat, dicitur, quaſi Septemtrionis via vel tractus. Hæc ad Auſtrum habet Daniam, ad Occaſum Oceanum: ad Ortum Suecia, Lappiaque ad Septemtrionem terminatur, a quibus excelſis & aſperrimis ſeparatur montibns perpetua nive obductis. Magis tendit in Occaſum & Septemtrionem quam Suecia circa Longitudinem xlii grad. Latitudinem lxvi. Tractus omnis Occidentem verſus ſcopulis acutiſque petris avius eſt. atque etiam verſus Meridiem ſaxoſus, ea præcipue parte quæ Cimbrorum Cherſoneſo objacet, unde ccl Milliarium intervallo diſſidet. At tractus ille omnis tam ad Occaſum quam ad Meridiem cœlo mitis eſt; non enim Mare ibi congelatur; neque diu nives durant: ſed Terra ipſa non adeo fertilis eſt, & ad ſuppeditandam alimoniam incolis neutiquam par: Nam valde inops eſt, ac ſterilis verſus Boream in finibus Lappiæ, quæ ob rupes maximas, & ob frigus Frumentum non Fert. At abundat hæc regio Pecore & Feris, in quibus albi Vrſi ſunt iuuſitatæ magnitudinis: ſunt & Caſtores, & innumeræ aliæ. Habet quoque Norwegia peculiares quaſdam beſtiolas, accolæ *Lemmer* vocant, certam illius regionis peſtem: quadrupedes ſunt, Soricis magnitudine, pelle varia. Hæ Locuſtarum more omnia virentia depaſcuntur, ſtato tempore moriuntur, tanto cum fœtore ut aër infectus varios Incolis morbos creet, Vertiginem imprimis & Icterum ſive Morbum Regium. Anno Chriſti 1000, & ſi quid excurrit Norwegi qui etiam Nortmanni, civilibus acti diſſidijs deſerta patria ſua novas ſedes quærere inſtituerunt, omnemque Saxoniam, Friſiam, Scotiam, Angliam, Galliam, Flandriam excurſionibus ſuis vexarunt, Ambianum, Atrebatum, Cameracum, Teroanam. Neomagum, Leodium, Tungros, Coloniam Agrippinam, Aquiſgranum aliaque loca ferro & flamma vaſtantes. Fuit autem Norwegia Regnum aliquandiu admodum florens, Imperiumque tenuit per Daniam lateque per inſulas Maris, donec domeſticum Imperium per hæreditariam ſucceſſionem adminiſtratum fuit. Poſtea ſub interregno conſenſu Procerum inſtitutum eſt, ut reges per electionem ſuſciperentur. A Suibdagero ſecundo autem ad Chriſtiernum ultimum, Reges interveniunt xliv. Eſt vero nunc ſub poteſtate Danorum. Hi non legitimos modo reditus, & tolerabilia vectigalia imperant, ſed omnia commoda corradentes in Daniam tranſferunt. Ad hanc difficultatem accedit locorum qualitas: Habet enim Dania in poteſtate omnes navigationes Norwegianas, neque has exercere mari poteſt, neque merces exportare. Ejus regiones ſunt ampliſſimæ, ac vaſtiſſimæ, ſed Montibus, ſolitudinibus & rupibus aſperæ, magnaque ex parte Sylvis piniferis inviæ. Quinque in ea in univerſum hoc tempore ſunt Arces Regiæ, totidemque Præfecturæ præcipuæ: quarum prima & extrema verſus meridiem eſt *Bahuſia*. Ei ſunt ſubjecta Opida, *Marſtrand* in Peninſula ſcopuloſa ſitum, & Halecum piſcatura nobile, & eo obſcuriora *Koengeef*, *Congel*, forte prope *Bahus* & *Oddewold*, niſi ſit *Odwad*. Secunda Arx eſt *Aggerhuſia*, in cujus provincia celſiſſimi mali navium, & aſſeres querni & abiegni, lignaque ædificijs idonea ingenti copia in Hiſpanias & alias regiones quotannis evehuntur. Opida huic ſubijciuntur *Aſloia* Epiſcopi ſedes: imprimis colitur ab exteris; ob curiam ad quam ex univerſa Norwegia cauſæ deferuntur. Item *Tonsberg*, *ſeu Koningsberg*, *Fridrichſtad*, *Saltzburg*, & *Schim* vel *Schon*, ubi Fodinæ Cupri & Ferri ſunt, item *Hammaria* major & minor, regiones olim Epiſcopo claræ, nunc Aſloienſis inſpectioni commiſſæ, & ſinu Moſiano interlabente diviſæ. Tertia arx eſt *Bergerhuſia*, ſub ea ſunt *Bergi* vel *Berga* & *Staffanger* civitates. Eſt autem *Berga* totius Norwegiæ Emporium celeberrimum & horreum, Præfecti Regij ac Epiſcopi ſedes. Ibi piſcis ille nobilis & delicatus vēditur, qui ſecundum littus Norwegiæ captus, piſcis Bergenſis dicitur, propterea quod inde in multas regiones a Mercatoribus diſtrahatur. Sunt ibi Vandalicarum & maritimarum civitatum famuli, qui cum ibi mercandi cauſa totum annum perdurent, partem unam urbis occuparunt, quam Incolæ pontem, exteri tabularium ſuum vocant. Hi Mercatorum famuli magna cum Incolis quotannis commercia exercent, quæ aliquot centena aureorum millia excedant. Sed tamen eorum negotiatio illic quotidie minuitur, neque hodie quanta ante annos quadraginta fuit; nam Incolarum induſtria quotannis creſcit & augmentum accipit, ita ut non ſolum ſua negotia domi facile tractent, verum etiam foris abunde & accurate vicinis regionibus neceſſaria ſubminiſtrent. Portus hic eſt tutiſſimus. *Staffanger* civitas etſi eundem cum Berga Præfectum habet, ſuum tamen peculiarem habet Epiſcopum ibidem agentem. Quarta Arx eſt *Nidroſia* a Niderio fluvio & Roſa, quod templi nomen eſt ſic dicta, vulgo *Drundtheim*, olim *Trondon*, Metropolis totius Norwegiæ, nunc in vici formam redacta. Sedes olim Archiepiſcopi & Regni, ampliſſime patentem diœceſim habet, in qua plurimus piſcis Bergam, poſtea ad Emporium divectus, & pelles precioſæ colliguntur. Extat hodieque Templum cathedrale, argumentum priſtinæ felicitatis, cui magnitudine & cæſorum lapidum artificio vix aliud in Orbe Chriſtiano ſimile eſt. Sacrum eſt B. Olao. Crepido circum altare correpta incendio eſt anno cıɔ ıɔ xxx, cujus incendij damnum æſtimatum eſt ſeptem millibus aureorum. Quinta & ultima verſus Arctum Norwegiæ & Orbis Chriſtiani Arx eſt *Wardhuſia* parvæ Inſulæ Wardæ, ipſa quoque parva & obſoleta hoc tempore inſiſtens. Quæ nulla ſingulari munitione ac ne turri quidem vel caſtello inſignis, Opidulum tamen adjunctum habet, quod piſcatorum caſæ ſtipant. In hac Arce ſeu potius caſa Præfectus Regius æſtate habitat & ampliſſimum illius littoris Norici tractum in Zona frigida uſque ad Ruſſiæ fines gubernat. Eſt in Norwegia lacus *Mos*, in quo ſerpens miræ magnitudinis interdum apparet, portendens certam rerum mutationem: viſus eſt noviſſime Anno ſalutis cıɔ ıɔxxıı alte eminens ſuper aquas, convolutus in ſpiram, exiſtimatus eſt (quantum viſu conijci potuit) cubitos excedere quinquaginta: ſequutaque eſt haud multo Poſt Regis Chriſtierni ejectio. Porro Occidentale Norwegiæ littus (quod inperſcrutabilis profunditatis paſſim perhibetur) verno tempore Balænis admodum infeſtum eſt: quarum quædam magnitudine ıv Iugerum perhibentur. Adverſus harum impetum habent nautæ Caſtoreum aqua dilutum, præſens remedium, nam ſimulatque illud in mare effuſum eſt, confeſtim immane illud Nerei pecus diſſipatum ſeſe in profundum abdit. Copioſa hic in mari vicino captura Piſcium & imprimis Aſelli piſcis, quem frigore induratum & in fuſtes extenſum mittuut in reliquæ Europæ regna, eum piſcem *Stock-viſch* vocant. Laudatiſſima iſtorum captura eſt menſe Ianuario tunc enim ob frigora facilius

*Norwegia.* *Vnde dicta* *Situs.* *Cæli & Soli qualitas.* *Animaliū varietas.* *Imperium Majorum.* *Vrbes & Opida.* *Lacus.* *Mare* *Commoditas.* *Mercimonia.*


SVECIA ET NORVEGIA cum confinijs
OCEANUS
SEPTENTRIONALIS
Myrmanskoi more hoc est Noruegicum & Danicum mare quia Noruegos & Danos Russi Mowremans uocant
Bella more id est Album mare
Botnicus sinus
Finnicus sinus
Holela lac
Finnisch sec
BALTHICUM MARE
Miliaria Germanica communia
Per Gerardum Mercatorem Cum priuilegio
Occidens
Oriens
Septen:
Meri:
dies

# SVECIA

exſiccantur & Mare ipſum copioſiores opimioreſque illos præbet. Petuntur inde prætera Pelles pretioſæ, ſeuum, butuyrum, coria; adeps balenarum, pix liquida, trabes quernæ, robora, mali, aſſeres magno vẽdentium quæſtu. Incolę probi ſunt, ſimplices, exterorum amantes, hoſpitales: prædones, fures piratas non habent.

*Mores.*

## SVECIA.

*Regio unde dicta. Situs. Soli fertilitas.*

SVECIA, vulgo *Sweden*, a Suionibus & Sitonibus denominata videtur, qui Suevorum gentes fuere, in Germanico Oceano ſiti, nec inepte videri poſſunt ij, quos noſtra ætas *Suedos* & *Suecos* vocat, aliquot ſaltem literis mutatis. Willichius ſane *Suiones* Taciti *Sweden* interpretatur. Regnum vetus & ampliſſimum eſt. Habet ad Occaſum Norwegiam; ad Boream Lappiam & Bothniam: ad Ortum Finlandiam, Bothnico ſinu diſcretam, & Livoniam Mari disjunctam, ad Auſtrum, Gothiam. Sita ſub longitudine grad. xlv, latitudine lxiv, lxv. Regio eſt omnium Aquilonarium fertiliſſima: agrum habet uberem, Maria, Lacus, Flumina piſcium variorum proventu fœcunda: Metalla etiam Plumbi, Ferri, Æris, & Argenti, quod circa Slaburgum eruitur purum. Sylvas Feris refertas, & Mellificio nobiles. Creditur duplo ſuperare Norwegiam amplitudine, fertilitate, agrique bonitate. Quibuſdam tamen locis aſpera eſt, & ſalebroſa. Incolæ viribus præſtantes ſunt, ſtrenui & bellicoſi, Hæc per Indigenas & domeſticos Reges forttiter & feliciter defenſa & amplificata cum aliquot ſeculis eſſet, tandem ad Daniæ Reges devenit ſub quibus annis amplius centum, jam aliquantiſper obtemperans, jam eoſdem prætextu non ſervatarum Legum in coronatione juratarum excutiens, mirum in modum fluctuavit. Hodie autem ad ſuos indigenas iterum deſcivit, & ex illis ſibi Regem conſtituit. De ejus ſolemni creatione, ſic ſcribit Olaus Magnus lib. viii. cap. 1 *Glorioſa Majorum conſtitutio nomine municipalium, ſucceſsivis ſeculis & generationibus tradita, in ſui exordio præcipit, ut Incolæ Regem electuri in Suecia, Senatores, ac Proceres, nuntijque omnium Provinciarum, communitatum civitatumque Regni prædicti convenire teneantur, in Archiepiſcopali civitate Vpſalenſi: unde non procul eſt lapis campeſtris amplus, ab Incolis Moraſten appellatus, in circuitu XII continens lapides paullo minore forma humi firmatos: in quo loco prædicti Senatores, ſeu regni Conſilarij, ac nuntij confluere ſolent. Ibidem ex Senatu præcipuus Orator, circumſpecta proponit, quam neceſſariũ ſit pro Regni, omniumque Incolarum libertate, in unum Regem, ac Principem conſentiere, prout a majoribus ſupra talem lapidem, qui firmitatem ſignat, providentius fuerat obſervatum omnes exhortans ut libero, quem velint voto, quantocyus ex nomine proſequantur. Nec mora prolixa intervenit. Qui bonum publicum, Regnique gloriam, pacem & concordiam ſemper tueri viſus eſt, qui privato regimine nullum læſerat: qui victor in bellis frequentibus fuerat: qui totius populi juſte vivendo favores ſortitus eſt: qui Legis & Religionis amantior eſt, is omnium nuntiorum provincialium unanimi conſenſu Rex appellãdus elevatur; eo tamen reſpectu, ut ſi Filius Regis, Frater, aut conſanguineus, prædictas virtutes habuerit, non hæreditatis ſed electionis jure ceteris omnibus anteferatur. Et cum hæc fecerit populus non tolerat aliquem alium ſibi Regios honores vindicare.* Rex autem ita a populo declaratus in leges patriæ viciſſim jurare cogitur. Provinciæ hujus Regni variæ. Aliæ *Gothicæ*, ut *Oſtgothia*, cujus *Lincopia*, Metropolis: *Weſtgothia*, Lacu vetere ab Orientali ſejuncta, cujus *Scara* Epiſcopi ſedes. *Auſtralis Gothia* ſeu *Smalandia*, *Tuiſcia*, *Verendia*, cujus *Vexio* præcipuum Opidum eſt. *Moringia* & Inſula *Oelandia*, arce *Borgholm* munita: aliæ *Noricæ* ſeu *Sueciæ* ſunt ut *Oplandia*, cujus *Vpſalia* ad Salam ſita, in Centro Sueciæ ſedes Archiepiſcopi & Scholę publicæ. Multa hic videre eſt Regum Sueciæ ſepulchra, magnifice ſplendideque extructa. Et *Stockholmia* Emporium nobile & ſedes regia, munita tum natura tum arte: Sita eſt in paludibus inſtar Venetiarum, nomenque ex eo habet quod palis fundata ſit. Aditus ad eam ex Mari Eoo per anguſtas fauces Meleri profundiſſimo alveo patet: eaque capacitate Mare admittit, ut naves onerariæ paſſis velis in portum facile invehantur. Verum turris *Waxholmia* & e regione *Digna*, ita ingreſſum arctant, ut invitis Regijs præfectis, ibidem excubantibus nullæ ingredi aut egredi naves poſſint. Meridianæ Meleri ripæ Sudermanniæ Opida *Telgo*, *Strengenes* Epiſcopi ſedes & arx *Criphisholmia* adjacent. *Nericia Orebo* arx prȩcipua eſt. Occaſum verſus *Weſtmannia* regio & urbes *Aroſia* (ad quam Argenti metalla ſunt præſtantiſſima: adeo ut artifices ex quindecim Argenti libris unam Auri extrahere dicantur,) Et *Arboga* lacui incumbunt. Inde verſus Occaſum æſtivum *Dalta* occidua, *Eoa* & *Solies Dalia*, a lacu *Solton* ſic denominata, jacent; quæ tres Provinciæ una cum majore parte montanarum Provinciarum, ſub Epiſcopi Saroſienſis inſpectione continentur. Ibi venæ Minerales, quæ Ortum verſus ac Mare Balthicum, & ſinus Helſingiæ & Gioſlenſes ſeſe extendunt, Occaſum verſus per Wermelandiam ad Oceanum occidentalem fere nuſquam, interruptę, quin ibi Metalli aliquid, Argenti, Cupri, Plumbi, Ferri, Calybis ſive Sulphuris effodiatur, porrectæ ſunt. Oplandiæ verſus Boream finitima *Geſtricia*, inde *Helſingia*, poſt *Middelpadia*, ulterius *Angermannia* Borea & Notia. Inde *Nort Botnia* in *Weſtbotniam* & *Oſtbotniam* diviſa, longo terrarum tractu diffuſæ Provinciæ. Tandem Boream verſus *Scricfinnia*, *Lapponia*, *Biarmia*. Has proprias Regni Suecorum Provincias antiquas, pleraſque Sinus *Botnicus* ex Balthico in Boream recta Toroniam & ultra circulum Arcticum porrectus a Finlandia ampliſſima peninſula dirimit: cujus apicem *Alandiæ* Inſulæ verſus Meridiem & *Abo* Epiſcopi ſedes, at verſus Boream *Wiburgum* tenent. *Finlandia* quaſi pulchra terra, ab amœnitate nomen habet. Plinius eam vocat *Finnoniam*, & ab hac *Sinum* ponit *Finnonicum*, Rutheni vocant *Chainska Semla*. Habuit olim titulum Regni: nunc Sueciæ ſubjecta eſt. Civitates ejus primariæ ſunt, *Abo* Epiſcopalis, & *Wiburgum* Propugnaculum, de quibus ſupra. Sunt & *Rauna*, *Hange*, *Borga*, *Conſtrolm*, Dividitur *Finlanda* in Nõtiam & Boream, quibus *Natagundia* ſuperior, & inferior *Savoloſia*, *Tavaſtia*, Finnonicæ regiones late patentes adjunctæ ſunt. Inde trans Finnicum ſinum *Corelia* cujus *Hexholm*, *Kexholm*, forte metropolis eſt, & Meridiem verſus *Wotichonia*, in qua *Lovate* fluminis Novogardiam allabentis, quem *Ny* accolę vocant, oſtium: ſupra Coporam *Ingria*, cujus *Iamagrod*, & *Solonſcia*, cujus *Ivanogrod* e regione Nervæ, Arces ſunt præcipuæ.

*Animaliũ varietas.*

*Majorum. Imperium*

*Vrbes.*

*Flumina Montes & Sylvæ. Senatores. Mores.*

His contiguæ verſus Meridiem ſunt *Livonicæ Eſthonum* provinciæ, a *Nerva* ad Revaliam & Pernoviam uſque pertinentes. *Allantacia* cujus *Nerva*, *Wiria*, cujus *Weſenberga*, *Wichia*, cujus *Habſal* Epiſcopi ſedes, & Inſula *Dagen*. Quæ regiones trans Finnicum ſinum pleræque omnes, Ioannis tertij Regis virtute ac fœlicitate regno Suecorum noſtra memoria anno cıↃ ıↃ lxxxi primum accreverunt, cum Revalia ſponte Frico xiiii Suecorum Regi ſe ſubjeciſſet, anno cıↃ ıↃ lxi. Aquis gaudet Suecia-piſcoſis rivulis plurimis regionem perlabentibus, atque ex Lacu in Lacum ducentibus, ut fluvij ſint, an manufacti aquæ ductus, vix diſcerni queat. Inter fluvios autem *Luſen*, *Dalecarlia*. Terra ipſa aſpera. Montibus Sylviſque frequentiſſima. Subditi autem hujus Regni, ut in alijs, partim Eccleſiaſtici, partim Laici, eique aut Nobiles aut Plebæi ſunt. Inter nobiles ſummus eſt Eques Auratus, a Rege virtutis ergo ſolemniter creatus. Præfecturæ per indigenas adminiſtrantur. Eſt & ibi Marſchalcus, Cancellarius & Senatus Regni. Incolæ porro ſi cum Germanis conferantur, civilitatis minus, induſtrię certe ingenijque fortaſſe plus habent. Vtpote quovis eorum ruſtico, omnia pene opificia, arteſque mechanicas callente.

# DANIAE REGNI POLITICVS STATVS.

DANIA Regnum amplum & valde populoſum, vulgo *Danemarchia*; quaſi tractus, ſive Regio Danorum appellatur. Quæ autem horum Danorum fuerit origo, ne Danis quidem ipſis ſatis conſtat: niſi quod quidam a Dano ipſorum Rege primo: & aliqui a Dahis Aſiæ populo eam repetant. Dudo autem de S. Quintino ſcriptor antiquus, Guilielmo Camdeno referente, eos e Scandia in Cimbrorum veteres ſedes deveniſſe aſſerit; Videntur autem ab aquis dicti: quia AHA apud illos fluvium ſignificat & ipſi ſe Danemam, quaſi viros aquaticos & fluviales vocant. Eſt ſane tota Dania peninſularis, ut deſcriptio oſtendit.

Diſtincta autem eſt in univerſum Dania in præfecturas centum octoginta quatuor quæ HÆRET vocantur, & a totidem Præfectis legum Danicarum peritis adminiſtrantur. Habet Regem magis ex Procerum electione, quam ex nativitatis ſucceſſione: Ejus eligendi vetus mos erat, ut cum ſuffragia ferrent, in aperto campo lapidibus inſiſterent, eo facto nempe ſubjectorum lapidum firmitate conſtantiam electionis deſignantes. Iam vero coronantur Reges Hafniæ in Eccleſia D. Mariæ ante altare, & in Eccleſiam prædictam a Senatoribus Regni ducuntur, inſignia Regia illis præferuntur, ut ſunt enſis, globus, corona. Neq; hæc ſunt proprijs familijs attributa, ut in reliquis fere Regnis, ſed ut quiſque virtute, ac dignitate præcellit, ei muneri adhibetur, Poſtea cogitur Rex jurare articulos præſcriptos, qui in uſu ante aliquot tempora fuerunt, ſe ſtricte ſervaturum & Religionem Chriſtianam, jura ac conſuetudines Regni defenſurum. Deinceps ungitur ab Epiſcopo Roeſchildenſi & ab omnibus Senatoribus, primo illi corona imponitur, qui Majeſtati ſuæ tunc juramentum preſtant, ſi ante coronationem non fuerit factum. Rex poſtea ex nobilitate & proceribus milites aut equites auratos leni percuſſione enſis deſignat, qui antea in bello aut pace egregiam operam præſtiterunt. Et ſic Majores Danorum optimum Politiæ ſtatum & Monarchiam conſtituerunt, nec ulla unquam natio illos plane ſubegit vel patrios ritus & privilegia ſuſtulit. At contra populi ſeptemtrionales, ut Dani, Sueci, ac Norwegienſes totam pene Europam devaſtarunt, in nonnulliſque locis Regna conſtituerunt. Nota eſt enim omnibus Hiſtoriographis Cimbrorum in Italiam expeditio, Gothorum Hiſpaniæ ſubactio, Longobardorum regni in Italia conſtitutio, Normannorum in Gallia habitatio, Regni Neapolitani & Siciliæ erectio, Godefridi contra Carolum magnum in Friſiam eruptio, Anglorum per aliquot annos ſubjectio. Canutus etiam Magnus quinque Imperia tenuit, Rex enim Daniæ, Sueciæ, Norwegiæ. Angliæ ac Normanniæ fuit, nec non Henrici III Imperatoris ſocer, unde hi verſus extant.

*Deſine mirari quos garrula laudibus effert*
*Græcia, quos jactat Roma ſuperba, Duces.*
*Danica non ulli veterum virtute ſecundum*
*Edidit, hyberno terra propinqua freto.*
*Facta mihi Magni pepererunt inclyta nomen;*
*Quinque ſub Imperio Regna fuere meo.*
*Me ſibi delegit ſocerum, qui tertius orbis*
*Arbiter, Henricus nomine ſceptra tulit.*
*Iuſtitia plæclarus eram, Regeſque potentes*
*Subjectos docui legibus eſſe ſuis.*

Ex quibus conſtat, ut etiam ex ſequentibus bellis, quæ varie Reges ex Oldenburgenſi familia, ſumma cum fœlicitate geſſerunt, gentem eſſe bellicoſiſſimam populoſiſſimam & terra marique in profligandis hoſtib⁹ fœliciſſimam. Liberam habuerunt ſemper Proceres ac Senatores Regni poteſtatem eligendi reges, ut adhuc habent, ſed plerumque Filium primogenitum Regis diſignarunt, niſi cauſis ſufficientibus impedirentur, nihilominus tamen a familiæ linea Regum non deflexerunt. Regnum dividi niſi coacti aliquo inteſtino bello non permiſerunt. Iuniores filios aut fratres in alias provincias ablegarunt, cum participes Regni fieri non poſſent. Inde tot expeditiones ſuſceptæ cum etiam nobiles ac plebei omnes in patria honeſtum locum habere non poſſent, vel ut loca aptiora & oportuniora adipiſcerentur. Septemtrionales enim populi ſunt multarum prolium, propter ſanguinis abundantiam ac caliditatem, pugnaces ac rixoſi, plurimum comedunt & bibunt (Aër enim frigidus, appetitum excitat) Optime concoquunt, propterea etiam diu vivunt, formoſi, longe ſtaturæ, ſagaces ac fidei tenaces. Hoc vivaces eſſe argumento eſt, quod Reges ipſorum valde diu Regnis præfuerint, multi xxx annos, nonnulli ultra xl. aliqui adhuc diutius.

## POLITIA.

*Quinque ſunt Status ſive Ordines totius Reipublicæ Daniæ.*

PRIMVS, eſt Regiæ familiæ.

SECVNDVS, Nobilitatis, ſed ſciendum inter nobiles hos nullos eſſe Comites aut Barones: ſed omnes longa ſerie Majorum nobilitatem demonſtrare poſſe. Clypeos geſtant ſimplices, quos mutare aut augere, dedecori eſſe antiquitati illorum putant, Vivunt adhuc nonnullæ familiæ; quæ adfuerunt tractationi inter Carolum Magnum & Hemmingum Danorum Regem ſuper Eidoram fluvium factæ, ut VREN, & alij. Hi poſſident ſua bona cum minori ac majori ſive capitis juriſdictione, liberam etiam habent venandi aucupandique poteſtatē in ſuis bonis, quemadmodum Comites in Germania. Bona illorum non ſunt feudalia in toto Regno, ſed hæreditaria ſive allodialia. Omnia caſtra, prædia ac bona, tam mobilia, quam immobilia a parentibus relicta æque dividuntur inter fratres: Ad

ea ſorores etiam admittuntur ex ſingulari privilegio, ita tamen ut Frater duas partes, Soror vero tantum accipiat unam Filijſque arces ac caſtra cedant. Sic multa prædia ad primogenitum venire non poſſunt: ſed dividuntur. Et nonnulli ex bona tamen familia prognati & virtute prediti, poſſunt per matrimonium, Regibus adjuvantibus, ad amplas poſſeſſiones promoveri. Ex hoc ordine eliguntur Senatores Regni, quorum numerus XXVIII raro excedit. Senatoribus omnibus decreta honeſta alimenta a Rege & Regno, ſinguli enim arces habent, tantiſper donec Senatoriam obtinent dignitatem, de quibus nihil Regi contribuunt, ſed tantum coguntur aliquot equites alere pacis & belli tempore, & quandocumque a rege vocantur proprijs ſumptibus Regi in regno præſto eſſe. Si legati extra regnum ablegantur, honeſte illis providetur ex fiſco, ut tanquam Regij legati Principum more in tinere vivere poſſint. Reliqui Nobiles etiam habent ſuſtentationem honeſtam a Rege, ſive in aula vivant, ſive ab ea diſcedant. Nam habet Rex prædia, quæ Danico Idiomate VERLEHNINGE ſive beneficia vocantur, his providet bene de ſe. Regnoque meritis ad vitam, aut aliquot annos. De his coguntur alere aliquot equites, & fiſco certam pecuniæ ſummam ſingulis annis dependere, eo tamen modo, ut pro labore & proprijs ſervitijs etiam aliquam partem lucri accipiant. Eſt etiam ſalutaris conſtitutio in Regno Daniæ, qua Rex bona immobilia prohibetur emere a Nobilibus, ob eam cauſam, ne aliqua diſſenſio inter Regem & Proceres Regni oriatur. Rex enim alioqui poſſet quædam loca cupere, quæ nobiles vendere nollent: Proinde per hanc conſtitutionem huic rei a Proceribus regni optime proviſum eſt, licet tamen Regi permutare bona cum nobilibus, contra nobiles nulla bona poſſunt emere a regijs ruſticis. Nam aliqui ruſtici habent bona hæreditaria & fere libera, ut antea dictum eſt.

## *Sequuntur nomina familiarum præcipuarum nobilium, quæ in regno Danico inveniuntur.*

D. de Kaas, D. Guldenſtern, de Munck, de Roſenkrantz, de Grubbe, de Walkendorp, de Brahe, de Schram, de Paſberg, de Hardenberg, de Vlſtandt, de Bing, de Belovv, de Wipfert, de Guee, de Schefeld, de Ranzovv, de Schelen, de Freſe, de Iul, de Bilde, de Dreſſelberch, de Gren, de Brockenhuſen, de Holbe, de Trolle, de Knutzen, de Biorn.

De Wllfeld, de Se ſtede, de Ienſen, de Stuege, de Mattieſſen, de Lunge, de Banner, de Luck, de Raſtorp, de Kruſen, de Faſſi, de Lindemam, de Suuan, de Santbeke, de Quitrouw, de Lange, de Gelſchut, de Glambeke, de Krabbe, de Marizer, de Kragge, de Archſchel, de Beck, de Ruthede de Nagel, de Witfelt, de Split, de Ofren, de Appelgard, de Iuenã, de Podeſſen, de Reuter, de Podebuſſen, qui fuerunt quondam Barones ex Ducatu Pomeraniæ, quorum familia adhuc ibi invenitur. De Vren qui vixerunt Caroli Magni tempore, de Blick, de Galle, de Wogerſen, de Baſſi, de Solle, de Daae, de Bax, de Baſelich, de Wemſtermam, de Hoken, de Lindenow, de Bille, de Ruten, de Hundermarc, de Heidernorper, de Wolde, de Papẽheimb, de Spar, de Falſter, de Narbu, de Worm, de Bilde, de Bockholt, de Budde, de Suuaben, de Santbarch, de Gram, de Lutken, de Vhrup, de Spegel, de Bammelberg, de Roſenſpar de Duue, de Hube, de Schauugard, de Muſt, de Gris, de Falcke, de Brune, de Laxmam, de Dure, de Baggen, de Norman, de Goſs, de Matre, de Roſengarg, de Totten de Ronnouu, de Krumpen.

Ex hac nobilitate eligitur *Præfectus*, ſive *Magiſter aulæ*. Hoc officium fere eſt tale, cujuſmodi Major domus in Gallia. Is enim plerumque reſidet Hafniæ, tanquam Vicarius regius & dirigit res a Rege ad ſe deſtinatas.

Deinde *Mariſchalus* tempore belli & pacis ea quæ ad expeditiones pertinent procurat. *Admiralius* naves ædificat veteres reſtaurat, & ſingulis annis ea ordinat, quæ ad tutandum Oceanum & res nauticas pertinent, habet & is ſubſe conſtitutum adhuc Admiralium, & in ſingulis navibus Præfectum ex equeſtri genere prognatum.

*Cancellarius Regni*; ad hunc ex omnibus provincijs ac Inſulis appellatur, a quo ad Regem & Senatum Regni appellatio viciſſim devoluitur.

Singulæ provinciæ diviſæ ſunt in HAERRET ut vocant, ſive in dioeceſes, ſub quibus multæ ſunt parochiæ ibi primum de Iure diſputant, ſi rixæ fuerint invicem ortæ. Hinc licet appellare ad Iudicem terræ iſtius, Deinde ad Cancellarium, poſtremo ad regem ac Senatores, ibi finalis ſententia promulgatur. Habent jus ſcriptum, compilatum a Woldemaro primo, Epiſcopis ac Senatoribus, Legi naturæ valde congruum, & non multum a Romanis Legibus diſcrepans, ſed quo vigore hujus multo citius lites finem aſſequi poſſint, lataque ſententia paratam habeat executionem: Primi iudices ſi iniquam tulerint ſententiam in dimidiam partem bonorum comdemnantur, quorum Rex capit dimidiam, & læſus ſententia injuſta, alteram partem, Senatoribus adhibuit Wolderamus primus (ni fallor) Epiſcopos, quos rurſum Chriſtianus III propter certas cauſas ac rebellionem amovit.

*Cancellarius Regis*, qui plerumque in aula Regem ſequitur, habet ſibi adjunctos VII, vel VIII, Nobiles Secretarios & Scribas, & omnia negotia tractantur a Rege ipſo. Si autem aliquid magni accidit, ut de pace aut bello, item de fœderibus ineundis, de finibus defendendis ſit deliberandum, Concilium Senatorum a Rege indicitur. Nec licet Regi ullum tributum imponere Regno ac nobilium ruſticis, abſque conſenſu Senatorum & Procerum.

*Aerarij* item *Præfectus*, qui omnes totius Regni reditus, tam caſtrorum, quam prædiorum, nec non teloniatam in mari, quam terra colligit, rationes audit, examinat, inquirit, quitantias pecuniam offerentibus reddit. Hic habet adjunctos duos ex nobilitate, & ſcribas multos ex Plebe, pro quo labore habet annuatim ſtipendium.

TERTIVS, eſt ſtatus Eccleſiaſticus, in quo fuerunt Epiſcopi ſeptem, ut Archiepiſcopus *Ludenſis*, Epiſcopus *Roſchildenſis*, *Otthonienſis*, *Ripenſis*, *Wiburgenſis*, *Arhuſenſis*, & *Sleſwicenſis*, ad quem cæteri etiam Canonici referuntur. Hi habent decimas in Regno: quæ tamem in provincijs diverſis, diverſo modo dividuntur; dimidiam partem decimarum recipiunt Epiſcopi, dimidiam Rex, aliquam Canonici, paſtores, pars etiam ad ædificandas eccleſias contribuitur. Et quantum ad Pontificium jus attinet, ſemper in hoc Regno, quemadmodum etiam in Gallia, nominationes & ordinationes Prælaturarum, Epiſcopatuumque, Regibus, ad hoc uſque tempus collatæ fuerunt, ut etiam ex reſponſo Woldemari quarti Regis Daniæ, ut arbitror, quod hic annectere libuit, conſtat. Cum Pontifex Romanus a Rege hæc & ſimilia poſtularet. fertur reſcripſiſſe Rex: Regnum habemus a ſubditis, vitam a parentibus, Religionem a Romana Eccleſia, quam ſi repetis, remitto per præſentes. Et quemadmodum Caroli Quinti prudens decretum laudatur, quod in poſterum Eccleſiaſticæ perſonæ nullam rem immobilem coemere poſſent abſque principum conſenſu. Sic Chriſtianus tertius æque prudenter conſtituit, ne Eccleſiaſtici aliquid emerent, abſq; Regis expreſſo mandato. Alioqui Religioſi ſunt optime proviſi in toto Regno a Chriſtiano III piæ memoriæ, & ſcholæ

particulares

particulares multis in locis erectæ, veluti etiam in Islandia duæ ubi etiam habent propriam Typographiam. Vna tantum est in toto Regno Academia Hafniæ,quæ fundata est a Christierno primo, permissu Sixti Pontificijs, Anno Christi cIↃ ccccLxxVIII, Quam Fredericus secundus,quamquam bello Suecico septennali erat implicitus, tamen, locupletavit, & ejus proventus sexaginta millibus thalerorum auxit.

QVARTVS, Status est *Civium & Mercatorum*, in Vrbibus ac Opidulis habitantium: Hi habent propria privilegia,quibus fruuntur,& his attributi sunt agri proprij ac Sylvæ limitibus circumductæ. Hi etiam mercaturam exercent in agro & Mari in omnibus partibus Europæ. Ex his quemadmodum etiam ex rusticorum liberis eliguntur, Episcopi,Canonici,Pastores,Senatores urbium,Scribæ in castris & arcibus,magistri ac gubernatores navium· aliqui etiam horum præficiuntur telonijs.Iudicia omnia minora,ex his constituuntur Præside interdum uno ex nobilitate

QVINTVS, Status est *Rusticorum*, horum duo sunt genera, primum vocatur, *Freibunden* id est liberi Coloni. Hi possident agros hæreditarios,paullulum tamen inde singulis pendunt annis.Hi etiam mercaturam & piscaturam exercent: servitijs præstandis non opprimuntur, nec tributa pendunt,nisi consentientibus Regni Senatoribus.Alterum genus est eorum qui non possident bona hæreditaria, sed a Rege, Nobilibus aut Ecclesiasticis personis ea conducunt,& servitia multa inde dominis præstare coguntur,prout cum domino agri convenerunt.

Hæc fere sunt,quæ de Politia Danica exponenda mihi fuerunt ex quibus patet Monarchiam Danicam plerumque fuisse optime constitutam,nobilitatemque liberam electionem *Regis* semper habuisse,attamen ex familia Regia, ut antea etiam dictum est,unde hoc commodi consecutum est,ne Dani intestina habuerint bella ac dissensiones, nisi quæ ortæ fuerunt inter Regiam familiam,quas tamen cito composuerunt,interventu aliquot Nobilium, præsertim cum Regum Filij nullam capiant Regni partem. Deinde cum omnes sint tantum nobiles in regno, & Baronum & Comitum Ducumque nomina & titulos ignorent,nullus tantis affluit,ut ijs fisus se familiæ Regum oponere audeat, eo quod inter filios semper dividitur paterna hæreditas. In Dania summa dignitas est *Equitum* quos ab ornamentis, quæ illis tribuuntur Auratos vocant: sed illa nemini nisi tempore pacis & belli bene de republica merito confertur. Ita habent *Reges* Danie optime florentem rempublicam:quæ facile ab externis hostibus defendi potest, cum subditi unanimes cum Rege ut naturali suo Domino Terra marique hostibus resistere queant. Huic Regno florentissimo hoc nostro tempore præest Christianus quartus,quem ut cum omnibus Senatoribus & nobilitate totius regni incolumem Deus Optimus Maximus conservet,eique tranquillam concedat gubernationem ex animo precor.

# DANIAE REGNVM

*Arctoi Orbis tertium.*

DANIA duobus tantum locis continenti juncta eſt, eam plaga Mundi Occidua, Oceanus Germanicus, ab Ortu Solis Mare Balthicum lambit, & littora pulſat, ad Septemtrionem Norvvegia & Suecia, ad Meridiem Holſatia, Megalopolis & Pomerania obtenduntur. Ea in creberrimas Inſulas disjunctiſſimas diſtribuitur. Cœli temperies, una cum ſalubritate aëris Danos blande, ut Ioh. Coldingenſis verbis utar, refocillat. Terræ ubertas nutrit: Volucrum ſuaviſſimus concentus recreat; Sylvarum Nemorumque varia materia oblectat: In quibus Porci innumerabiles oberrando, nunc glandibus quercinis, nunc Fructibus faginis ad voluptatem ſaginantur. Multiformes ſimul atque Animalium ſpecies, & florida prata delectant. Maris affluentia, ut penu confertiſſimum, Danos cum magna Europæ parte alit; & quo ad vitæ uſum carere nequeunt, Natura Danis minime invidit. *Regio Situs. Cœli Temperies. Soli fertilitas. Animaliũ varietas.*

De Imperio autem Majorum ſcribit Munſterus: *Danum* quendam multis ante Chriſtum ſeculis in ſua Dania Regnum primum tenuiſſe, a quo, Regum Danicorum ſtemmata ſeu quondam derivato principio, ſplendido ſucceſſionis ordine profluxerunt. Fuit hic Filius Humbli, Selandiæ, Falſtriæ, Lalandiæ & Monæ Dynaſta, potens ea tempeſtate athleta ac pugilum maximus, decurſionibus, varijſque belli exercitijs: tam generoſi animi dotibus excellens quam corporis viribus Heros prævalidus. Dan genuit *Humblum* & *Lotherum*: *Humblus* primum rerum potitus a fratre deturbatur, tyrannum magis quam Regem agente, atque illi ſucceſſit filius *Skioldus*, qui rurſus *Gramum* regni reliquit ſucceſſorem. Gramus bello Norvagico, quod in Suibdagerum geſſit, oppreſſus interijt, *Suibdagerus* ergo primus omnium Regum Aquilonis, trium moderator factus eſt Regnorum, & filiam Regis Danorum, a patre diu negatam, ſed jam bello quæſitam, cum Regno accepit uxorem. Eo autem mortuo *Froto* Filius Regnum accepit paternum, multiſque bellis feliciter ab eo geſtis tandem in apparatu militari contra Regnerum Regem Sueciæ inſtituto vitam finivit. De hujus autem ſucceſſoribus ac reliquis Daniæ Regibus Munſterum vide fuſiſſime differentem. A primo vero Rege ad Chriſtiernum Reges numero XCVII intercedunt. Nunc Danorum omnis regio Maris faucibus intercepta conſtat multis partibus, quarum præcipuæ ſunt *Iutia*, *Fionia*, *Zelandia*, & *Scania*, præter inſulas ſingulis partibus adjacentes. *Imperium. Majorum*

*Iutia*, quam nonnulli *Gothiam* appellari volunt, quondam Cimbrorum ſedes, apud Hiſtoricos & Geographos *Cimbrica Cherſoneſus* dicitur, & in *Iutiam Meridionalem*, & *Septemtrionalem* dividitur. Hujus Septemtrionalis Iutiæ deſcriptionem vide ſecunda Tabula Daniæ *Meridionalis Iutia* olim dicta *Nordalbingia* inclytum Ducatum Sleſvicenſem complectitur, cui Holſatiæ Ducatus nunc quoque ſubjungi poteſt; horum ampliorem declarationem ſuo loco, videlicet tertia Tabula Daniæ invenies. *Iutia.*

*Fioniæ* particularior quoque deſcriptio ſequitur, quarta Tabula Daniæ comprehenſa.

*Zelandia* quæ & *Sialandia* inter reliquas Daniæ inſulas eſt maxima, *Codanonia* Melæ, ut cenſent Olivarius & Ortelius. Verba Melæ hæc ſunt, *Septem Hemodes contra Germaniam projectæ in illo ſinu, quem Codanum diximus. Ex ijs Codanonia quam adhuc Teutoni tenent, ut magnitudine alias, ita fœcunditate ante ſtat.* Hanc alij *Zelandiam* quaſi maris terram, quod undique Mari incincta ſit: alij vero quaſi ſeminis terram, eo quod ſua ſponte abſque annua ſtercoratione Segetum omnis generis ferax ſit, dictam volunt. Longitudinem habet hæc inſula itineris bidui, atque Latitudinem fere æqualem. Quindecim Civitatum, duodecim Arcium Regiarum capax eſt. Inter Civitates autem *Haffnia* (quæ *Copenhavia* & *Copenhagen* nunc dicitur) eſt præcipua totius Daniæ Metropolis, magnitudine, opulentia, & maxima portus commoditate inſignis, quem & incredibilis profunditas & objectus Inſulæ quam *Amagger* vocant nautis tutiſſimum facit. Vrbis initia fuere tenuia *Abſalon* enim *Huide* Archiepiſcopus Lundenſis primum hoc loco arcem condidit, adverſus piratas, quam a ſe vocavit *Axelhuys*: hunc locum propter commoditatem partim piſcatores, partim mercatores cœperunt inhabitare, dictuſque idcirco *Kiobmans Haffen*. Hæc accidere circa annum Chriſti CIↃ CLXV. Eſt hoc loco celebris Academia, cujus inſtituendæ facultatem Ericus Pomeranus a Martino V. Pontifice primus impetravit, repetijt Chriſtianus Oldenburgicus ac permiſſu Sixti Romani Pontificis ad optatum finem deduxit, eamque multis ac continuis bellis collapſam Rex Chriſtianus Tertius inſtauravit; in eam collatis magnis reditibus, ut non ſolum duodecim Doctores & Magiſtri Profeſſores, verum etiam ingens pauperum ſcholaſticorum numerus inde ſuſtentetur: quos reditus Fredericus ſecundus inſigniter auxit. Ex hac ſchola paſſim Eccleſijs ceu perpetua ſeges Doctorum, atque Paſtorum tam in Regno Danię quam Norvvegię ſubminiſtratur atque ſufficitur. Supra Hafniam eſt *Helſingora* & prope eam Arx Regia *Croneburgum*, de qua infra, cui ab altera parte ultra Mare ſimilis Arx *Helſinborg* cum Opido ejuſdem nominis reſpondet. Ibi *Zelandia* & *Scania* prominentibus utrumque promontorijs ita prope coëunt, ut vix parvi milliaris inter ſe relinquant Maris ſpacium, quod *De Sundt* vocatur. Ad hunc locum omnes naues Orientem verſus curſum inſtituentes, velut ad Centrum coire & Regi vectigal pendere coguntur: cumque in utroque littore arx poſita ſit, Rex, ſi quando id neceſſitas poſtulat, ſuis in medio collocatis navibus, ita has fauces occludere poteſt, ut quamtumvis etiam numeroſam claſſem ab ingreſſu, vel egreſſu prohibere queat. Huc ſæpe uno die CC, ſæpe etiam CCC naves ex varijs Europæ partibus convenire contingit. Eſt & hic *Roeſchildia* ſedes olim Epiſcopi; ibi multorum Regum & Ducum inſignia Monumenta conſpiciuntur: nunc autem ad tenuitatem perducta quod Cives urbium confiſi munitionibus ſoleant inſoleſcere, Sub Zelandia autem ſequentes ſunt Inſulæ, *Amagria*, *Huena*, ſive *Ween*, *Moeneſland* in qua civitas *Stegoa*, & plures aliæ. Habet. *Zelandia* unum Epiſcopatum, cujus Præſul *Roeſchildiæ* ſedem antiquitus, uti diximus, habuit. *Fionia. Zelandia. Nomina. Vnde dicta Situs. Vrbes.*

*Scania* inter Regni Daniæ Provincias magnitudine & opibus admodum inſignis eſt regio, atque cum Suecia continens. Hanc alij *Scandinaviã* pro *Scondaniam*, id eſt, *amœnam Daniam*, alij *Scaniã* atque alij *Sconingiam* dixere, vulgo *Sconen*. Plinius eam tum *Scandiam*, tum *Scandianam* vocat ſed in eo fallitur, quod *Inſulam* eſſe putat *incompertæ magnitudinis, portionem tantum ejus incolente Hillevionum gente, quingentis pagis, qui etiam alterum Orbem terrarum appellat* *Scandia. Nomina.*

 Sed Ortelius


DANIAE REGNV
Westergotię pars
Sma land
Hal land dia
Miliaria communia Germanica
Verendia
Anholt
Mare Bal ticum
Vulgo de Belt
Scho ni en
Zeland
Lawland
Falstre
Fu nen
Suder land
Iut land
Wen sussel
Hanheret
Mors
Ty
Salling
No rdt
Holsten
Wagerland
Stabuy
Samsoe
Lesso insula
Alsen
Aar
Anglen
Swantzen
Wick
Dit mars
Heilig lande
Mek elnburg
Pome
Wollin
Bornholm
Rugen
Oceanus Germanicus
De West See
Per Gerardum Mercatorem Cum priuilegio
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens

# DANIAE REGNVM

Sed Ortelius hanc Plinij Scandiam & Scandinaviam, non Scaniam, ſed eam Peninſulam eſſe, quæ hodie tria ampliſſima Regna Norwegiam, Sueciam, & Gothiam, aliaſque regiones comprehendit, autumat, ut ſupra quoque diximus. Alij beatas terras & homines macrobios atque omnium juſtiſſimos Mortalium ſub hoc terrarum tractu poſuerunt. Plerique ex veteribus tam Græci quam Latini fere incognitam habuerunt, illicque eſſe terrarum Zonam frigidam, perpetuis damnatam nivibus omniſque Animantis impatientem dixerunt magno conſenſu. Vndique cingitur hæc

*Situs.* Scania Mari, præter unum Terræ brachium quod porrigitur in Boream, ac deinde recurvatur in Orientem ubi Sueciæ jungitur: ſed intercedunt profundi ſaltus, aſperrimæque rupes, per quas e Scania in Gothiam Sueciæ partem iter agitur tam difficile, ut fere levius ſit marino diſcrimine vitare terreſtrem laborem. Regio Cœli benificio, Telluris obſequio, Portuum & Emporiorum commoditate, maritimis opibus, Lacuum & Fluminum piſcatione, venatione

*Cœli Temperies, & Soli qualitas.* nobilium Ferarum, Auri, Argenti, Æris & Plumbi inexhauſtis venis, Opidorum frequentia, civilibus inſtitutis nulli cedit beatæ regioni: unde & *Scondiæ* illi nomen manſit, teſte Munſtero. Hæc quondam in duos Ducatus *Hallandiam* & *Blekingiam* diviſa, nunc Præfecturas viginti tres & civitates quindecim complectitur. Ejus Metropolis eſt *Londa* ſive *Londia*, ubi Regni Archiepiſcopus ſedem ſuam fixit: cujus olim tanta fuit potentia, ut etiam Regi ſuo bellum minari

*Vrbes.* non vereretur: nunc autem in ordinem redactus, ut cæteri Epiſcopi qui ſeptem ſunt numero in Regno Daniæ. Quando fuerit, & a quo vel a quibus condita, nuſquam in Hiſtorijs legitur. Nam qui Anglos conditores agnoſcũt, appellatione ſola moti videntur, quæ cõmunis eſt huic cum Angliæ Metropoli: Germani enim utramq; civitatẽ *Lunden* nominant. Dani hanc ſuam ſua lingua *Lund*, quod nomen ſaltum vel Sylvam Danice ſignificat. Eſt etiam hic *Malmogia*, quæ & *Ellebogen* dicitur, inſigne Emporium & præcipua totius regionis Civitas propter nundinas & frequentes negotiationes, quas ibi provinciales exercent. In Hallandia eſt arx *Warburgum* altiſſimis Montium jugis ſuperſtructa. Eam a Suecis anno CIↃ IↃ IXV captam & impoſito præſidio munitam cum Daniel Ranzovius juſſu & auſpicio Regis Frederici ſecundi arcta obſidione premeret, ut tandẽ ſe dedere ſit coacta, globo ex tormento æneo per caput trajecto peremptus eſt anno CIↃ IↃ IXIX, vir virtutibus & laude bellica valde illuſtris. Nam Regis Danię Frederici II, ſummus belli dux contra Suecos deſignatus paucis ante mortem annis in campo *Aſtorfheyde* juxta *Falkenberg* quatuor millibus inſtructus ad ſex & viginti millia profligavit. Adjacent huic regioni Inſulæ, *Landoe*, *Hannoe*, *Bornholm*, Inſula famoſa in quatuor præfecturas diviſa, & tres civitates ac unam arcem continens: *Gotlandia* in qua antiquum Emporium

*Mercimonia.* *Wiſby* aliquando valde florens, nunc autem ad alias Civitates mercatura tranſlata, viris, opibuſque attenuatum jacet. Præter Frumentum, Caſeum, Butyrum, variaſque pelles, etiam Abietes proceriſſimas, quarum frequentes ibi Sylvæ ſunt, malis navium fabricandis, & præterea Lapides ad ſtructuram utiles, nec non calcem copioſe emittit. Epiſcopum huic Inſulæ Fredericus ſecundus primus præfecit, & alios in ſempiternum præficiendos liberali ſtipendio conceſſo

*Flumina.* ordinavit. Flumina Daniæ ſunt *Egidora*, vulgo, *Eyder*, *Chaluſus* Pto. hic Friſios a Ditmarſis dirimit, ac ſe in Oceanum Britannicum exonerat: & *Stora* piſcoſus & navigabilis fluvius, qui in intima Holſatia ortus, aliquot Opida & nobilem illam Ranzovianam domum Bredenbergam alluit, poſteaque ſe in Albim effundit, & alia. *Mare Balthicum* quod ad

*Mare.* ortum terminum Daniæ ſupra conſtituimus, nunc accolæ *Belths*, a Baltheo id eſt militari cingulo nomen hauſit, quod cinguli inſtar utramque Cherroneſum ambiat ac complectatur. *Pigrum* a Tacito nominari videtur, ab effectu ut putat Ortelius, quod non ut cætera Maria moveatur, nam æſtus ejus vix deprehenditur, ut teſtantur illi qui illud ſæpius navigaverunt: continuoque fluxu ex Oriente verſus Occidentem deſcendit. *Venedicus Sinus* eidem ab Venedis populis; *Codanus* Plinio lib. IIII, cap. XIII, & Pomponio Melæ lib. III. *Morimaruſa* Philemoni; *Amalchium* Hecatæo apud Plinium: *Suevicum* a populis qui ad habitant. Germanis *Ooſt-Zee*: quod Oceano verſus Ortum: Rutenis *Warecz̃kovicmorie*. Excurrens porro in duo Brachia diſpeſcitur; faciens a ſiniſtra; inter hinc Sueciã & Boddiam, inde Finlandiam Sinum prius *Finnicum*, *Finniſch-Zee*; poſt freto diſcriminante. *Boddicum*, *Bodner-Zee*: a dextra inter Finlandiam & Livoniam alium, qui item *Finnicus*. *Helſingora* ad Fretum Suudę, arcem habet Regiam *Croneburgum*, præſidium extremę

*Opera. Publica.* Inſulæ Zelandicæ oræ. Hanc arcem Fredericus II Daniæ Rex maximis & innumerabilibus demerſis ſaxis, interque compacta & fiſtucata robora concluſis, ac loco fundamenti ſtabilitis firmatiſque, ex ipſo maris fundo immani ſumptu eduxit, tanta operis firmitate ut immanes pelagi fluctus magnis provolutos procellis, atque ad vallum muroſque horrendo boatu illiſos, citra illius periculi metum deſpiciat. Opus univerſum admirabili ſymmetria exactum eſt, intus magnificis conclavibus, cubiculis, porticibus exornatum: quorum tapetia Daniæ Reges ordine repreſentant. Tecta cupreis ſunt obducta laminis, muri lapidibus cæſis expoliti. Adarcis mœnia quæ Mare & Huenam Inſulam reſpiciunt, ſaxum eſt ingens & ſtupendæ molis, cum hac inſciptione, Anno CIↃ IXXX FRIDERICVS II. DANIÆ REX CVRAVIT HOC SAXVM A PRIMO SVO LOCO, VBI VICISSIM ALIVS SVBROGATVS EST LAPIS, AD HVNC DEVOLVI LOCVM. Eſt in urbe Lundia Horologiũ in quo ars mira, *Laurentianũ* dictũ. Situm id in inferiori Tẽpli parte: hic tabula parieti affixa viſitur circulis aliquot variorũ colorum diſtincta. In hac per certos ejus rei indices & annus, & menſis, ac ſeptimana, dies quoque ſinguli, ac horæ, in quibus agunt homines liquidiſſime mõſtrantur, eo etiam indicato ſi feſtũ celebretur, ſeu fixum ſeu mobile. Item quis Luminarium Solis ac Lunæ motus, quæque horũ in Zodiaco loca diebus ſingulis, & inter ſe habitudines. Atque hæc quidẽ foris: intus autem, machinis quibuſdã ad id fabrefactis res agitur. Quibus illud additum eſt, velut *parergon*, ſed & id arte factum, ut quoties publice ſignũ datur horæ elapſæ, ſupra tabulã ipſam duo concurrant ſimulachra (equites dixeris Cataphractos) quæ tot ſeſe ictibus petunt, quod ſigna dat Campana major in turri ſuſpenſa quæ horam indicat. Quod vero magis mirandum, in hujus Tabulæ medio velut in throno collocatum eſt Simulachrum Virginis Deiparæ ſinu tenentis infantem. Ad latera huic oſtia duo, ante pedes velut Theatrũ ſemicirculi forma, arcu hujus ſpectatoribus obverſo. Intus machina cum ſimulachris trium Magorum, quorum ſingulis ſinguli famuli additi, Machina mota ad ejus cui hoc negotium datum eſt, arbitrium, prodeunt ſimulachra. Ante alios veluti Caduceator minitabundus, gladio vibrato pulſat oſtium ſiniſtrum, eo aperto proceditur. Buccinis ſimul duabus ſonantibus quas inflare videntur buccinatorum ſimulachra. Quĩ primus eſt Magorum, magnifico prodit per theatrum inceſſu. Ad virginis ſimulachrum ubi ventum eſt, reverenter ad hanc verſus inclinat ſeſe Magus, velut adorabundus, moxque converſus progreditur. Faciunt idem reliqui Magi, ſecundus & tertius. Famuli horum immoti procedunt, nulla edita reverentiæ ſignificatione. Horum poſtremus, iterum receptus ad ſuos, Oſtium dextrum claudit, ita quidem ut & clarior quidam ſonus, eo occluſo ad aures ſpectantium perveniat. Sed de his ſatis. Incolæ Daniæ proprio idiomate, quemadmodum & Sueci & Norvvagij utuntur, adeo ut hi vicini populi ſe invicem non intelligant. Danica autem lingua non multum a veteri Saxonica differt. Saxo tamen Danum, & Saxonem Danus non intelligit, niſi aliquandiu inter ſe ſint converſati.

# DANIAE II TABVLA.

*Quæ Iutiæ Septemtrionalis partem complectitur.*

DANIÆ pars Occidua & præcipua eſt *Iutia*, quam Ptolemæus *Cimbricam Cherſoneſum*, Plinius *Cartrin* vocat. Alij tamen ſub Cimbrica Cherſoneſo etiam Holſatiam cum Ducatu Sleſvicenſi comprehendunt. *Iutas* autem, quos a Gutis, Getis ſive Gothis dictos multi arbitrantur ( *Geatun* enim in quodam M. S. Codice legitur ) ſuperiorem Cimbricæ Cherſoneſi partem incoluiſſe certum eſt, quæ etiamnum Danis *Iuytlandt* dicitur. Hæc in Septemtrionem in modum peninſulæ, a Saxonibus inter duo Maria, Britannicum & Germanicum procurrens, ut in Auſtrum Italia, porrigitur. Ejus terminus Auſtralis eſt fluvius *Eydera*, patetque in Longitudinem lxxx prope mill. paſſ. ab Albi flu. Boream verſus. Latitudo ejus ubi maxima xx mill. paſſ. Eam duplicem eſſe diximus, *Septemtrionalem & Meridionalem*, *Iutia* ſive *Cimbrica Septemtrionalis* quæ hac Tabula deſcribitur, in Norwegiam verſus ſe extendens, juxta Scagam, ob ſyrtes & vadoſum ijs in locis Mare Nautis celebre Opidum, in cuneum coractata deſinit. Habet autem hæc Regio circa Aleburgum Emporium maximam Latiudinem: ibi enim ſinus *Lymford* illapſus ac totam *Iutiam*, Occidentem verſus penetrans, exiguo relicto ſpatio Wenſuſlam ditionem a reliqua parte divellens, pene Inſulam reddit, ac vaſto tandem alveo dilatata aliquot inſignes Inſulas ſuo faciens ambitu, multis ſinibus ſeu ramis dimiſſis, varias Provincias ſuo interlapſu diſtinguit ac limitat. Iutia Septemtrionalis Frugum, Tritici, Siliginis, Hordei, ac ſimilium ferax. Paſcuorum etiam alicubi ubertas ſumma eſt, atque abundat tot Boum armentis, tam læta Vaccarum parens ac nutrix eſt, ut ad externas Provincias armentorum incredibilem pene copiam emittat, maximeque in Germaniam, quo quotannis prope 50 mil. Boum educuntur, præter Caſeum, Butyrum, Sebum, & Coria. Equos etiam generoſos & prę̃ſtantes producit, quorum etiam vis ingens quoquoverſum exportatur. Paruit olim Iutia Saxonibus, non autem reliquæ Aquilonis regiones. Ex hac Cimbri ante natum Chriſtum annis cv in maximum terrorem Italiæ velut procella ſe effuderunt. Hi enim adjunctis ſibi Teutonis, Tigurrinis & Ambronibus, Romanum Imperium extinguere conſpiraverant. Et nec primum horum impetum Silanus, nec ſecundum Manilius, nec tertium Cæpio ſuſtinuere potuerunt. Omnes fugati, exuti caſtris. Actumque erat, niſi Marius illi ſæculo contigiſſet, ait Florus. Duravit autem hoc bellum Cimbricum a Syllani conſulatu annos octo, uſque ad conſulatum Marij quintum, a quo tandem ad flumen Atheſin deleti ſunt reliqui exercitus Cimbrorum, Teutonum, & Ambronum. Sed quoniam hoc loco in Cimbrorum mentionem incidimus, quorum in hiſtorijs nomen celeberrimum, paullo fuſius de his libet diſſerere. Cimbri dicti videntur a Gomero filio Iapeti. Sed quoniam vir eruditiſſimus Iunius doctiſſime de his diſſerit, ejus verba hic non gravabor apponere. Conſtat ex Moyſe Iapeto natam eſſe maſculam prolem, nomine Gomerum, ſive cognata litera Comerum, qua voce apud Hebræos perficiens & circulum ambiens ſignificatur. Ea vero vocis genuina ſignificatio, ſcriptoribus Cimmeriæ linguæ imperitis hactenus ignorata, quod nemo eam caliginem diſcuſſerit, meridiano ſole clarius eluceſcet me duce, ſi cratem dictionis molliter diſſolvas. Quid enim aliud in iſto idiomate ſonat *Go om her* disjuncta, rurſuſque incompagem clauſa eadem voce, *Gomer* quam in orbem ambio, & curſum perficiendo abſolvo. Hinc dicta eſt Gomera orbicularis illa diſciplinarum ſeries, quam Encyclopædiam Græci, orbem doctrinæ Fabius nominavit, quod ſit ἀπείρων nulloque fine, ut & annulus, circumſcribatur. Iure igitur felix iſtud nominis auſpicium ſoboli Iapeti obtigit, quæ in orbem circumijt, & uti præ ſe fert appellatio, curriculum datum præſcriptumque forte abſolvit, ab ortui ſolis ſubſtratis terris ad uſque ejus poſitum, terras omnes emenſa. Nemo namque hiſtoricæ cognitionis tam eſt rudis & ignarus quem lateat Gothorum & Vandalorum ( qui Cimmeriorum progenies fuere ) armis Heſperiam utramque occupatam poſſeſſamque fuiſſe, quę felice ex illis ſtirpe ac beata propagine in hoc uſque ſeneſcentis ſeculi curriculum, velut reddita Pyliæ juventa, pervireſcunt. Quare quum conſentientibus calculis è Gomero propagatos eſſe Cimmerios, omnes fateantur, qui quum principio interiora Aſiæ penetralia tenuiſſent, a Scythis pulſi, & ſemper ad occidua tendentes, in Scandiam, inde in Cimbricam Cherſoneſum trajecerunt; quod convenientius vocabulum gentis Cimbricæ auctori Gomero, & viciſſim genitoris ſui nomen retinenti populo aptari potuerit, quam a circumeundi & circumquaque palandi ſtudio, non perſpicio. Quæ namque gens una majorum terrarum circuitum confecerit. haud facile legendo dediciſſe quemquam arbitror : id quod aperte ac diligenter explanat Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum accuratus ſcriptor, qui Gomeri poſteros ex Armenia profectos ad Tanain uſque amnem excurriſſe, inde per Europam univerſam extremis Gadibus tenus terras omnes multitudine inundaſſe ſcribit. Clariſſime vero propagandi & conficiendi curſus ſui ſtudium ea in gente Plutarchus in vita Marij explicavit, cujus verborum ſententiam ſolum appendam Latinis auribus, ne citandis Græcis lectori faſtidium pariam, chartaſque odioſe prolixus onerem. Cimbros (inquit) prædicant, quoties loco ſe movent mutatis ſedibus, non uno impetu aut aſſidue, ſed quolibet anno ubi tempeſtatis favet commoditas, prorſum ſemper tendendo, proximas quaſque regiones bello aggredi, quumque varia inter illos populorum ſint nomina communi appellatione Celtoſcythas agmen ſuum vocare. Alij referunt Cimmeriorum, quos ab antiquo Græci cognoverunt, non magnam fuiſſe univerſitatem, ſed exules potius quoſdam aut ſeditioſos a Scythis exactos, a Mæotide in Aſiam tranſmiſiſſe, ductore Lygdami: longe vero maximam & bellicoſiſſimam gentis portionem in extrema maris Oceani ora conſediſſe, ac regionem opacam, nemoroſam & propter præcelſas ſpiſſaſque ſylvas ad Hercynium uſque ſaltum pertingentes, ſoli inacceſſam colere. Hactenus fere verba illius utcumque reddidi. Vnde Homerus de ijs ita cecinit in Odyſſea:

*Cimmerij nube ac denſa caligine merſi,*
*Quos nunquam radijs luſtrat Phœbeius Orbis,*
*Seu quum Signiferum curru conſurgit in axem,*
*Seu quum præcipitante die jam colligit umbram,*
*Sic miſeræ gentil ongum nox incubat atra.*

Regio.

Situs.

Iutia Septẽtrionalis: Situs. Soli fertilitas. Animaliũ varietas.

Imperium. Majorum. Majorum virtus.

IVTIA SEP. TENTRIO. NA. LIS

Sep: tentrio

Meri: dies

GERMANICVS PARS

WENDSVSSEL siue

Wen: sliæ pars

Lym: ford

Ty

Mors

Harboor

Salling

IVT:

LAND

NOR: DER

PARS BALTHICA

MARIS

Occidens

Orions

Miliaria Germanica communia

Per Gerardum Mercatorem Cum Privilegio

Agard Clim Kettorp Torsle Timmerby Gettorp Browes Swenstorp Hellewat Astorp Sulstede Oby Hamer Horsens Lilkirck Ostloff Westloff Arop Christoffer: bergh Riua flu: Bersted Wadem Horop Suntby Westerhasing Osterh: asing Hals Westeryl Osteryl Bradschow Joek Orcloster Hunstorp Eerslöe Drehy Fegeklitte Fladde Lym: forbo Feurkirck Feur Leuf Witschilt closter Lenste Luxstede Nestel Selber closter Restorp Alborch Niebe Elarop Dal Sturwort Lymford Egens Wolderop Tystedt Hanklitte Totse Alse Nicoping Wilstede Conum Salling Odorp Suensted Fersted Hornum Esterp Me Tystedt Snabe Seby Stede Seld Hornum Farse Kirkus Verlund Kungslund Dockedal Schelborch Vlderop Moldorp Nautorp Hulgeberg Holcker Kirckedorp Guheloff Harn Lunge Nestorp Wagense Senderop Smerop Sellegart Hurn Stranthy Engeswang Harslee Hasing Willerslee Hulsum Alnse Ouerkirck Grum Westerwick Semetstede Hano Ogard Auergart Felss Rensterp Schilderop Vlbener Lung Senbirg Wilbirg Tyrholm Hobro Mariacker Farsloff Scuttorp Lungerop Kildorp Rohy Ottesundt Wene Schals Dalbing Casbirg Steuens hofft oder Steinskroch Harboorkercke Engeberg Hommelen Korung Hamersum Gasum Hal Glesborch Enslöe de kalck grunt Hogum Toring Rosenkerck Starupgard Werop Schern Birgou Nimtod Grina Ferning Wan Schiuehus Wore Taptorp Tanum Hornbeck Hal Aming Tostorp Lehm Lemwick Gumclosster Wilorg Lehem Steenholt Estorp Bowens berg Dibbe Rom Dommerby Rims Gingerop Lymby Feltring Oleffsundt Hald Wrangen Randerßen Cristorp Krabsee Langsee Alby Boffling Auftirg Palstorp Allingecloster Tilbal Knutzhouet Feltringwos Nys Ladberg Wingesse Silkeborgh Ellerop Obis Ruge Sporing Melderop Mols Knebel Ebeltod Ramgard Sanderop Seby Hamel Kalloe Westod Helm Husby Regin Sporop Wolby Scostorp Rorslöe Haßens Vulstorp Batain Tilst Iszgard Hestebro Holm Ego Kungsgard Hellenis Hessum Rye Birg Emcloster Schanderborg Framlot Arhusen Ellemansting Waddere Warcloster Ware Starnow Tamming Northy Londenis Ding Oste Tolstorp Tuen Beßeer Kiholm Trantbirg Foradholm Oretsle Nibbel Ombirg Vrop Horsens Stenshal Tyrrestrop Bygholm Tandorp Halling Torstet Weirt Alrø Gerno Scholl Glue Palsgard Huering Ostet Stenderop

# DANIAE II TABVLA

In quo nomine non intellecto naſuta & ſciola Criticorum turba meras Chimæras & figmentorum portenta excogitavit, dum hi illos κιμμερίους nominant velut tenebroſos, a κίμμερον, qua dictione caliginem & ſpiſſam nebulam ſignificari prodiderunt: alij κερβερίους ſcripſere, ſecuti Comici Ariſtophanis auctoritatem, a Cerbero cane infernali, cujus latratum imitari gens barbara voce incondita & abſona ipſis videretur: nonnulli a patrio Deæ Veſte numine (quam Noaci uxorem fuiſſe, & Chaldaice ignem, qui religioſe ab illis habitus fuit, ſignificare conſtat) quam κίμμερον nuncupatam Alexandrinus Heſychius annotat: Rurſus Ζειμερίους Zeugmatites Grammaticus appellandos cenſuit, quod Septemtrioni ſubjecti, ac propterea perpetuis algoribus obnoxij damnatique ſint. Et paullo poſt: Vnde vero Cimbros Germanico etymo Plutarchus, aut Gallico Feſtus Pompeius latrones ac ſubſeſſores dici probare queant, non intelligo; niſi pro latronibus milites conductitios accipiamus, quomodo Plautinus miles glorioſus dixit *Latrones quos conduxi*; & rurſus ut *latrones cogerem & conſcriberem*. Quando & latrocinari idem Poeta extulerit, pro ſtipendio præſente militare; ut in Pœnulo: *Latrocinantur, quia aurum poſcunt præſentarium*. Et in Trinummo *Latrocinatum ire* dixit, quod militatum abire Terentius: aut niſi videatur Plutarchus id retuliſſe ad peculiarem genti morem belligerandi, ut quæ clandeſtinis latronum more inſultibus finitimos opprimeret: atque ita memorat impetuoſo illorum incurſu perculſam Italiam timuiſſe, quum gentem neque de nomine neque de genitali ſede notam, repentinæ nubis inſtar ſuis ceruicibus ingruere intellexiſſet; atque eo modo dixit Fl. Vopiſcus Proculum Imp. Germanos obtriviſſe, numquam aliter quam latrocinandi pugnantes modo. Atque hactenus de Gomero Cimmeriorum gentis & nominis auctore. Ex hoc triplex propago exſtitit *Askenaz, Rhiphat, & Thogarma*, ut Moyſes, & Annalium, qui Relictorum nomine inſcribuntur, auctor, prodiderunt. Hactenus Iunius. Ad Iutiam redeo.

*Vrbes & Opida.*

Iutia hæc in quatuor ſedes Epiſcopales latiſſime patentes diviſa eſt: in *Ripenſem* quæ Ripæ, *Arhuſienſem* quæ Arhuſij, *Vandalicam* quæ *Aalburgi*, *Viburgenſem* quæ *Viburgi* conſiſtit. *Ripenſis* diœceſis, Præfecturas triginta, Civitates ſeptem, & Regias arces decem habet. Koldingæ Regina Dorothea Chriſtiani tertij vidua, ſcholam ſuis ſumptibus inſtruxit. *Arhuſienſis*, Præfecturas xxx i, Civitates ſeptem, & arces quinque habet. *Arhuſium* ſive *Arhuſia*, emporium eſt celebre, ob portum, quem ingens illud promontorium Hellenis efficit, quod ab arce Regia Kalloe, per ditionem *Mols*, uſque ad altiſſimum montem, *Ellemansberg*, ad duo milliaria protenditur, & tam ſuo, quam Inſularum aliquot objectu, placidum nautis æquor efficit. Sub hac Dioceſi Inſulæ ſunt *Samſoe*, *Hielm*, *Tuen*, *Hiarnoe*. *Gerno*, forte, ſepultura Hiarni Regis celebris, *Hilgenes* & aliæ plures. *Vandalica* quæ & *Burglavienſis* Diœceſis, Præfecturas tredecim, & Civitates ſex habet. Partes ejus maxime illuſtres ſunt, *Wendſyſſel*, *Handhæret*, *Thyland*, & *Morſoe*. *Wendſyſſel*, ſive *Venſilia*, id eſt *Vandalorum terra* & *Sedes*. Præfecturas ſex, Opida tria & arcem unam habet. Hic eſt mons *Alberg* in quo gigantum Monumenta conſpiciuntur. Adjacent Inſulæ *Gryſholm*, *Hertzholm*, *Tydſholm*. & aliæ. In Hanhæret eſt rupes viſendæ altitudinis, *Skarlinghlint* dicta, & in oris ejus Syrtes, quas *Sandores* & *Bracas* vocant. Ei ſubſunt Inſulæ *Olandt* & *Oxholm*. Præfecturas quatuor, Opidum unum nomine *Thyſtad*, ubi Chriſtianus tertius ſcholam iuventuti primus condidit, & arcem unam *Orumnam* habet. Sub ea ſunt Inſulæ *Handſholm*, *Oſtholm*, *Iegen*, *Cifland*, *Egholm*, *Bodum*, *Morſæa*. Præfecturas tres, unicam civitatem *Nicopiam*, & arcem unicam *Lundſlod* habet. Inſula ei adjacet una *Aggeroa*. *Viburgenſis* diœceſis Præfecturas ſedecim Civitates tres, & totidem arces complectitur. Viburgi generale concilium Trium virorum nobiliſſimorum & ſapientiſſimorum de cauſis civilibus cognoſcendis & dijudicandis, toto fere anni ſpatio continuatur, niſi ubi inquietæ functionis moleſtijs defatigati, ſe in prædijs ſuis paullulum recreant & vires recolligunt. Huc univerſæ Cimbricæ Cherſoneſi caſus, querelæ de finibus & hæreditatum Controverſiæ, omneſque capitalium cauſarum animadverſiones, cujuſmodi ſunt cædes, adulteria, furta, & veneficij crimina deferuntur. Ad *Wenſliam* peninſulam, ubi in conum deſinens, paullatim ſe ad Solis ortum æſtivum inflectit, eſt ille Iutiæ angulus, ob pericula Nautis adeo formidabilis. Nam ingens dorſum & Syrtis longiſſime ſe in

*Mare.*

Mare protendit, ut, qui tuto, & citra periculi metum eſſe volunt, non propius, duobus milliaribus, ad littus accedant. Tale eſt omne Iutiæ littus occidentale, ut qui in Norwegiam, vel ex Oceano in Orientem navigare intendunt, longo circuitu Iutiam evitare cogantur. Sunt tamen quatuor omnino Montes in hoc longiſſimo littore, ex quibus nautæ ſuas habent obſervationes & indicia. Incolæ hujus tractus piſcaturam exercent. Cum autem portum, & fidam navibus ſtationem non habeant, naves ſuas ex alto venientes, cõvocatis in ſubſidium ſocijs & vicinis ex Mari in littus pertrahunt, uſque eo, quo fluctus maris tranſcendere, eaſque levãdo tundendoque lædere minime poſ-

*Cõmoditas*

ſint. Copioſiſſima hic in Mari variorum Piſcium, atque imprimis Alecum captura. Inter Fioniam Inſulam & Iutiam ad Eideræ fluminis oſtia ſinus eſt, ita Piſcibus frequens, ut non minus alimentorum indigenis, quam ager omnis exſolvere videatur. Sed quoniam in Piſcium mentionem incidimus, atque hæc regio, ſicut & omnes fere Daniæ tam marinis quam fluvialibus Piſcibus abundat, eorum nomina ex Ioanne Keldingenſi adſcribere placuit, qui de his hunc in modum ſcribit: eſt autem hæc Cimbrica tellus, omnis generis Piſcibus abundans, quorum aliquot ſpecies hic recenſere libet, ut inde Dei bonitas, qui dives eſt in omnes, innoteſcat, ſimulque Zonæ hujus occidentalis commoditas æſtimetur. Notiores igitur apud nos urtiuſque generis ſunt *Lucius*, *Carpio*, *Cyprinus*, *Perca major*, *Perculus* ſive *Melanurus*, *Aloca*, *Cyprinus Praſimus*, *Gobio* vulgariter, *Quapium*, *Anguilla*, *Phagros*, cujus latinum nomen non invenio Germanico *Neſcher*, noſtra lingua *Sterling*, *Tencha*, *Fundulus*, *Salar*, *Oculata*. Item marini, *Raia*, *Cancer*, *Tinca*, *Gladius*, *Aſellus mollis*, *Solea major & minor*, *Lingulaca*, *Rhombus*, *Halec*, *Paſſer*, *Concha*, omnis generis, *Acipenſer*, aliter *Sturio*: prægrandiores etiam beluæ *Lutra*, *Balæna*, *Canicula*, & id genus plura. Hactenus ille. His expoſitis non alienum duxi Coronidis loco adijcere, quod Incolæ harum Regionum Septemtrionalium fuerint & adhuc ſint frigidi & ſicci, proceræ ſtaturæ, faciei pulchræ, boni coloris, jucundi, læti, ſuſpicioſi, callidi ac in negotijs providi,

*Mores*

ſani, ſuperbi, amantes ſuorum, multum comedant ac bibant, bene concoquant, ideoque diu vivant, ſanguine abundent, mores ſeveros habeant, & propter cordis calorem, ſint pugnaces & rixoſi, ament pericula, venationes & peregrinationes, ſuarum opinionum ſint defenſores, nihilominus Iuſtitiæ memores, in omnibus linguis addiſcẽdis adprime dociles, muſarum amantes, & pacta & contractus ſancte obſervent, multos habeant liberos, & quod fœminæ ipſorum difficulter pariant, ſintque formoſæ, & in adminiſtratione rei familiaris tenaces & prudentes; ex Catharro autem, morbo, regio, angina, pluritide, fiſtulis, aqua intercute vel phthiſi plerumque moriantur. Achilles Gaſſarus teſtatur hic inventa fuiſſe a Monacho Chymiſta tormenta bellica.

# DANIAE III TABVLA

*In qua Sleſvicenſis Ducatus pars & Holſatia.*

HÆC de Iutia Septemtrionali; ſequitur *Meridionalis*, quæ Veteribus, quod a reliqua Germania per Albim fluvium ad Boream divulſa ſit atque intercluſa, *Nordalbingia* eſt dicta. Ea duos Ducatus Sleſvicenſem & Holſatiæ complectitur, de quibus ordine nobis eſt dicendum. Ducatus Sleſvicenſis a Metropoli & pervetuſto Emporio Sleſvico appellationem habet. Olim hæc Regio *Ducatus Iutiæ*, dicebatur, quem Waldemarus Abelis Regis Daniæ Pronepos primus in feudum accepit ab Erico Rege circa annum CIↃ CC LXXX. Exſtincta autem Regum ac Ducum ſtirpe maſcula, & Ducatu Sleſvicenſi cum Regno in unum corpus redintegrato ac conſolidato, *Margarita* trium Regnorum Regina Ducatum Sleſvicenſem permiſit *Gerardo* Comiti Holſatiæ, hac conditione, ut a Rege Daniæ collatum beneficium recognoſceret. Cæterum civitates Ducatui Sleſvicenſi ſubjectæ quia ijſdem cum Danis gaudent privilegijs, eodem quoque jure cum ijs utuntur. Subditi a ſententijs Magiſtratuum cujuſcumque loci ad Principes ac eorum Senatores poſſunt provocare & non ultra, ut privilegijs cautum eſt. Hic enim Ducatus eſt feudum Regni Daniæ, ejuſque Princeps tot equites peditesque regno Daniæ alere tenetur, quot Holſatia Imperio Romano, Generalis autem gubernatio horum Ducatuum Regi Daniæ ac Adolpho Duci Holſatię incumbit, & per vices ab uno ad alium tranſfertur. Proinde cum ad Regem devolvitur, Regiæ ſuæ Majeſtatis nomine per Henricum Rantzovium Vicarium Regis adminiſtratur. Prȩcipuum hujus Ducatus Opidum *Sleſvicum*, vulgo *Schleſwick*. Germanicæ originis nuncupationem habet, ob ſitum, quem ad Sliam, in Maris Balthici ſinu obtinet. *Wick*, enim & opidum, & incurvum Maris receſſum, ſive ſinum; & Vicum etiam priſcis Saxonibus ſonat. Quemadmodum Becanus, in ſuis Gotodanicis obſervavit. Crantzius & qui Saxonum conſcripſere hiſtorias, aliam Sleſvico appellationem attribuunt, quam etiamnum apud Danos & Friſios uſus retinere videtur. Hi enim ſua lingua hoc Opidum *Hedebui* vel *Heideba* nuncupant, eo quod a quadam Daniæ Regina, cui Hethæ nomen, dicant primitus eſſe conditum. Eſt autem peroportuno ad negotiationem ſitu, portum habens ad exercenda commercia, commodiſſimũ, Olim enim ex Belgio, Britannia, Gallijs & Hiſpanijs, ad oſtia Eidere fluvij navibus merces tranſportabantur, quę per Threanam fluvium, Hollingſtadium ſubvectæ, facili negotio Sleſvicum, ac inde, per mare Eoum, in Daniæ, Norwegię, Suecięque regna, nec non Livoniam, Ruſſiam, Boruſſiam aliaſque Germaniæ Provincias quas mare Balthicum alluit: importari poterant. Nunc autem pro fatali ejus caſu, non ea qua olim magnificentia & amplitudine conſpiciendum. Non procul ab hoc Opido *Gotorpia* arx ſita eſt. Telonium hic celebre, ubi compertum, fertilibus annis ex Dania LCIↃ Boum, in Germaniam abacta vectigal ſolviſſe. Eſt & in hoc Ducatu *Flenſburgum* Opidum celebre, de quo ſtrenui ac Nobilis viri Henrici Rantzovij Camœnæ hæc Geographiæ amantibus luſere.

*Me Fleno ſtruxit vicini in littore ponti*
*Nota ſatis non eſt cujus origo viri*
*Ante fui ſedes horum, qui fallere piſces*
*Norunt, nunc domibus floreo magnificis*
*Aptior haud Vrbs eſt mutandis mercibus ulla*
*Credita: ſunt Portus commoditate boni.*
*Arx mihi per pulchra eſt, ſunt Templa decore ſuperba,*
*Regibus & Ducibus ſunt data jura mihi*
*Nunc me jure tenet pariter Fredericus & arcem*
*In Daniæ & Regno qui modo Sceptra gerit.*

Opidum hoc inter Montes excelſos, littori maris orientalis adjacet, in quod ejus portus ſe extendit, tanta commoditate, profunditate, & ſecuritate, ut ſinguli fere cives ex domibus ſuis naves mercibus implere, & eaſdem rurſus exonerare poſſint, ut non immerito Crantzius, id Opidum terra marique rebus gerendis opportunum ſcribat. Sunt & *Huſenum*, *Haderſlebia*. Nobiles in hoc Ducatu propria poſſident dominia, ac ijſdem cum Danis fruuntur privilegijs & jure. Habet unum hic Ducatus Epiſcopatum Sleſvicenſem: Capitula duo, Monaſteria tria. Caſtra tam Principum, quam Nobilium varia. Ordo autem Senatorum cujus jam aliquoties facta eſt mentio plerumque conſtat numero XXIIII perſonarum equeſtris ordinis, quibus adhibetur generalis Cancellarius, nec non nomine unius cujuſque Principis duo Doctores. Hi omnes cauſas deliberant tam belli quam pacis tempore, & in utroque Ducatu jus pronunciant. Quorum conventus ſingulis annis bis inſtitui debet. In arduis negotijs nihil a Rege Daniæ & Duce Holſatiæ, certi concluditur, niſi præcedente conſenſu omnium Senatorum, inter quos primarium locum obtinent Epiſcopus Lubecenſis & Sleſvicenſis.

*Ducatus Sleſvicenſis Vnde dicatur. Imperium Majorum.*

*Opida.*

*Senatores.*

## HOLSATIA DVCATVS.

HOLSATIAM, vulgo *Holſtein*, a ſylvarum ſaltuumque frequentia, quibus commune cum lignis nomen in lingua indigena eſt (nam & ſylvam & lignum promiſcue *Holt* Cimbri ac Germani inferiores dicunt) nomen optinere arbitrantur. *Holſatoſque* dici velut ſylvarum Incolas. Eſt enim regio ſylvis ſaltibuſque frequentiſſima. Nec deſunt qui a Cavo lapide etymon vocis advocent, quod Duces Holſatiæ, Comites a Cavo lapide prius dicti ſint. Terminos habet ab Ortu Bilenam fluvium, ab Occaſu Storam, ab Auſtro Albim: a Septemtrione vero Eideram. Regio ipſa nemeroſa ac ſaltibus occupata, unde lignorũ affatim, ut plus illis lignorum pereat, quam Friſijs ſuppetere poſſit, cum nihilominus focos largiſſime inſtruant ipſi. Verum cum ſylvarum apud eos finis non ſit. Quercus tamen vix gignit robuſtas, ſed Fagis plena omnia, quarum fructu Porci ſaginantur, majori quam dici queat numero. Ager plerumque ſingulis triennijs, mutatis vicibus, piſcationem uberem, ac Frugum divitem præbet meſſem. Tribus enim annis colitur, feritur metiturque arvum, tribus deinde annis ſtagna admittuntur, ut piſces depaſcantur gramina ac pinguis quædam adducatur maceries, agrum fertilem reddens. Vineta non fert, nec Oliveta hic locus. Ferarum frequens eſt venatio; Equorumque magnum hæc regio producit numerum. Paruit autem ab eo tempore, quo Chriſtiana Religio in has terras invecta eſt, Holſatia primum *Carolo Magno*, & Filio ipſius *Ludovico Pio*, qui Archiepiſcopum Holſatiæ cæterarumque gentium Septemtrionalium Hamburgi inſtituit S. Anſgarium, cum reliquæ regionis Nord-Albingorum vicinæ uſum fructum veteres Domini, ab Albione Wittikindi magni patruele, hæreditate acceptum haberent, uſque ad Ottonem I Imperatorem qui *Hermanno Billingo* antiqua virtute & fide nobili, cujus induſtriam & magnanimitatem in togata adminiſtratione & bellica perſpexerat, Duci Saxoniæ a ſe creato, Nordalbin-

*Holſatia. Vnde dicta.*

*Situs. Soli qualitas. Animalium varietas.*

*Imperium Majorum.*

# MARE BALTHICVM

Miliaria Germanica Communia

1 2 3 4

Septentrio

Meridies

Occidens

Oriens

WEST

STE

Oceanus Germanicus

OOST

STE

De Belt

Femeren, Fimbria

Landkerk

Borch

Stabuy

De Strant fresen

Slesv:

Swantzen

Swantzen

Dennen wick

Crop

Gruppenhetde

Stap

Stapelholm

Eyder fl.

DITMA

RSIA

HOL SATIA

STORMA RIA

KET

DINGER landt

Lange Lake

Mor

Das Olde Stade Landt

Lind forder heide

Dat Vy

Wonken brock

Herxheide

Segeberger heide

WAG RIA

Oldenborch

SAXONIÆ INFERIORIS PARS

HOLSATIA ducatus

Per Gerardum Mercatorem Cum priuilegio

Hamborch

Lubeck

Stockum

Hornborg

Himelport

Bremer Furde

Depenbrugge

Ritzenbutel

Oldekloster

Westenbutel

Hadlerort

Westerhude

Olderhude

Padingbutel

Dornhem

Holtzel

Cappel

Nieu Wolde

Midlum

Spyck

Moen

Nyewlerck

Ritzerow

Stuppendorp

Warkow

Tusenlabek

Schlamlorberg

Schatzhagen

Genening

Rentzon

Lemkule

Schoneweide

Oldenborg

Olden: borch

Clampe

Lensan

Cofelau

Grube

Cifmar

Niendorp

Varne

Satieritz

Nienkerk

Gartz

Coxfdorp

Putlose

Toms

Grotenbro

Landkerk

Hilghauen

Peterstorp

Stabuy

Femeren, Fimbria

De Belt

Hagen

Smol

Schreuenborn

Gikow

Salsow

Veuerstorp

Nielus

Nandorp

Wanders

Lubeck

Traue fl.

Stucop

Tramundee

Prestatie

Daskow

Ratkou

Curou

Coldenhaue

Dimkerstorp

Glasou

Saxtorp

Gronneberg

Vischentorp

Armsbeke

Frauenhorst

Gassou

Sedorf

Roleftorp

Garbeke

Wittenborn

Segeberg

Weel

Stenbeke

Mughfelt

Katzkroch

Dredo

Letzyng

Struckdorp

Wulfsfelt

Eckhorst

Monkshagen

Hinstorp

Serp

Crumese

Tomshagen

Goldenow

Nyendorp

Ruffel

Oldeslo

Reinefelt

Tralou

Gonf

Nutschou

Sulueldt

Redwisch

Frosenborch

Holtenklinke

Berchstede

Berchtoheide

Tromselbuttel

Hanfelt

Kotei

Nieste

Stockesdorp

Ratlefstorp

Witzhagen

Langenhorn

Tritton

Cudden worde

Glinde

Reinebeck

Bergerdorp

Oldesam

Winsen

Niegam

Gyllake

Kerckwerder

Tellenspiker

Bil

Blackendick

Harborg

Gerges werder

Hilderackel

Stellhye

Krantz

Esis flu.

Albis flu.

Laffert inde

Stockum

Ytzehoe

Oesou

Barbeke

Kellinghusen

Asse

Beke

Ritterserch

Bosted

Boleme

Silrou

Brunsstede

Wittenborn

Roleftorp

Sedorf

Garbeke

Frauenhorst

Gassou

Armsbeke

Vischentorp

Saxtorp

Gronneberg

Glasou

Dimkerstorp

Coldenhaue

Ratkou

Curou

Prouestorp

Stokelstorp

Wulfsfelt

Eckhorst

Tramundee

Prestatie

Daskow

Lubeck

Traue fl.

Stucop

Slamerstorp

Hornstorp

Wenssen

Gumebek

Asse

Bosted

Restorp

Segeberg

Weel

Dredo

Katzkroch

Stenbeke

Mughfelt

Letzyng

Struckdorp

Monkshagen

Hinstorp

Serp

Crumese

Tomshagen

Goldenow

Nyendorp

Ruffel

Oldeslo

Reinefelt

Tralou

Gonf

Nutschou

Sulueldt

Redwisch

Frosenborch

Holtenklinke

Oldenborn

giam quo regendam attribuit: cujus posteris cum cl annos eam possedissent, extinctis, Henricus v Imperator *Lotharío Saxoni* recens sibi reconciliato, eam contulit, qui Adolphum Comitem Schawenburgensem Holsatiæ Gubernatorem constituit. Cum vero *Adolphus* Dux Slesvicensis postremus, liberis carens, post Christophorum Daniæ Regem, a Senatu Regni vocatus, & ætatis excusatione usus, sororis suæ Filium Christiernum Comitem Aldeburgensem, Heroica animi & corporis majestate ornatum, ad Regni Danici coronam sua commendatione evexisset: sæpe cum Nobilitate & cæteris Holsatiæ Ordinibus egit, ut se vivo, Christiernum, ad quem Ducatus Slesvicensis veluti ad dominum feudi alioquin perventurus erat, Holsatiæ etiam Dominum reciperent: idque se facturos esse, literis solennibus se vivo testificarentur. Post varias autem disceptationes Rex Christiernus hunc Ducatum adeptus est. *Holsatia* divisa est in partes quatuor, in *Dithmarsiam*, *Holsatiam*, *Stormariam* & *Wagriam*. Hæ fuerunt olim Comitatus & postea a Friderico Imperatore tertio, Christierno primo id petente, erecti sunt in Ducatum, qui jam Sacro Romano Imperio xl equites ac lxxx pedites alere tenetur. In Holsatia urbes hæ, *Segeberga* in Wagria Holsatiæ regione, quarto a Lubeca milliari. *Itzohoa* situ locique natura navigationeque præstans Opidum. *Stora* cingitur piscoso & navigabili flumine, quod in intima Holsatia ortum, aliquot Opida & nobilem illam Ranzovianam domum Bredenbergam alluit, posteaque se in Albim exonerat. *Chilonium* vulgo *Kile* vetus est Opidum, Portumque habet capacem, in quem ex Germania, Livonia, Dania & Suecia magno Holsatiorum quæstu merces deferuntur. Sunt in eodem Holsatiæ tractu *Crempa* & *Reinholdsburgum*; illi nomen est a fluvio præterlabente, huic a conditore. Sunt & *Meldorpia*, *Heininckste* & *Tellinckste* in Ditmarsia, & Stormariæ Metropolis *Hamburgum* Emporium nobile ad Albim, quod post multas calamitates bellicas a Carolo magno restauratum est, & tempore Henrici iv Imperatoris muris cingi, portisque turribus & turribus duodecim ornari cœpit. In hac urbe vixit sepultusque est Albertus Crantzius, Historicus neque indisertus, neque mendax. Paludibus frequens regio, imprimis vero Ditmarsia, quæ paludum beneficio innixa semper obsequium Daniæ Regum respuit, superioribus annis jugum admittere coacta. Rari ac pene nulli hic Montes conspiciuntur. Fluviorum qui hanc regionem irrigant, nominatissimus est *Egidora* vel *Eidera*, sunt & alij, quorum plerique rivuli potius quam justi fluvij dicendi. Cæterum mare Balthicum, qua parte Holsatiam & Slesvicum Ducatus alluit certos habet & jucundos sinus, Isthmos Græci nuncupant, in quos magno accolarum commodo erumpit, & tutos negotiatoribus navibusque marinis fluctibus defatigatis præbet recessus. Piscatum etiam uberem & maxime Salmonum alicubi submINistrat. Regio plana est, quæ raris extollitur montibus, & quem inter duos præcipuum exhibet is minime rarus, situ est perjucundo, & belli togæque ornamentis quibus a nobilissimo viro Henrico Rantzovio decoratur, admodum celebris, inter Lubecam & Hamburgum urbes nobiles. Arcem tam antiquitate, quam primo conditore illustrem sibi impositam, ad radices Opidum adjunctum habet. Sylvæ hic frequentes quibus pene tota implicata ac referta imprimis Dithmarsia. In his *Borcholt*, *Burgholt*, *Alverdorpenholt*, *Resenwalde* ac complures aliæ. Habuerunt autem Holsati xlviii viros totius terræ Præsides, ad hos ex singulis parochijs appellatio devolvebatur. Hi judicium exercebant. Subactis autem illis cum jam divisi sint in duas partes, in singulis præcipui eliguntur ex Incolis ejus terræ viri xii una cum Præfecto, qui plerumque est Doctor sive Licentiatus juris. Hi omnes honesta habent salaria a Principibus, additurque illis scriba, nec non inspector sive Præses ex nobilitate Holsatica. Horum alter ex parte Regia plerumque est Præfectus Steinburgensis, alter vero ex parte Ducis Adolphi, est Præfectus Gottorpiensis. Hi nunc Iudicio præsunt in singulis partibus, omnesque discutiunt causas. Subditis tamen libera conceditur appellatio ad Principes & Senatores utriusque Ducatus, tam Slesvicensis quam Holsatensis. Habuerunt antea jus scriptum, quod paullulum jam mutatum est, & secundum jus commune reformatum, compilatumque ab Henrico Rantzovio Vicario Regio, Sigefrido Rantzovio, Domino quondam in Nienhus, D. Adamo Trazigero & D. Erasmo Kirslemio, secundum quod jus omnes causæ deciduntur, & pœnæ delictorum irrogantur. Nulla præstant servitia Principibus, sed de singulis terræ paludosæ jugeribus tenentur solvere florenum; de jugeribus autem terræ arenosæ dimidiam partem sementi dependunt.

*Vrbes.*

*Lacus.*

*Flumina.*

*Maris cõmoditas.*

*Montes*

*Sylvæ.*

*Senatores:*

*Leges & instituta.*

Holsatia habet quatuor ordines, Nobilium, Ecclesiasticorum, Civium, & Rusticorum, quorum duo sunt genera. Aliqui enim possident bona propria, hæreditaria ac libera. Alij vero bona conductitia censui alijsque exactionibus & servitijs obnoxia. Nobiles habent arces ac prædia sua cum pleno dominio majore ac minore, cum venationibus, piscationibus & aucupijs, quæ maxima ex parte sunt allodialia & hereditaria. Nonnulla sunt feudalia tam masculina quam fœminina. Holsatorum privilegijs cautum est, ne novis exactionibus aut vectigalibus a Principibus graventur, prout etiam Principibus non integrum est bella suscipere non interveniente consensu Ordinis equestris. Hęc privilegia Principes confirmare tenentur, antequam illis a subditis juramentum fidelitatis prestetur. Familias non habet ultra xxiv, quarum nomina in Holsatica chorographia recensentur, ex qua excerpi possunt, sed in singulis multi ex eadem stirpe progeniti existunt, ut Rantzoviorum fere hoc tempore sunt centum, & quinquaginta castra ac varias possessiones obtinent. Inveniuntur etiam Alesseldiorum & Powischiorum fere totidem. Habet Holsatia Episcopatum unum, videlicet *Lubecensem*. Hamburgensis enim Episcopatus Bremensi subjectus est. Capitula tria, *Lubecense*, *Hamburgense*, & *Outinense*. Abbatias tres, videlicet *Reinfeldensem*, *Bordesholmensem*, & *Scismariensem* Monasteria decem inter quę tria sunt nobilium monialium magnique proventus, quę adhuc florent: Cętere fere in Scholas ac Xenodochia sunt conversa.

*Familiæ nobiliores.*

Nobilium lites dijudicantur a Senatu Ducatuum judicio, prędidentibus plerumque Principibus, ut privilegijs ipsorum cautum est. Ab ordine Senatorio interposita idonea cautione appellare licet ad Cameram Imperialem. Cives gaudent propijs privilegijs ac utuntur Iure Romano sive etiam Lubecensi. Mulctę inter Principes ac Civitates plerumque dividuntur. Molendina spectant ad Principes. Subditi a sententijs quas Senatus civitatum tulit, appellare possunt ad quatuor Civitates iudicio peculiari exercendo destinatas. Ab his permittitur ipsis appellatio ad Principes & Senatores Holsatiæ, ac ulterius etiam ad judicium Cameræ Imperialis, ita tamen ut cautio idonea præcedat. Rusticorum causæ ventilantur per eorum causidicos sub dio in patentibus campis. Adsuntque ejusdem loci viri nobiles una cum præfectis ac duobus accessoribus, veluti testibus. Ibi in medium prodeunt, qui contra alios litem se habere existimant, auditisque & cognitis partis utriusque actionibus defensionibusque, conventus universus rusticorum e consilio exire jubetur. Expensis ibi diligenter cõtroversijs in consessum redeunt, vocatisq; litigatoribus de jure pronuntiant. Si quis stare judicio non voluerit, ad duodecim constitutos judices, vel ad aliquot parœcias, & ab his etiã ad Senatores ejus Principis cui Rustici sunt subjecti provocare licet. Ab his etiam appellatio ad cõmune forum Holsaticũ cui principes stipati consessu Senatorũ præsunt, & deinceps ad Cameram libera conceditur, modo litis gravitas excedat summam 10 florenorum Rhenensium, vigore privilegij ab Imperatore Ferdinando Principibus Holsatiæ dato.

# DANIAE IIII TABVLA.

*Fioniam cum circumjacentibus Inſulis continens.*

HÆc pro Methodi ratione de Ducatu Sleſvicenſi & Holſatia ſint ſatis, ſuccedit *Fionia* cum Inſulis circumjacentibus. *Fionia*, vulgo *Fuynen* primum locum inter cæteras in ſinu Codano inſulas a Zelandia tenet. Nomen habet a pulchritudine. Eſt enim tam formæ quam ſitus amœnitate conſpicua. Tam modico autem interfluente Freto *Middelfar Sund* dicto, a Continente Daniæ avulſa eſt; ut cohæſiſſe videatur. Hęc ſicut ab Occaſu Iutiam, ita ab Ortu Zelandiam proſpectat, ac medium Daniæ locum obtinere putatur; ab extimæ remotionis limite pari ſpatiorum intercapedine diſparata. Habet in longitudine milliaria duodecim & in latitudine quatuor. Terra (ut mare piſcoſiſſimum taceam) eſt uberi gleba & colono admodum grata. Copioſa enim Frumentorum proventu ita abundat, ut ad remotiſſimas regiones, ea quotannis paſſim emittat, præſertim Siliginem & Hordeum. Ac cum ager iſte multis dotibus, & cerealibus bonis adeo ſit fœcundus, numquam tamen ſtercoratur; Vnde ante civitates multum fœtoris eſſe ob abjectos pecorum fimos, qui ibi nulli uſui ſunt, ſcribit Munſterus. Tot etiam Regio hæc Boum armentis abundat, tam fœcunda Vaccarum atque Equorum mater ac nutrix eſt, ut numeroſos Boum & Equorũ greges Germanis annuatim ſuppeditet. Nec deſunt, ob multas per totam Inſulam Silvas, Cervorum, Capreolorum. Leporum atque Vulpium venationes. In ejus quaſi meditullio Metropolis eſt *Ottonia* vel *Ottonium* vulgo *Ottenſehe* Vrbs Epiſcopalis ab Ottone primo multorum teſtimonijs ædificata, circa ea tempora, quando Heraldum Regem ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam impuliſſet. Vrbs hæc Emporium eſt Inſulæ non vulgare, in quo circa feſtum Epiphaniæ Inſulanorum ac præcipue nobilium frequens conventus, ſicut Kilonij in Holſatia, celebrari ſolet. Diſcreta eſt autem Fionia in Præfecturas viginti quatuor, Civitates ſexdecim, & arces Regias ſex. Reliquæ autem civitates circum Ottoniam veluti Centrum æquali prope diſtantia, in Maris littore ita ſunt conditæ, ut Portuum ſituſque oportunitate, negotiationes ſuas, non ſolum in mari Balthico, verumetiam per Sueciam, Norwegiam, Ruſſiam, Belgium, atque Germaniam longe lateque exercere ſoleant. Inter eas ſunt *Niburch*, *Sienburch*, *Faborch*, *Aſſens*, *Bogens*, *Middelfart*, *Kettemynde*. Arces Regiæ pæcipuæ *Neuburgum*, *Hagenſchow*, *Hinſgagel*, *Eſcheburg*, & curia *Rugardt*, Pagi hic complures, & Nobilium prædia non pauca. Eſt enim hæc Inſula ob Cæli amœnitatem, & jugera fructuoſa, Nobilibus viris gratiſſima. Mare incredibilem piſcium fœturam & copiam ſubminiſtrat: ac Sinus omnis tanta piſcium frequentia repleri conſuevit, ut interdum impacta navigia vix remigij conamen eripiat; nec jam præda artis inſtrumento, ſed ſimplici manus officio capiatur. Qui littora inhabitant, præter agriculturam, piſcationibus etiam incumbunt, unde non contemnenda rei domeſticæ compendia ſibi comparant. Sunt etiam quædam in hac Inſula loca, bellicis prælijs noſtra memoria nobilitata. Eſt enim Mons quidam *Ochenherch* non procul ab arce Hagenſchow, in quo Regis Chriſtiani tertij auſpicio Ioannes Rantzovius Eques Auratus Dux belli, ingenti prælio devicit Chriſtophorum Comitem Oldenburgenſem, Anno Chriſti CIↃ IↃ XXXV, die XI Iunij, quo in conflictu duo Comites, alter Hagenſis, alter Tecklenburgnſis interempti ſunt quorum cadavera poſtea loco pugnæ effoſſa, Ortonium delata, & in templo Canuti ſunt ſepulta. Circa idem etiam tempus in monte *Fauſcheburgh*, qui I milliaris intervallo diſſidet ab Opido Aſcens, aliquot ruſticorum millia cæſa ſunt atque profligata, Multis præterea Silvis ornatur hæc regio in quibus Ferarum magna copia. In urbe Ottonia duo ſunt Templa inſignia, unum Canuto, alterum Franciſco conſecratum. In hoc Ioannes Rex anno Chriſti CIↃ IↃ XIII, & Filius eius Chriſtiernus, cum in exilio & captivitate annos XXXVII conſumpſiſſent, anno CIↃ IↃ LIX ſepulti ſunt: circa illud forum eſt valde amplum & ſpacioſum, in quo Rex Daniæ cum Ducibus Holſatiæ & Sleſvici antiquum fœdus anno CIↃ IↃ LXXX renovavit. Ferunt etiam Ottonij matrem Regis Chriſtiani ſecundi, mirabile & artificioſiſſimum opus, ingenioſa ſculptura in ligno formatum ſuper altare quoddam apud Minoritas collocaſſe, cujus ſimile in Europa non invenitur. Atque hæc de Fionia nunc ad Inſulas tranſeamus. Sub Fionia continentur Inſulæ nonaginta ad Meridiem ſitæ, pleræque habitabiles, quarum illuſtriores contra Vandalicas civitates objectæ hæ ſunt: *Langelandia*, *Lawlandia*, *Falſtria*, *Arra Alſa*, *Toſinga*, *Aroc*. *Langelandia* vulgo *Langeland*, milliaria ſeptem Germanica in longitudine habet. In hac Opidum eſt *Rudkepinga* dictum & *Tranekæra* arx Regia, ſuntque in ea complures pagi, parœciæ & procerum ædes. Sinus Maris Balthici prope hanc Inſulam proprie *Belts* dicitur, ut ex Tabula patet. Ex quo veriſimile eſt, eumdem a Plinio lib. IV. cap. XIII *Lagnum* Sinum dici, quem conterminum Cimbris tradit. *Lawlandia* freto *Groneſund* a Zelandia & exiguo maris trajectu a Falſtria ſeparata. Hæc Frumenti, & Avellanarum nucum eſt adeo ferax, ut naves eis onuſtæ plures in provincias deferantur. Opida habet quinque, quæ ſunt *Niſtadt*, *Naſco*, *Togrop*, *Rothus*, & *Maribus*, præterea arces aliquot Regias, procerum ædes, parœcias, & pagos multos. *Falſtria*, longa eſt quatuor milliaria Germanica, ac civitates habet *Stubecopen*, & *Nicopen*, quæ Daniæ Neapolis ob amœnitatem, ac præſtantiam dicitur. Ex hac Inſula juxta Regis prædium, frequens in Germaniam trajectus, qui ſeptem eſt milliarium ad Warnemundam. Plurimum Frumenti annuo proventu vicinis locis ſuppeditat. *Aria* ſeſquimilliari ab Elyſia diſtans, ſilvis conveſtita, ac proinde gratos venatoribus præbet receſſus, tres habet parochias, & aliquot nobilium curias, cum Opido & arce *Koping*. Cum Eliſia. ad Ducatum Sleſvicenſem ſpectat. Ducique Ioanni paret. *Eliſia ſive Alſa* vulgo *Alſen* mediocris magnitudinis Inſula, nam quatuor milliaria in longitudinem, duo in latitudinem patens, non magno intervallo a Ducatu Sleſvicenſi ſeparata, marinum receſſum, ac Sinum Flenburgenſem *die Flenzburger Wick*, reſpiciens, a primis Anglorum ſedibus eodem ſinu diſterminatur. Monet nos Ranzovianum Muſæum, Romanos, inſulares hoſce *Eliſios* nuncupaſſe. Quemadmodum & eos, qui proximam colunt Inſulam *Arios*. Quam eandem hoc tempore appellationem retinent. Ptolemæus perhibet, *Anglos* antiquiſſimos eſſe terrarum Septemtrionis, ad Oceanum Incolas. Quibus Tacitus conjungit *Eliſios*, *Arios* & *Monimos*. Quorum jam quoque nomina, ijs locis in uſu ſunt, *Alſen Arr*,

*Fionia:*

*Vnde dicta*

*Situs.*

*Soli fertilitas.*

*Animaliũ varietas.*

*Vrbes.*

*Maris Cõmoditas*

*Montes.*

*Sylvæ.*

*Opera publica.*

*Langelandia.*

*Lawlandia*

*Soli fertilitas.*

*Opida.*

*Falſtria.*

*Opida.*

*Eliſia.*

*Situs.*



*Moen.*


Sep 32 entrio
Meri 32 dies
Occi dens
Orie ens
JVTIA
ALTE
PARS
MARE
BALTICVM
ZELAN DIAE
PARS
De Belt
Miliaria Germanica Communia
Per Gerardum Mercatorem Cum priuilegio
FIONIA
ALSEN
LANGE LAND
Arr
Seldorp
Wolersfrant
Endelo
Arnis
Coropgard
Grindeclos
Glinte
Osteregens
Corop
Nesgauel
Steke
Enigar
Herop
Bowens
Sanagger
Vrslöe
Herslee
Semby
Osterpgard
Schouby
Orgard
Golbirg
Ostorp
Kerfgard
Sunderlee
Welby
Elwich
Serslö
Daulund
Gelsteek
Kolding
Middelfar
Asperop
Taurshyl
Alleso
Lundby
Hinfgagel
Caustuna
Branderop
Klein Fenno
Rugard
Langelee
Ottonia
Odenlee
Bert
Inslö
Porop
Rorslo
Harndorp
Troftorp
Aasen
Gambergh
Sangarum
Bremby
Hugerop
Westorp
Vby
Wiby
Belling
Dalmkloster
Helis
Brulle
Tens
Wering
Broby
Fenscheu
Temerop
Kincke
Fesste
Osloe
Kinckfee
Fangö
Ballo
Tandorp
Fauscheberch
Sellested
Lemlos
Seby
Craroe
Barlos
Husby
Gangloud
Olofscheu
Boke
Fordschou
Fuersius
Hanlborch
Sanagger
Alor
Sunderby
Haderfleue
Weel
Ascens
Kerndorp
Flemlös
Hoster
Seby
Basthol
Wandeling
Osby
Forlös
Hagenschou
Ostorpgard
De Vere
Wilstorp
Aggernis
Glesmos
Sanholt
Hopdorp
Hellenis
Harby
Hwedholm
Hum
Knel
Norderborch
Helitzgard
Emelgard
Nutmereck
Lusappel
Braba
Aken
Kenis
Melit
Kenting
Torp
Torpgard
Gammelgard
Ousbyl
Tanfgart
Forbeck
Taustleff
Ronshof
Monckgard
Sunderboreh
Olckbyl
Apenrade
Romlo
Willy
Esbelurg
Huering
Salrishouet
Lundhouet
Brolucke
Rosinghouet
Lundgard
Mesing
Kartemunde
Rorbeck
Jersdorp
Driftorp
Vrop
Munkenbo
Scheuwesbo
Colstorp
Bowens houet
Bolderop
Schenderop
Bowens
Marslö
Bircke
Vbeslo
Anesslof
Lincwit
Weerpgarde
Winningen
Jully
Nyborg
Knutzhouet
Frandee
Eulderop
Shipshauen
Degerhouet
Sproe
Hadeschow
Kallenborch
Kerfeer
Skelskeer
Wrefen
Brangstorp
Erbeck
Cofsildagard
Frorop
Lungs
Lunctby
Tangart
Lungard
Regin
Ofendorp
Runkeby
Glorp
Lango
Loroe
Heslager
Tyrenberch
Scarop
Gudmo
Smerstack
Oms
Jagerg
Kirckby
Wegstorp
Aar
Twed
Broholm
Meslorp
Rantzouholm
Flintholm
Witkel
Seby
Swinborch
Vlderop
Seaning
Schering
Foborg
Aastorp
Ostregegens
Egens
Nackeby
Rotkel
Vlthyl
Tufsing
Kettorp
Bregning
Lands Berby
Scharo
Swelming
Lyo
Arnac
Corshauen
Ferdo
Strynokerck
Dryo
Birckholm
Hunko
Bregning
Keping
Rafs
Tandorp
Schreslof
Ho
Kragacker
Stoens
Bostorp
Sneden
Traneker
Faruel
Rudkoping
Tellbyl
Lindelse
Fullbyl
Schofgard
Schosso
Humlud
Foleth
Magelby
Krugageloß
Goltstaf
Rasnis
Fekhelin

# DANIAE IIII TABVLA

*Moen*. Opidum in Alſen, ſive Eliſia eſt *Sunderburgum*, & ejuſdem nominis Caſtrum, cum alijs *Norborch*, *Oſterholm*, *Die Holle*: *Gammelgardt*. Parochias habet populoſas decem, & tres, unde aliquot armatorum millia ſubito dare poteſt. Saltuoſa eſt, quare Cervorum & varij generis Ferarum venationem præbet. Quemadmodum & marinos, dul-

*Sylvæ.*

ciumque aquarum Piſces, atque Siliginem. Et quia paſſim compaſcua, rei pecuariæ fovendæ idonea. *Taſſinga* ſive

*Taſſinga.*

*Toſinga*, inter multas alias Inſulas, prope Opidum Fioniæ *Swineburgum*, præcipua, milliare in longitudine habens,

*Situs.*

in qua præter aliquot parochias, curia eſt *Kettorp*, ad Roſenkranſios, & Ranzovios ſpectans. Ex hac Inſula, ab Opi-

*Mare*

do Aſcens, in Iutiam duo ſunt milliaria, ex Niburgo in Zelandiam quatuor milliarium per Mare Balthicum trajectus, alioqui admodum periculoſus, præſertim Mari procellis exagitato. Nam cum Orientalis pelagi unda, ex tot fluminibus jugiter illabentibus aucta inter tam multas Inſulas exitum quærens, inmodum torrentis velociſſimo curſu protrudatur, facile contingit, ut ventis a diverſa parte obluctantibus, fluctus in immenſum attollatur: Nautæque undarum ambiguis vorticibus, periculoſe implicentur, unde multi in hoc trajectu abſorpti feruntur. Anno CIↃ CLXX. Epiſcopus Sleſvicenſis, in trajectu hujus Freti cum magno ſuorum familiarium numero perijt, qui longo tempore poſt repertus, in Monaſterio Furenſi in Zelandia ſepultus eſt. Anno CIↃ IↃ XIII Sereniſſimus Daniæ Rex Ioannes, vix menſem ante obitum, profecturus in Iutiam, incolis jus dicendi, & controverſias dirimendi cauſa, cum Balthicum Mare trajiceret, tempeſtate ſubita exorta, cum Regia navis varie luctantibus inter ſe ventis, atque fluctibus quaſſata eſſet, in tanto fuit diſcrimine, ut cum ad Opidum Niburgum appuliſſet, aſcendiſſetque de navi in pontem, converſus ad Mare, veluti mortem ſuam præſagiens, dixerit: Vale Balthicum, vale eam in nos hodie ſævitiam exercuiſti, ut per te tranſitum nobis patere poſthac te nolle oſtenderis. Ac tametſi omnes naves commodiſſime, inter Scaniam, Zelandiamque per fretum *Den Sund*, navigare ſoleant, tamen frequenter accidit, ut navigia minora, quibus minus periculi eſt, ab Inſulis ac locis vadoſis ex Holſatia, Lubeca, alijſque vicinis Regionibus ſolventes, per hoc Balthicum Mare navigationes ſuas inſtituant. Ita tamen ut in Opido Niburgo, conſueta vectigalia, ſolvere cogantur. Sed quoniam hic & ſupra ſæpius Maris Balthici mentionem feci, non poſſum præterire hoc loco, rem quam in documentis quæ ætati noſtræ potuerunt eſſe cognita lego, in extrema Scandinavia, qua Mare Balthicum, ſive Codanus Sinus finitur, apud Ellebogium Opidum Hafniæ Regni Danici metropoli è regione oppoſitum, Monſtrum æquoreum Monachi formam exprimens ad unguem glabro capite, ruſticana facie involucro humerario cuculli ſpeciem adumbrante, in littus illud immanis procellæ vi expulſum fuiſſe, mutum, ſermonis uſu defectum, ut cætera marina omnia, lamentis tantum ac ſuſpirijs altioribus perſtrepuiſſe, nec ultra triduum vitam extraxiſſe; cujus ſimulachrum expreſſum ad Carolum V Imperatorem tunc in Hiſpanijs agentem, a Rege Danico miſſum, manuque viri nobilis exhibitum conſtat. Simile exemplum apud Camdenum legimus: Hominem ſylveſtrem a piſcatoribus inter retia comprehenſum, qui ſpeciem humanam omnibus membris prætendebat, capillos habebat & barbam prolixam. Hæc & ſimilia exempla confirmant, verum eſſe, quod vulgus dicit; Quicquid naſcatur in parte naturæ ulla, & in mari eſſe: & non omnino commentitium, quod de Tritone Concham inflante, deque Homine marino ex Legatorum (quos ob id ſolum Olyſipponēſes ad Tiberium Principem miſerant, & ex equeſtris ordinis virorum illuſtri fide refert Plinius. Conſtat item non omnino fictum & commentitium eſſe, aut in poëtica corte natum ſermonem de Nereidibus: quarum non exiguum numerum apparuiſſe olim in Gallico littore D. Auguſto Legatus illius perſcripſerat. Eam certe de Nereidibus opinionem haud falſam fuiſſe teſtatur idem ſcriptor, corpus univerſum ſquamis hiſpidum etiam qua humanam ſpeciem referunt, illis tribuens, quarum in morte triſtem gannitum, ſive ut manuſcriptus codex habet, cantum ab accolis longe auditum commemorat. Quid quod apud pagum Brilæ finitimum, cui *Swartewale* nomen eſt, viſatur hujuſmodi æquorei Monſtri ſceletos in æde media ſuſpenſa? Sed Hæc hactenus, ad Inſulas

*Aroe.*

redeo. *Aroe*, in aditu Sleſvicenſis Ducatus ſita, ubi in Fioniam per Arſenſem, ſive Ottenſem ſinum, ad Opidum Aſcens, trajicitur. Quatuor eſt diſtinctis habitata pagis. Sunt & Inſulæ *Romſo*, *Endelo*, *Ebelo*, *Fenno*, *Broko*, *Brando*, *Toroe*, *Aggernis*, *Hellenis*, *Iordo Birckholm*, &c. Hæc de Fionia Inſuliſque circumjacentibus dicta ſufficient. Quibus hoc loco potius quam nuſquam deſcriptionem Inſulæ *Huenæ* in celebri Porthmo Regni Daniæ quem vulgo *Oerſund* vocant, ſitæ, Coronidis quaſi loco libet adjicere: in qua Arx *Vraniburgum* dicta, quamplurimis, varia exactaque ratione, elaboratis Machinis Aſtronomicis referta. Hujus Inſulæ medium ubi Arx ipſa conſiſtit, elevationem Poli

*Huena.*

*Situs.*

quinquaginta quinque, LIV cum dimidio graduum obtinet, & ab Occaſu removetur partibus XXXVII fere. Habet autem in circuitu 8160 paſſus majores, quorum quilibet V pedum aſſumitur, unde duo quaſi milliaria Germanica mediocria in ambitu adæquat. Quæ, cum in celeberrimo totius Regni Freto, per quod quam plurimæ naves ab Orientali in Occidentale mare, & vice verſa jucundo proſpectu tranſeunt, conſtituatur, quædam etiam hujus Regni præcipua Opida in propinquo circuitu proſpicit. In Zelandia Hafniam verſus Libonotum tribus milliaribus diſtantem. Helſingoram, ubi naves prætereuntes ſolvunt vectigalia, & Arcem Croneburgum verſus, Circium duobus milliaribus. Totidem etiam Helſinburgum in Septemtrionem, idque in Scaniæ littore diſtat, in quo etiam Landiskronia, unico ſaltem milliari diſſita. Verſus Eurum patet Lunda, quæ licet maritima nō ſit, tamen, hinc ſpectatur verſus Meſeurum diſtantia IV milliarium. Malmogia vero Vpophænicem reſpicit, remota milliaribus quinis. Has civitates Inſula in circuitu videt, & viciſſim ab his cum ſit admodum alta proſpectatur. Licet vero non admodum magna ſit,

*Soli fertilitas.*

nulla tamen ejus pars ocioſa & ſterilis exiſtit, eſtque ferax Frugum, & Iumentis abundat, alit Damas, Lepores, Cuni-

*Animaliū varietas.*

culos, & Perdices magna copia, ac piſcaturæ apprime oportuna eſt. Silvulam habet ex Corylis, ubi nulla Nucum vermiculis unquam infecta viſa eſt, ut neque Glires hæc terra patitur. Olim quatuor arcibus inſignis erat, cum Huenellæ gigantiſſæ (ex qua hæc Inſula nomen accepiſſe creditur) poſteri inter quos Hugo & Grunhilda apud Germanos in Athletarum hiſtoria celebres, memorantur, illam inhabitarent. Nomina arcium adhuc recenſentur: *Synderburga*, quæ verſus meridionale littus ſita erat, quemadmodum *Nordburga* oppoſitas partes circa Boream obtinebat. *Kerhecidia* vero Ortum hyemalem, veluti *Hamera* æſtivum reſpiciebat. Harum quatuor Arcium fundamenta adhuc conſpiciuntur, ſed rudera nulla ſunt reſidua. Licet vero Inſula hæc admodum alte inter marinam ſalſedinem exſurgat, rivulos tamen & fontes aquæ dulcis, nō paucos habet. Eſtque inter alios fons, qui nulla unquam hiberni frigoris vehementia congelatur, quod alias in his Regionibus eſt rariſſimum. Cæterum hæc Inſula Nobiliſſimi Viri Tychonis Brahe Domini de Knudsdrup Aſtrologicis omniumque liberalium diſciplinarum ſtudijs & Vraniburgo Arce ab eo Sereniſſimi Regis Daniæ Friderici II decreto, Aſtronomiæ inſtaurandæ gratia ædificata, valde famoſa.

# BORVSSIA.

## SIVE

# PRVSSIA.

BORVSSIAM ultimæ Germaniæ oram a Boruſſis populis nomen obtinere, Eraſmus Stella author eſt. Hi teſte Ptolemæo ad Riphæos montes, ubi in Septemtrionem fuſius excurrunt, nec longe qua Tanais ex eis erumpit, conſederunt: & ſedium ſuarum perteſi valida manu, ſe in hæc loca effudere, & a ſuo nomine Boruſſiam totam regionem dixere, quæ nunc una litera extrita, & altera mollius expreſſa *Pruſſia* dicitur, vulgo *Pruiſſen*. Rei fidem facit, quod etiamnum populi ad Riphæos habitantes eodem parique ſermone quo hi utuntur. Gordianus Gothus tradit Hulmigerios Germanos eam tenuiſſe, atque ab ijs dictam *Hulmigeriam*, cujus nominis reliquiæ ſunt in *Culmigeria*. Boruſſia a Viſtula amne, quem ad Occidentem terminum habet, incipiens, ſinumque Maris Balthici qui Septemtrionale ejus latus ambit, percurrens, ad Ortum *Alanos* habet, ad meridiem *Hamaxobios*. Aëre fruitur amœno ſed frigidiore, Regio omnis eſt fœcundiſſima, & finitimis provincijs longe beatior: ager Frumenti feraciſſimus quod Polonicum & Lithuanicum bonitate excellit. Abundat Melle & Apibus, æque ut ceteræ regiones Septemtrionales, quarum alveos ceu nativos intra arbores ad hoc cavas cernere eſt: ex quibus tanta Mellis & Cæræ copia provenit, ut Germaniæ, Britanniæque, ac ceteris adjacentibus Inſulis, commode harum rerum uſum ſuppeditet. Eſt in ea quoque Pecorum ingens vis, multa ac copioſa venatio. Ingentes enim vaſtęquæ Sylvæ multa Ferarum genera alunt. Quæ præter Vrſos, Apros. Cervos, quibus abundant, proferunt Vros excellēti vi & velocitate, vulgo *Bubalos* vocant. Gignunt & Bizontes jubatos, e Boum ſylveſtrium genere. Equos etiam ſylveſtres quorum carne incolæ veſcuntur. Gignunt & Alces (quos falſo ſylveſtres Aſinos quidam autumant) ſpecie media inter cervinam & jumenti, niſi quantum aurium proceritas, ipſaque cervix diſtinguit, magnitudine inter Camelum & Cervum, hos vulgo *Elandos* vocant. Præter illa & pelles quaſdam non ignobiles mittunt hæ ſylvæ, quę veſtium fimbrijs principum hominum ſubduntur. Lectorum etiam ſtragula ex his conſuunt, pretioque ingenti vendunt. Ictides Latini ea animalia, vulgo Martes vocant. Vſque ad tempora Friderici II Imperatoris plerique Boruſſi idololatræ fuerunt, quo imperante anno CIↃ CCXV Crucigeri Ordinis Teutonici eos vicere, Religionemque Chriſtianam docuere. Poſtea Provinciæ & Ciuitates Boruſſiæ anno CIↃ CCCC XIX, Crucigerorum moti avaritia & ferocia, ad Caſimirum Poloniæ Regem defecerunt. Poſt annos triginta octo repetita defectione Marieburgum cum alijs caſtellis & urbibus Regi vendiderunt 476000 florenis. Quum autem Mariani obedientiam Regi recuſarent, tamdiu utrimque vario Marte dimicatum eſt, donec univerſus tractus Alberto Brandeburgico ultimo Crucigerorum Magiſtro ceſſit, qui etiam Cracoviæ a Sigiſmundo Polonię Rege Princeps ſecularis & eques auratus factus eſt. Itaque nunc partim excluſis, partim converſis Barbaris, Regio omnis a Polonis & Germanis habitatur. Niſi quod reliquiæ Barbarorum ad Curlandicum Lacum adhuc ſuperſunt, qui eum Livonibus & Lithuanis idiomate, moribus, habituque conveniunt. Diviſam autem fuiſſe Boruſſiam tradunt in duodecim Ducatus a Veneduſo Principe, quorum nomina hæc, *Sudavia, Sambia, Natangia, Nadravia, Slavonia, Bartonia. Galindia, Varmia, Hogerlandia, Culmigeria, Pomeſania* & *Michlonia*. *Sudavia* prorſus a Crucigeris ita vaſtata eſt, ut ex nobili Ducatu hodie vix ſeptem pagi, quidem viles, in Luptavienſi territorio ſuperſunt. In *Sambia* ſunt Civitates plures, *Lebenicht*, exſtructa anno CIↃ CCLVI *Kneyback* anno CIↃ CCC LXXX *Regis Mons*, CIↃ CC LX, *Fiſchuſia* anno CIↃ CC LXIX, *Lechſtet* anno CIↃ CC LXXXIX. *Mulmelburgia* anno CIↃ CC LXXIX. In *Natangia* Civitates ſunt, *Valdonia, Cirania, Centia, Creneburga; Heligenbeil, Fridlandia, Schippenbeilia, Brandenburga*. In *Nadrovia* vix aliquot caſę & tuguriola ſuperſunt: cætera vaſtata ſunt. In *Slavonia* ſunt *Ragneta, Tilſa, Renum, Liccovia, Salavio, Labia, Tapia, Vintburgia, Chriſtaderder, Baytia. Ceſtia, Norbeitia, Vonſdorf, Angenburgia*, & *Dringofordia*. In *Bartonia* ſunt *Nordenburga, Iobansburga, Iurgburga, Inſerburga, Richtenerder, Bortonia*, & *Rhenum*. In *Galindia* ſunt *Orteleburgum, Raſtenburgum, Neyburgum, Paſſenhumia, Dreſchlovia, Lucia* & *Lutzenburgia*. In *Warmia* ſunt *Reſſel, Streburg, Biſchofſtein, Wartenburg, Allenſtein, Melſatia, Helsberga, Wermeditum*, & *Guſtadia*. In *Hogerlandia* ſunt *Brandenburgum, Tolkiemit, Munhuſia, Schorpovia*, & omnium maxima *Elbinga*, in littore maris exſtructa, ſplendidis, civium opibus & mercatorum frequentia celebris. In *Culmigeria* ſunt, *Turunia* nobile Emporium exſtructum ad Viſtulam anno CIↃ CC XXV. *Culmina, Wentſlavia, Adulſia, Geandētz. Gugeleburga, Schonſa Stesburga, Bartonia, Neumarckt, Ragoſna, Papania, Fridech, Lipno, Leſna, Colba, Luben, Reden, Bergelavia, Lautergurgia*. In *Pomeſania* eſt *Marieburgum*, Civitas ampla & munitiſſima, exſtructa anno CIↃ CCC II. *Menticha, Stum, Chriſtburga, Prenſmarc, Salfeld, Merinec, Holand, Luſtadia, Oſterrada, Roſenburga, Marienwerder, Garneſia, Eulonia Germanica, Lebmulia, Hohenſteyn, Schonenberga, Culenberga, Neunburga, Salavia*. In *Milchlovia*, omnia deſtructa & vaſtata ſunt, præter unam *Strahurgam*, Regio omnis importationibus exportationibuſque variarum mercium apta, propter frequentiam Fluminum, Sinuum, Portuum. Fluvij præcipui ſunt, *Viſtula, Nemeni, Cronon, Nogat, Elbinga, Vuſera, Paſſaria, Alla, Pregol, Oſſa, Vrebnicz, Lica* & *Lavia*. In quibus ut & in Lacubus dives piſcatio. Mare etiam incredibilem piſcium fœturam & copiam ſubminiſtrat. Porro in littoribus Boruſſię ad mare Balthicum Succinum colligitur quod incolæ vocant *Bernſteyn* ab urendo, & *Augſteyn* quod oculis proſit, Græci Electrum vocarunt, quoniam Sol vocitatus ſit Elector, reſpicientes nimirum ad fabulam Phaethontis. Servius in octavam Æneida dicit tria eſſe Electri genera, unum ex arboribus quod Succinum dicitur: aliud quod in terra invenitur: tertium quod fit de tribus partibus Auri & una Argenti. Latini ſuccino dederunt nomen a ſucco, quod & Solinus indicat, quum ſcribit, *Succum eſſe arboris, de nominis capeſſas qualitate: Pinum vero unde ſit genitum, ſi uſſeris odor indicabit*. Quod autem addit, *Precium operæ eſt ire longius, ne Padanæ Sylve credantur lapidem fleviſſe*, reſpicit nimirum ad fabulam quam Ovidius lib. II. Metamorph. refert. Heliades enim Phaëthontis Sorores miſerandum caſum Fratris deplorantes juxta Padum in Populos verſæ dicuntur, Clymene autem.

*Regio.*
*Nomina. & unde deducta.*
*Situs.*
*Cæli qualitas & Soli fertilitas.*
*Animalium varietas.*
*Imperium Majorum.*
*Vrbium nomina*
*Flumina.*
*Maris Cōmoditas*

*Mater dum truncis avellere corpora tentat,*
*Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ,*
*Inde fluunt lachrymæ, ſtillataque Sole rigeſcunt*
*De ramis Electra novis, qua lucidus amnis*
*Excipit, & Nuribus mittit geſtanda Latinis.*

PRVSSIA
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
MARE BALTICVM
Ost See
Curisch haff
Curisch nerung
Pautzker wick
Frisch nerung
Frisch haff
Cassu: biæ pars
Klein werder
Hockerland
Pobezania
Desertum Mazouiæ
Samaiten
SAMOGITIÆ PARS
Rusnae fluminis ostia 13
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

# BORVSSIA.

Plinius ſcribit a Germanis appellari Gleſſum a vitro, cui non diſſimile eſt, quum utrumque ſit pellucidum. Atque inde Gleſſaria regio ipſa a Romanis dicta. Ejus genera plura ſunt. Candidi odor eſt præſtantiſſimus, pretium nigro vilius: ſequuntur fulva & cerea. Fulvis major auctoritas, & quidem tranſlucentibus modico fulgore; imaginẽ enim igneam, non ignem ineſſe placet. Sunt in quibus decocti Mellis lenitas probatur, quę etiam ex eo mellea vocantur. Nero Imperator inter cetera vitę ſuæ portenta, capillos Conjugis ſuæ Poppeæ in hoc nomen adoptaverat, quondam carmine ſuccina appellando. Ejus ævo tanta copia Romam advecta eſt, ut retia arcendis Feris podium protegentia Succinis nodarentur. Arma vero & Libitina totuſque unius diei apparatus eſſet e Succino. Copiam iſtam procuravit Eques quidã Romanus, miſſus ea gratia ad Germaniæ Littora: qui etiam maximum pondus glebæ attulit xxiii Librarum. Solinus tamen refert, id a Rege Germanię Imperatori dono datum. Italorum primi Succinum noverunt Tranſpadani, allatum a Germanis in Pannoniam, inde circa Mare Adriaticum ad Venetos, quos Henetos Gręci vocant, quæ res Græcorum Fabulæ cauſſam videtur dediſſe. Initio agreſtes Feminæ Monnilium vice Succina geſtabant, poſtea in delicijs tantum ejus aucta eſt taxatio, ut hominis quamvis parva effigies, vivorum hominum vigentiumque pretia ſuperaret. Vis Succini uſuſque in multis. Attritu calefactum paleas & folia arida attrahit, ut Magnes Ferrum. Propterea Arabes Succinum vocãt *Carabe*, quod Aboali interpretatur rapiens Ferrum. Cardanus ab humo folia ad duos pedes in ſublime rapta fuiſſe ſcribit Succini vi. Ramentorum ejus uſus apud quoſdam in ſacris eſt loco Thuris: quidam ea Oleo addunt, quod ſic dilucidius diutiuſque flagret quã lini medulla. Quis autem ejus in medicina uſus ſit, plenius ex C. Plinio peti poteſt, qui de hac re diſſerit lib. xxxvii. Hiſtor. naturalis cap. ii & iii. Habet etiam Boruſſia Silvas incæduas, unde vis ingens lignorum & ad navalem uſum & ad domeſticum convehitur; teretumque Arborum ad malos navium accommoda, quæ inde in remotiſſimas oras deferuntur: habẽt & Sylvæ præter id ſuas divitias, unde quaſi ſponte compendium non mediocre Incolis provenit, Apum ſcilicet, de quibus ſupra diximus, & Ferarum. Dividitur hac noſtra ætate in Regiam & Ducalem. Poloniæ Rex, utramque Viſtulæ ripam, uſque ad illius oſtia hoc tempore immediate poſſidet. Inſula quoque Viſtula & Nogato concluſa, & omnia ad Recentem ſinum Opida & arces *Elbinga, Tolkemit, Frawenberga & Brunsberga*, uſque ad Paſſariæ oſtium: & tota *Warmienſis* Diœceſis ditio, ad Meridiem ampla, & Opidis agriſque cultiſſima, veſicę inſtar, media in Ducali Boruſſia pendens, in Regis ſolius ſunt poteſtate. Etſi autem hæc Boruſſia Regi immediate ſubjecta, eodem cum Polonis Regno continetur: tamen peculiare Conſilium publicum, leges, judicia (a quibus tamen ad Regem provocatio eſt) Ærarij, & belli gerendi rationem habet. Conſiliarij Hujus Boruſſiæ quatuordecim ſunt. Duo Epiſcopi, *Warmienſis*, qui ſedem ſuam habet in Braunsberg, & *Culmenſis*. Tres Palatini *Culmenſis*, *Marieburgenſis* & *Pomeranicus*. Tres Caſtellani, *Culmenſis*, *Elbingenſis* & *Gedanenſis*, *Dantzick* vulgo; totidemque Succamerarij, & tres primariæ civitates, *Torunia*, *Elbinga*, *Dantiſcum*. Hi bis quotannis ad deliberationes & judicia cõveniunt, menſe Maio Marieburgi *Margenburg*: ad Michaelis, Grudenti. Capitanei, ſeu Præfecti arcium & redituum regionum octodecim ſunt; *Marieburgicus*, & in Palatinatu, *Stumæ*, *Gnevæ*, *Mevæ*, *Stargardiæ*. In Pomenarico, *Slochoviæ* ſupra Tucholam juxta Bro flu. *Sueżæ*, *Tucholæ*, *Derſaniæ*, & *Puſci* in Culmenſi, *Brodnicæ*, *Crudenti*, *Radine*, *Reden* forte, niſi ſit *G. Raden*, *Golbæ*, *Rogoſnæ*, *Regenhauſen*, & alij tres.

*Sylvæ.*

*Ratio gubernandi*

*Senatores. & eorum frequentia.*

Ducalis autem Boruſſiæ olim Fratrum Crucigerorum Teutonici ordinis propria, ſub Alberto Brandeburgico Ordinis Magiſtro in hæreditarium Ducatum converſa, & ab Imperio Germanico avulſa, in Poloniæ Regis fidem & clientelam anno ciↃ IↃ xxv conceſſit. Ejus Princeps primum ac proximum Regi locum, in Conſilijs, Comitijs & alijs conventibus apud Regem Poloniæ tenet. Si lites inter Regem & Ducem exoriantur, a Conſiliarijs Regis juramento novo ad juſte judicandum obligatis, Marieburgi aut Elbingæ dirimuntur. Nobiles autem ſeu alij contra Ducem actionem habentes, coram Ducis Vaſallis a Duce ad judicium deputatis, eam inſtituunt, a quibus provocatio ad Conſiliarios Regis & Ducis Marieburgi conſtitutos libera permittitur. Cæterum unuſquiſque in judicium ubi bona ſita ſunt, vel domicilium Reus habet, vocari debet, nec ad extranea judicia trahi, aut a recto detinere poteſt. Iudicium aulicum quinque originarij Nobiles & tres Iuriſconſulti adminiſtrant. Iudices in Provincijs ita conſtituuntur, ut ex tribus a qualibet provincia nominatis, Princeps unum eligat, ſecundum jus Culmenſe & conſtitutiones Provinciæ judicet. Si contra privilegia, libertates, jura, aut conſuetudines Princeps faciat, nec ad preces ſubditorum factum ſuum emendet, liberum eſt Ordinibus provinciæ abſque ulla rebellionis aut ſeditionis culpa ad Regiæ Majeſtatis Poloniæ patrocinium confugere, & vi pactorum inter Regem & Ducem initorum, defenſionem ſuorum privilegiorum ab eo poſtulare.

*Leges & inſtituta.*

Sunt etiam in Ducatu Boruſſiæ duo Epiſcopi, *Sambienſis* qui Regiomonte, vulgo *Koningſperg*, & *Pomiſanienſis* qui in Marienwerder ſedet, quibus juriſdictio Eccleſiaſtica integra & non impedita in Academiam, Conſiſtorium, Eccleſias. Paſtores, Scholas & omnes cauſas Eccleſiaſticas & matrimoniales; etiam facultas ſingulis annis viſitandi & ſynodos particulares ad conſenſum in Doctrina, in ritibus & in diſciplina retinendum, permittitur. Delicta eorum Epiſcoporum Politica, per Ducem: Eccleſiaſtica vero, ſi in doctrina vel ritibus deliquerunt, per generalem Synodum cognoſcuntur & puniuntur. Hujus Ducalis Boruſſiæ provinciæ ſunt *Natangia*, *Sambia*, Regiomonte urbe magna ornata, aulę Ducalis ſede, Academiaque & emporio celeberrimo inſignis, *Nadravia*, *Sclavonia*, *Sudovia*, *Galindia*, *Bartovia*, *Pogeſania*, *Pomeſania* ampliſſima provincia, & *Soſſavia*. De Regione & ritibus Veterum Boruſſorum mira narrat Meletius epiſtola x ad Georgium Sabinum. Coluerunt Dęmonia pro Dijs, atque etiam nunc multis in locis occulte colunt. Immunda quæque Animalia, ut Serpentes, Colubros perinde ac Deorum famulos nuntioſque religioſe venerati ſunt, quos intra Domos nutriebant, ijſque ut Dijs penatibus, litabant. Deos in Sylvis ac Lucis habitare dixerunt, illis victimis ibidem ut placarentur, immolandum eſſe: ab his Solem pluviaſque expetendas. Feras omnes, Alcem præcipue, has ſilvas incolentes, ut Deorum ſervos venerandas eſſe ſenſerunt, ideoque ab eis abſtinendum. Solem & Lunam Deos omnium primos crediderunt. Tonitrua ac fulmina ex conſenſu gentium adorabant, tempeſtates avertendas citandaſque precationibus dixerunt. Hirco in ſacrificijs uſi ſunt, ob fœcundam Animalis iſtius naturam. Præcellentes Arbores, ut Robora, Quercus, Deos inhabitare dixerunt. Quare nec ejuſmodi arbores cædebant, ſed religioſe ut Numinum domos colebant. In eo numero & Sambucum & pleraſque alias habuere. Dies etiam natalitios & funera pari modo celebrarunt, mutuis, ſcilicet, commeſſationibus & compotationibus, cum luſu & cantu abſque mœrore, cum ſumma hilaritate & gaudio. Tam Barbari & literarum rudes olim fuere, ut nec credibile putarent, ſi quis diceret Homines inter ſe poſſe aperire quæ ſentiant & velint beneficio literarum. Idiomate proprio, & Livonico non abſimili utebantur, valdeque liberales & hoſpitales ſeſe advenis exhibebant, quorum potus aqua Melle miſta, & Lac equinum. Sed de his ſatis. Plura qui volet petat ex Eraſmi Stellæ de Boruſſiæ antiquitatibus libro ſecundo.

*Mores.*

# LIVONIA
## SIVE
# LIEFLAND

BOrvssiam in mea Methodo sequitur *Livonia*, sive *Levonia*, vulgo *Liefland*, de cujus nominis ortu, nihil certi asseverare ausim; de eo autem sic scribit Althamerus. Fieri potuit, inquit, ut a Lemovijs progressi sint Livones seu Livonij postremi Germanorum ad littus Venedicum, ad Parallelum Scandinaviæ Insulæ, quæ Gotlandia dicitur, habitantes, quos tamen ab Esluis mallem derivare, vocabulo vulgari nonnihil suffragante, Eyflender vocantur. Levonorum etiam mentio est aqud Ptolemæum lib. 11 cap. xi. paullo post ubi de Æstijs sermo fit, inquiens corruptam Taciti lectionem restituisse Beatum Rhenanum, qui reposuerit Æstiorum gentes. Apparet enim, inquit, Rhenanus, in Archetypo fuisse Æstuorum pro Æstiorum, ex quo alius fecerat Estuorum, nam u pro ij veteres librarij ponebant. Si vero Archetypus habuit, inquit Althamerus, Esluos, ausim jurare Eyflandios ab illis nuncupatos, vocabulo paullum variato, Hi populi etiam Sudini dicuntur, & eorum regio Sudina, Prussiæ coherens. Lectunos quoque eodem reponere placet nonnullis, a quibus fiere potest, ut nomen derivatum sit, Livonia autem ad Mare Balthicum sive Sinum Venedicum porrecta est Longitudine cxxv mil. Germanicorum, latitudine xl. Eam cingunt Borussia, Lithuania & Russia, cætera, Livonicus sinus lambit. Regio omnis plana, ac fertilissima est. Frumentum tanta copia profert, ut in annonæ caritate vicinis quoque regionibus opem ferat. Abundat etiam Lino optimo, ac Armenta alit plurima. Vrsos præterea in Sylvis habet. Alces, Vulpes, Lynces, Martes, Zebellos, Hermelinos & Castorcs. Lepores pro anni tempestate colorem mutant, haud secus atque apud Helvetios in Alpibus. Hieme sunt albi, æstate cinericei. Estque Ferarum tam frequens ubique venatio, ut eo ne rusticus quidem, licet crudeliter a Nobilitate habitis, unquam sit interdicta. Brevi, Livoniæ nihil deest eorum quæ ad vitam humanam sustentandam necessaria sunt, excepto Vino, Oleo & quibusdam alijs, quæ mitiori Cœlo subjectis terris concessa divinitus, quæ tamen ex alijs regionibus abunde advehuntur. Livonia ante annos cccc opera Mercatorum Bremensium, & præcipue militum. Teutonici ordinis ad fidem Christi adducta, cum multa periculosa cum externatum intestina bella & bellorum calamitates pertulisset, & vicinis suis Regibus & Dynastis quodammodo prę dæ esset, tandem anno ciɔ ɪɔ lix, sub Gothardo Ketlero ordinis Teutonici ultimo Magistro in fidem & clientelam a Sigismundo Augusto Rege Poloniæ tanquam membrum Regni & magni Ducatus, Lithuaniæ accepta est. Cum autem die quinto Martij anno lxii, Magister ordinis Gothardus in arce Rigensi coram Poloniæ Regis Commissario Nicolao Ratzevilo Palatino Vilnensi ordinem suum resignasset, & primum Crucem, deinde Sigillum, postea literas & diplomata omnia, quæ Ordo a Cæsaribus & pontificibus acceperat: præterea claves arcis Rigensis & portæ Civitatis, officium Commendatoris, jus cudendæ monetæ, vectigal piscium & omnia alia sua & Ordinis sui Iura Poloniæ Regi cessisset ac tradidisset: statim facta resignatione Gothardus prædicto Palatino nomine Regiæ Majestatis, Dux Curlandiæ & Semigalliæ publice proclamatus est, eique e vestigio nobilitas Curlandica & Semigallica velut hæreditario Domino juramentum fidelitatis præstitit. Postridie etiam dux Curlandiæ summus Regiæ Majestatis Locumtenens & Gubernator Livoniæ in curia Rigensi publice renunciatus, & claves arcis & portæ civitatis recepit. Nobilitati vero & Civibus omnia sua jura & privilegia restituta & cõfirmata sunt, prout in literis apud D. Davidem Chytręum videre licet. Dividitur autem Livonia in tres partes locis & linguis distinctas, videlicet in *Estiam*, *Letteam* & *Curlandiam*. *Estiorum* provinciæ sunt, *Harria*, cujus Metropolis est *Revalia* Aquilonem versus ad mare Balthicum sita, nihilo Riga inferior, a Voldemaro condita & portu celebris. Cives jus habent Lubecense, monetamque cudunt quadrangularem. *Viria* in qua *Weisenburg*, *Tolsberg*, *Borcholm* Episcopi Revalienſis sedes. *Allantakia*, ubi *Nerva* ad fluvium ejusdem nominis, habetque ex adverso arcem Moschorum *Ivanowgorod*. Fluvius hic Livoniam a Moschorum ditione dirimit, & *Nyschlot*: *Odenpoa*, in qua *Derpt* sive *Topatum*, urbs Episcopalis & mediterranea *Wernebec*, *Helmede*, & *Ringen*: *Iervia*, ubi *Wittensteyn*, *Lais*, *Overpolen*, *Vellin*: *Wichia*, ubi *Abseel*, *Leal*, *Lode*, & *Parnovia*. Istis adjacent Insulæ *Osilia*, *Dageden*, *Mona*, *Wormse*, *Vrangen*, & *Kien*, & alię plures, in quibus partim Estica, partim Suevica lingua utuntur. *Lettorum* urbes sunt, *Riga*, *Kokenhusen*, *Wenden*, *Wolmar* & tota Diœcesis Rigensis. *Riga* Primaria totius Livoniæ Civitas est ad Duinam, qua se in sinum Venedicum exonerat. Colonia hæc Bremensium est, muro fortissimo, propugnaculis, turribus, & bellicis tormentis contra omnem vim instructa, fossis insuper duplicibus & accutis stipitibus munita. Arcem habet instructissimam, in qua olim Magistri Livoniæ (Ordinis fratrum Teutonicorum) sedem habuerunt: eam ante paucos annos Gothardus Ketlerus, de quo supra, Regis Poloniæ feudalis nomine regio administravit; sed in civitatem ipsam nihil usurpavit juris. Administratorem enim sive Capitaneũ aliquem Cives libertatis adsertores strenui nõ patiuntur, tributa solum Regi Poloniæ & obedientiam fideliter præstant, in cæteris jus municipale habentes. Præterea forũ hic est omnium fere merciũ Septemtrionalium, Picis, Lini, Ceræ, Canabis, Lignorũ, aliarũque rerum istiusmodi. Livi vero dicti sunt, qui tractum littoralem a Riga & ostio Duinæ versus Salin & Parnoviam flu. incoluerunt. *Curlandiæ* opida & arces sunt, *Goldingẽ*, *Cãda*, *Winda*, quæ Polonis dicitur *Kies*, nobis *Wenden*, celebris jam olim ob aulam magistri ordinis Teutonici, in qua etiam Comitia celebrari solita: nunc Polonicis præsidijs obsessa est: *Durben*, *Srunda*, *Grubin*, *Pilten*, *Amboten*, & *Hasenpot*: *Semigalliæ*, *Mitovia*, sedes aulæ Ducum Curlandiæ, *Selburg*, *Bauschenburg* *Doblen*, & *Dalem*, urbes sunt. Semigalliam vero & Curlandiam a Littorum populis & reliqua Livonia, fluvius Duna disterminat. Etsi autem Livonia uti dictum est, nunc Regi Poloniæ subjecta est, & Moschus tamen & Rex Sueciæ & alij multas arces & civitates in ea occuparunt & adhuc tenent, quisque sibi viciniores, nempe quas Polonus se restiturum suo corpori juravit. In Livonia permulti sunt Lacus, insignior est *Beibus*, qui in lõgitudinem ad xlv milliaria Italica porrigitur, atque vario Piscium genere abundat. Fluvij sunt *Duina*, *Winda*, & *Beca*, ac nonnulli alij *Duna* sive *Duina* Ptolemæi *Rubo* Peucero, ex Russia longissimo tractu per Lithuaniam & Livoniam manans duobus infra Rigam

*Regio unde dicta.*

*Situs.*

*Soli fertilitas.*

*Animalium varietas.*

*Imperium Majorum.*

*Vrbes.*

*Lacus*

*Flumina.*


LIVONIA
Miliaria Germanica communia.
Per Gerardum Mercatorem, Cum Privilegio.
Sue: tiæ pars
Finnicus Sinus
Dach: den
Gotland
Osel
Mone
Wirland
Harnland
Ierven
Estten
Peibas lacus
Odenpoa
Liefland
Lettland
Liuonię
Rigisch boden
Cvrland
Semigalen
Lithuaniæ pars
Samogithia
Polocensis Ducatus
Mos:
Pleskouia
Liuonię posterior
Sinus magnus
Oceidens
Oriens
Meridies
Septentrio

# LIVONIA.

milliaribus in Sinum Livonicum & Balthicum Mare tandem infunditur. *Winda* in Balthicum itidem mare exonerat-
tur nõ lõge a cujus oſtio maxima eſt Maris profunditas,ac locus periculoſiſſimus. *Beca*, incolis *Einbeck*, uno fertur al-
veo in Oceanũ;qui cum de præruptis ſcopulis præcipiti lapſu ruat, idem vicinioribus accidit, quod uſu venire habi-
tantibus ad Nili cataractas accepimus(inquit Leunclavius)uti nimirum paullatim furdeſcant. Regio ſiue montibus,
nemoroſa ac Sylvis in immenſum denſa. Atque hic Hercyniæ ingentia brachia. Ad oſtium Duvinæ mari proximum
*Sylvæ.* eſt *Dunamunta*, arx inexpugnabilis, duobus a Riga milliaribus, præſidijs Polonicis munita ; ad quam omnes naves
*Opera pu-* exteræ tributum pendunt. Eſt & medio intervallo *Blokaus*, præſidium regium, ad quod naves iterum excutiuntur.
*blica.* Eſt & *Felinum* arx munitiſſima & civitas in Eſtlandiæ Ducatu ; quam ſtipendarij milites Germani una cum ultimo
livoniæ magiſtro Gulielmo Furſtenbergo memorabili & deteſtanda perfidia, Moſchorum Duci prodiderunt : qui
Magiſtrum captum in vinculis detinuit ad mortem uſque,civitatemque totam exuſſit.Ex eo tempore Felinum cum
toto Palatinatu vicino Moſchorum Regi paruit, Livonia vero Magiſtris caruit. *Terneſtum* etiam, quod alij *Taurum*
vocant, arx quondam munitiſſima fuit : eam ante a Moſchis captam Lithuani Duce Nicolao Radziwilo Palatino
Vilnenſi cuniculis actis & ſuppoſito pulvere nitrato totam diſſiparunt, anno CIↃ IↃ LXI, et aliæ. Epiſcopatus in Ri-
*Ritus &* vonia ſunt quinque,e quibus Rigenſis dignitate pollet.Reliqui ſunt *Derpt*,*Revel*, *Oeſel*, *Gerlandt*.¶Cæterum in Livo-
*mores.* nia permulti adhuc gentilium ritu vivunt,vera Dei cognitione deſtituti.alij Solem adorant,alij Lapidem,ſunt etiam
qui Serpentes & Dumeta. Die Georgij Sacrificium facere ſolent, ut & Boruſſi, Samogitæ & Ruteni, *Pergrubio*, qui
Florum,Plantarum, omniumque germinum Deus creditus. Huic ſacrificant hoc modo.Sacrificulus, quem *Vurſcay-*
*ten* appellant, tenet dextra obdam Cereviſiæ plenam,invocatoque Dæmonij nomine,decantat illius laudes : Tu,in-
quit,abigis hyemem,tu reducis amœnitatem veris:per te agri & horti virent,per te Nemora & Sylvæ frondent.Hac
cantilena finita, dentibus apprehendens obdam ebibit Cereviſiam nulla adhibita manu:ipſamque obdam ita mor-
dicus epotam, retro ſupra caput jacit:quæ cum e terra ſublata iterumque impleta eſt, omnes quotquot adſunt, ex ea
bibunt ordine, atque in laudem Pergrubij hymnum canunt. Poſtea epulantur toto die, & choreas ducunt. Multi
quoque ex Gentibus ſupra nominatis adhuc ſingulari veneration colunt *Putſcatum*, qui ſacris Arboribus & Lucis
præeſt. Is ſub arbore Sambuco domicilium habere creditur.Huic paſſim Homines ſuperſtitioſi litant Pane,Cerevi-
ſia,alijſque cibis ſub Arbore Sambuco poſitis, Putſcatum precantes, ut *Marcoppolum* Magnatum & Nobilium Deum
placatum efficiat.Colunt etiam Spiritus quoſdam viſibiles lingua Rutenica, *Cultky* dictos : hos credunt habitare in
occultis ædium locis,vel in congerie lignorum,nutriuntque eos laute omni ciborum genere, eo quod afferre ſoleant
nutritoribus ſuis frumentum ex alienis horreis furto ablatum.Mortuum aliquem terrę mandaturi,genialiter circum
cadaver epulantur,defunctumque invitant ab bibendum,cottabo etiam ſuperinfuſo.Poſtea deponunt in ſepulchrum
adduntque ei ſecurim,cibum,potum,& nummulos aliquot pro viatico : inclamantque, Abi in alium orbem, Teuto-
nibus imperaturus,quemadmodum tibi tuiſque imperarunt.Sub Frederico Imperatore Chriſtianam fidem primum
admiſere.Meinardus autem vir(ut ajunt)Religioſus,Livoniam primus adijt,cum Mercatoribus,Anno ducenteſimo
ſupra Milleſimum, ibique aliquamdiu commoratus in caſula quam ſibi exſtruxerat, ſermonem Incolarum didicit, e-
oſque Chriſtianæ Religionis myſteria docere inſtituit,Baſilicam erexit, &Epiſcopus Livonienſis ab Archiepiſcopo
Bremenſi factus eſt. Succeſſit illi Bertoldus quidam Ciſtercienſium Abbas, qui ſe una cum Teutonibus contra Paga-
nos armavit,& in prælio ab ijs confoſſus eſt. Tertius Epiſcopus fuit Albertus qui Rigam muro cinxit. Tanta initio
ſimplicitate vivebant, ut expreſſo favis Melle Ceram abijcerent, nullum ejus uſum in rebus humanis rati : poſtea ta-
men docti ab exteris, pretium ei addiderunt. Labori apud eos operam dare vitio datur. Mulieres in regione natæ,
magnam præ ſe ferunt pompam, alias aliunde adventantes contemptui habentes. Nolunt mulieres ſed dominæ ap-
pellari, ac nullo labore muliebri occupatæ : rhedis hyeme & navibus æſtate circumvagantur. Genti potus eſt Medo,
*Veſtitus.* Cereviſia,& Vinum,quo non niſi importato & exotico ditiores utuntur, videlicet Rhenenſi. Fœminæ pulchritudi-
*Mercimo-* nem corporis dehoneſtant larva veſtimentorum.Merces quæ ex Livonia in Germaniam aliaſque regiones devehun-
*nia.* tur,ſunt Cera,Mella, Cineres, Pix arida & liquida, quam *Teer* vocamus,Linum, variæ ferinæ Pelles, & Coria. Item
illud Frumenti genus,quod Secale Latini,nos *Rogghe* appellamus magna copia quotannis hinc ad nos adfertur.Veni-
unt ad urbem Rigenſem ex multis nationibus Mercatores,nempe Moſchovitæ,Turcæ,Hiſpani,Angli,Scoti, Sueci-
& Germani,ut ibi commercia exerceant.His autem de Livonia expoſitis,rem me Lectoribus non ingratam facturum
puto:ſi nonnulla de Lycaonibus qui hic frequentes eſſe feruntur coronidis vice ſubjecero. Scriptores qui fide digni
videri volunt, inter quos Olaus Magnus, Homines quoſdam in hoc tractu quotannis in Lupos converti affirmant.
Ejus autem verba non gravabor hic apponere,ut narrationis inauditæ novitate animos legentium nonnihil recreem
levando tædium:ita autem ſcribit lib. XVIII cap.XLV. *In Pruſsia,Livonia atque Lithuania,quamvis Luporum rapacitatem*
*per totum pene annum Incolæ haud exiguo cum damno experiuntur, quia eorum pecora ingenti multitudine paſsim in Sylvis,dum*
*modo exiguo intervallo a grege abberrant,dilaniantur,ac conſumuntur:tamẽ hoc diſpendium non adeo magnum ab illis reputatur*
*quam quod ab Hominibus in Lupos converſis ſuſtinere coguntur. In feſto enim Nativitatis Chriſti ſub noctem, ſtatuto in loco,*
*quem inter ſe determinatum habent, tanta Luporum ex Hominibus diverſis in locis habitantibus converſorum copia congregatur,*
*quæ poſtea eadem nocte mira ferocia cum in genus humanum, tum in cætera animalia, quæ feram naturam non habent, ſævit,*
*ut majus detrimentum ab his, iſtius regionis inhabitatores, quam a veris & naturalibus Lupis accipiant. Nam uti compertum*
*habetur, ædificia Hominum in Sylvis exiſtentium, mira cum atrocitate oppugnant, ipſaſque fores effringere conantur, quo*
*tam Homines, quam reliqua Animantia ibidem manentia conſumant. Cellaria cerviſiarum ingrediuntur, aliquot Cerviſiæ, aut*
*Medonis tonnas epotant, ipſaque vaſa vacua in medio cellarij unum ſuper aliud elevando collocant : in quo a nativis ac genuinis*
*Lupis diſcrepant.* Et paullo poſt: *Intra Lithuaniam, Samogithiam, ac Curoniam eſt paries quidam ex quodam caſtello diruto*
*reliquus, ad hunc certo anni tempore aliquot millia eorum conveniunt, ac unius cujuſque agilitatem in ſaltando explorant : qui*
*hunc parietem tranſilire nequiverint, uti pinguioribus fere evenit, flagellis ab eorum Præfectis cæduntur. Denique conſtan-*
*ter aſſeritur, inter hanc multitudinem etiam iſtius terræ Magnates, atque ex prima nobilitate viros verſari.* Hactenus ille.
Quomodo autem ad eam veſaniam, ac metamorphoſin terribilem, quam deinde ſtatis temporibus negligere haud
poſſunt, plerumque perveniant, ſequenti capite docet idem Olaus, ſicuti XLVII aliquot in Lupos converſorum ex-
empla recenſet. Nos tamen cum Plinio, quemadmodum & in Hibernia ſupra diximus, fabuloſa hæc exiſtimamus,
niſi forte illa exuberantis atræ bilis malitia, Lycanthropia Medicis dicta, corripiantur, quæ ejuſmodi phantaſmata
ciet,ut ſeſe in Lupos tranſformatos opinentur. Sed de Lycaonibus iſtis ac de ipſa Livonia hæc ſufficiant, ad Ruſſiam
pergimus.

RVSSIA quæ etiam *Roxolania* dicitur, gemina eſt, *Nigra* & *Alba*. Illa Poloniæ contermina eſt, hæc Moſcoviæ pars. Porro *Moſcovia* a Moſcho amne haud dubie ſic dicta, qui & regiæ urbi, quam interfluit, ſuum quoque nomen indidit. Porro Moſcoviæ imperium longe lateque extenditur, ac mari glaciali a Septemtrione terminatur, ab Oriente Tartaros, a Meridie, Turcas & Polonos, ab Occidente vero Livones & Sueciæ Regem, vicinos habet. Quo omni tractu amplæ ditiones continentur; itaque Moſcoviæ Dux hoc titulo fere utitur: *Magnus Dominus Baſilius, Dei gratia Imperator ac Dominator totius Ruſsiæ, nec non magnus Dux Volodimeriæ, Moſcoviæ, Novogrodiæ, Pleſchoviæ, Smolentiæ, Ifferiæ, Iugeriæ, Permniæ, Vetchæ, Bolgariæ*, &c. *Dominator & magnus Princeps Novogrodiæ, inferioris terræ, Cernigoviæ, Razaniæ, Volotchiæ, Rezeviæ, Beſchiæ, Roſtoviæ, Iaroſlaviæ, Belozeriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæque*, &c. Immoderata in Moſcovia & aſpera Aëris temperies, adeo tamen ſalubris, ut ibi ultra Tanais fontes Septemtrionem & Orientem verſus nulla unquam peſtis ſæviat, etſi morbum haud diſſimilem habeant quem *Calorem* vocant, qui inteſtina & caput adeo infeſtat, ut paucis diebus pereant. Regio in univerſum neque Vitem neque Oleam neque paullo ſuavioris pomi frugiferam arborem præter Melopepones & Ceraſa producit: quum teneriora quęque gelidiſſimis Boreæ flatibus exurantur: Campi tamen Tritici, Siliginis, Milij, Panicique & omnis generis Leguminum Segetes ferunt, ſed certiſſima Meſſis in Cera & Melle conſiſtit. Regio enim omnis fœcundiſſimis Apibus plena eſt, quæ non in manufactis agreſtium alvearibus, ſed in ipſis arborum cavis probatiſſima mella conficiunt. Hinc per Sylvas & opaciſſimos ſaltus magna Apum examina de ramis arborum pendentia uvarum inſtar videre licet. Reperiuntur ſæpe Favorum ingentes maſſæ arboribus conditæ, veteraque mella deſerta ab Apibus, quum ſingulas arbores Agricolis ſcrutari & evacuare moleſtum ſit. Iovius in libello quem ſcripſit de Legatione Moſcovitarum, refert, Demetrium Legatum narrare ſolitum cum multo omnium riſu; Agricolam quemdam quærendi Mellis cauſſa in prægrandem cavam arborem ſuperne deſilijſſe, eumque profundo mellis gurgite pectore tenus fuiſſe hauſtum, ac biduo vitam ſolo melle ſuſtinuiſſe, quum vox opem implorantis in ea ſylvarum ſolitudine ad viatorum aures penetrare nequiviſſet. Ad extremum vero deſperata ſalute mirabili caſu ingentis Vrſæ beneficio, inde extractum evaſiſſe, cum forte ejus Beluæ ad edenda Mella more humano ſe demittentis, averſos renes manibus comprehendiſſet, & eam ſubito timore exterritam ad exſiliendum tum tractu ipſo, tum multo clamore concitaſſet. Lini & Canabis Regio fertiliſſima eſt. Nulla Auri Argentive vel ignobilioris Metalli, Ferro excepto, apud eos vena, ſecturave reperitur, nullumque eſt tota regione vel Gemmarum vel pretioſi Lapilli veſtigium. Sylva hic Hercynia immanibus Feris pleniſſima. Ea in parte quæ vergit ad Pruſſiam Vri ingentes & ferociſſimi Taurorum ſpecie reperiuntur, quos Biſontes uocant. Itemque Alces cervina effigie, & cum carnea proboſcide altiſque cruribus, & nullo ſuffraginum flexu, *Iozzi* a Moſcovitis, a Germanis vero *Helenes* appellati. Præterea Vrſi inuſitatæ magnitudinis, & prægrādes Lupiatro colore formidabiles. Venatio atque etiam Avium captura nuſquam gentium felicior. Nam venaticis Canibus & plagis omni generis Feras capiunt, & Aſturibus atque Falconibus, quos mirificos Regio Pecerra præbet, non modo Phaſianos & Anates, ſed Cygnos & Grues conſectantur. Capitur quoque Avis ſubnigra, puniceis, ſupercilijs, magnitudine Anſeris, quæ pulparum ſapore Phaſianorum ſuperat dignitatem, Moſcovitica lingua *Tetrao* nuncupata, quæ Plinio Erythratao vocatur. Cæterum *Ruſsiæ* ſeu *Moſcoviæ* regiones ampliſſimæ ſunt. Ejus omnia, Civitates, Opida, arces, pagi, ſilvæ, agri, lacus, flumina, unius Principis, quem Incolæ magnum *Czar*, id eſt Regem ſeu Imperatorē vocant, imperio & nutui ſubſunt, & quidquid ſingula commodi ferunt, in unius Principis fiſcum congerunt. Duces ac Comites, qui dominium utile in bonis feudalibus liberum poſſideant, & ad hæredes eadem tranſmittant nulli ſunt. Addicit quidem pagos & agros nonnullis, ſed ruſticorum operibus nihilominus utitur, & rurſus cum libet adimit: adeo ut abſolutum in ſubditos omniū rerum imperium habeat, & viciſſim tanquam Deus a ſubditis colatur; eique obedientia omnibus in rebus, abſque ulla recuſatione præſtetur. Caput totius regni & Metropolis eſt urbs *Moſchovia*, vulgo *Moſchuva*, tum ſitu ſuo oportuna, qui regionis medius eſſe exiſtimatur; tum inſigni fluminum frequentia celebris, & domorum amplitudine numeroque & munitiſſimæ arcis robore. Oblongo enim ædificiorum tractu ſecundum Moſchi fluminis ripam ad ſpatium quinque milliarium extenditur. Domus in univerſum ſunt ligneæ, diſtinctæ in triclinia, coquinas & cubilia, numerus earum eſt ſupra 41500. Hæ fere omnes & ad uſum Olerum, & ad voluptatem privatos habent hortos. Singulæ regiones ſingula habent ſacella, ſed conſpicuo in loco eſt templum B. Virgini dicatum, nobili ſtructura & amplitudine. Arces præterea duas habet, quarum una *Kitaigorod*, altera *Bolſigorod* appellatur, quas hinc Moſchus, illinc Neglinna alluunt. Porro in univerſa hac Ruſſiæ parte ſunt plures alij tractus. *Volodimiria* Ducatus, cujus titulum magnus Dux ſibi vendicat, nomen habet ab urbe primaria, fuitque ad Ioannis uſque tempora, qui filius Danielis fuit, perpetua Ducum Moſcoviæ ſedes: diſtat ad Ortum Solis ducentis amplius milliaribus a Moſcha; ſita eſt in ripis Cleſmæ amnis, qui in Volgam evolvitur. Provinciæ autem hujus ager adeo fertilis eſt, ut ex uno Tritici modio ſæpe viginti modij proveniant. *Novogrodia* inferior illi paſtione, agrorum fœcunditate nihilo cedit. Vrbem habet ligneam, dictam communi cum univerſo Ducatu nomine *Novogrod*, ſitam ad Volgæ & Occæ confluentes. Hæc ſummam ſemper obtinuit dignitatem propter incredibilem ædificiorum numerum, latiſſimique & piſcoſi Lacus oportunitatem, & vetuſtiſſimi ac venerabilis apud illam gentem Templi famam, quod ante quingentos pene annos Byzantiorum Cæſarum æmulatione, S. Sophiæ dicatum fuit. Arx hoc loco memorabilis, ſummis impenſis a Baſilio Duce ex lapide in ſcopulo exſtructa. Diſtat omnino urbs a Moſchovia c milliaribus Polonicis, ad Rigam vero proximum littoris portum, paullo minus quingentorum milliarium iter eſt. *Rheſan* Provincia eſt inter Occam fluvium & Tanaim, Tritici, Mellis, Piſcium, Avium fertiliſſima: urbes habet ligneas, *Rhezan* ad ripam Occæ ſitam, & *Confiram* & *Collugam* & *Tullam*, juxta quam Tanais fontes conſpiciuntur. *Worotinenſis* Ducatus tribus a Colluga milliaribus civitatem habet & caſtrum ejuſdem nominis. *Severia*, Ducatus eſt ingens & rebus omnibus adfluens; vaſtos habet & deſertos campos: Opida complura, inter quæ præcipua hæc ſunt, *Starodub*, *Novogrod*, *Siverski*, & *Czervigow*. Silvæ Hermellis, Aſpreolis, & Martibus abundant: Mellis quoque copiam ingentem ex Apibus ſubminiſtrant. Regionem præterlabitur fluvius Sera qui in Deſnam influit. Gens propter aſſidua cum Tartaris bella, armis adſueta eſt & manu prompta. *Smolenski* Ducatus ad Boryſthenem ſitus urbem habet cognominem, quam parte una Boryſthenes alluit, parte altera cingunt altæ foſſarum indagines acutis ſtipitibus armatæ. Sunt & Ducatus Provinciæque *Moſaiskia*, *Ruſchovia*, *Tuverda*, *Pleſcovia*, *Volzka*, *Corella*, *Biolizero*, *Wolochda*, *Vſtyng*, *Iaroſlavia*, *Roſtouu*, *Duvina*, *Suſdali*, *Wiathka*, *Permia*, *Iugra*, *Petzora*, *& Novogardia magna*, quam illi vocant *Nowogrod Wielki* in qua urbs ejuſdem nominis ampliſſima, ipſam Romam magnitudine ſuperans. *Pezora* nomen habet a fluvio quem utrimque montes & inviæ rupes muniunt, dicunturque Cingulum vel Zona terrę. Sunt & aliæ regiones Magno Duci vectigales ad ſeptemtrionem longo tractu terrarum porrectæ, ut *Obdora*, in qua eſt idolum *Slata Baba*, hoc eſt aurea anus, *Condora Culmoria* & *Lappia*. Sunt in

*Regio. Nomina. Etymon. Moſcoviæ. Situs.*

*Cæli qualitas & Soli fertilitas.*

*Animaliū varietas.*

*Vrbes.*

# RVSSIA cum confinijs.

Septentrio

MYRMANSKOI MORE hoc est Norvegicum et Danicum mare quia Norvegos et Danos Russi Mowremans vocant

OCEANVS SEPTENTRIONALIS

Circulus arcticus

Occidens

Oriens

PETZORKE MARE

NOVA ZEMBLA

OCEANVS TARTARICVS olim SCYTHICVS

Lytarous promum Celticæ promontorium Plinio

Camenoi poyas hoc est orbis terræ cingulum mons Hyperboreus veteribus

Baida

Molgomzaia

Scythicum pro. montorium

Cossin

Cossin flu.

Samogedi id est se mutuo comedentes

Zolotaia babu idolum

Lucomoria

Serponow

Calami

Obdo:ra

Petzora

Condora

Iugra

Iuhra siue Iurgoria ex qua olim Hungara prodisse feruntur

Perosite ore angusto odore coctæ carnis vitam sustentant

Iughoria

Permia

Tumen

PARS

Siberia

Gruſtina

Kitayſko lac.

Ob flu.

Irtyſche flu.

Jerom

Alani Montes

Rhymnici montes

Cazan

Viatka

Mordwa graſſatores

Galetz

Rostowa Suſdalia

Perealaw

Wologda

Bielozerò

Dwina

Vſtiu:

Vologda

Bielozero

Rzeuo

Oſtrouia

Oſtrouia flu.

Oſtrouia lac.

Oſtrouia ſylua

Oſtrouia ſylua flu.

Oſtrouia ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua flu.

Oſtrouia ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua ſylua lac.

Oſtrouia ſylua

Moſcovia multi & magni Lacus, *Ilmen* Ruthenis *Ilmer*, ſupra Novogardiam, lõgitudinem habet XII. milliar. Germ. latitud. octo. *Ladoga* Longus eſt C, latus lx milliaria. Lacus albus incolis *Bieloyeſerro*, longus XII milliar. latus totidem

*Lacus.* fluvios recipit ccc lx. Flumina etiam ampla & multa ſunt : *Boryſthenes* vulgo *Nieper* & *Neſter*, vel cum adjectione lite-

*Flumina.* ræ *Dnieper* & *Dneſter* appellatur; ejus fontes Herodoto ignoti, ſunt ad pagũ Moſcoviæ *Dnieperke* in Sylva *Vuolkonski*, unde per Lithuaniam & Ruſſiam defluens, Smolensko Opidum & Kioviam præterlabitur: poſtea circa Chmielnico recipit Fluvium Bog, ac tandem in Euxinum Pontum exoneratur : longitudo ejus eſt plus quam ccc milliarium Germanicorum. *Turuntus* is Ptolemæo qui Herberſteinio eſt *Rubo*, incolis *Duina*. Hic haud procul a fontibus Boryſthenis ortus, ad Rigam Livoniæ ſe in Mare Balthicum exonerat. *Rha* Ptolemæi nunc eſt *Volga* & *Edil*, ortum habet e Lacu cognomine, qui xxv milliaribus a Moſcovia abeſt verſus Lithuaniam. Hic cornutis errans flexibus, multiſque receptis fluminibus, in mare Caſpium oſtijs lxx influit. *Tanais* Italia *Tana*, accolis, *Dom*, a Septemtrione ruens magno impetu, Nilo opponitur. Ejus fontes Herodotus ponit in paludibus; Mela in Rhiphæis montibus, a quo non diſſentit Lucanus libro III.

*Qua vertice Lapſus* *Impoſuit ripis, Aſiæque & terminus idem*
*Rhiphæo Tanais diverſi nomina Mundi* *Europæ & mediæ dirimens confinia terræ.*

Fuere qui per Mare Caſpium eum labi arbitrati ſunt, quos etiam ſequutus eſt in ſua periegeſi Dionyſius. Sed errant: nullus enim fluuius ex Mari Caſpio in Mæotim paludem aut in Pontum Euxinum decurrit. Oritur autem Tanais non in Rhiphæis jugis, ſed in Sylvæ cujuſdam ingenti Lacu non longe a Tulla urbe, ex quo etiam lacu *Scat* amnis in Occidentem fluens naſcitur. *Occa* fluvij caput eſt in Provincia Mneſech, is multa præterlapſus Opida, infra Nonis in Occidentem fluens naſcitur. *Occa* fluvij caput eſt in Provincia Mneſech, is multa præterlapſus Opida, infra Novogardiam inferiorem Volgam ingreditur. Ingentes etiam ſapidiſſimoſque Piſces, & ante alios Sturiones, quos Siluros antiquitus fuiſſe putamus, *Volga* præbet, & hi quidem hyeme multa incluſi glacie, recentes pluribus diebus aſſervantur. Aliorum vero Piſcium multitudinem ferme incredibilem ex fluminibus & Lacubus, inprimis ex albo, quem

*Montes.* diximus, lacu expiſcantur. *Montes Riphæos*, de quibus Plin. lib. IV cap. XII. Mela etiam lib. III, Baro ab Herberſtein in ſua Moſcovia ſcribit, in ſola Moſcovia videri, qui, quia perpetuis nivibus & glacie rigẽt, tranſiri facile non poſſint. Ac ſortiri alibi alia nomina, tametſi communi & vulgari nomine Cingulum mundi dicantur, decemque & ſeptem in aſ-

*Sylvæ.* cendendo dies conſumi porro memorat, neque tamen montis verticem qui *Stolp*, hoc eſt columma nuncupatur, eo dierum numero poſſe ſuperari. Hercynia Sylva magnam Moſcoviæ partem occupat, ipſaque paſſim poſitis ubique ædificijs incolitur, jamque longo labore hominum rarior facta, non eam ſicuti plerique exiſtimant, horridam denſiſſimorum nemorum impenetrabiliumque ſaltuum faciem oſtendit. Cæterũ ea immanibus Feris refertiſſima per Moſcoviam perpetuo tractu inter Ortum ſolis & Boream ad Scythicum Oceanum excurrere traditur, ita ut ſpes Hominum ejus finem curioſe ſcrutantium, infinita magnitudine ſua ſemper eluſerit. Habet Moſcovia Templa innumera & ſumptuoſa, ac Monaſteria valde multa. Gubernationis negotia & juſtitiæ adminiſtrationem Dux, per duodecim Con-

*Ratio administrandi: Senatores.* ſiliarios aſſidue in aula præſentes obit. In hos præfecturæ arcium in toto Moſchi imperio diſtributæ ſunt : qui literas & libellos ſupplices Principi inſcriptos accipiunt, ejuſdemque nomine reſpondent. Princeps enim ipſe nullas epiſtolas accipit, nec ullis ad ſubditos ſuos, vel alios etiam Principes fere literis manu ſua ſubſcribit.

Epiſcopi ex Monachis quorum Monaſteria frequentiſſima in Moſchi imperio, omnia tamen ejusdem veſtitus & ordinis, (cujus D. Baſilium autorem referunt) velut ſanctioris vitæ hominibus, deliguntur, & ſunt in univerſo Moſchorum imperio undecim, quos *Vladiccas* illi, id eſt, œconomos & diſpenſatores ſua lingua nominant. Sacerdotes vero ſeu Presbyteros, *Poppos* & *Archipoppos*. Horũ Metropolita (qui a Conſtantinopolitano Patriarcha olim confirmabatur, nunc a ſolo magno Duce delectus per duos aut tres Epiſcopos conſecratur, ac cum libet Principi removetur) Moſquæ ſedem habet. Huic Metropolitæ ſubjecti duo ſunt Archiepiſcopi, alter Novogardiæ magnæ ad Lowtan flu. alter Roſtovij. Reliquorum octo Epiſcoporum ſedes ſunt *Smolenka* in finibus Lithuaniæ, *Caſanum* ad Volgam, *Tweria* Volgæ adjacet, *Rezan*, *Suſdalia*, *Wologda*, *Columna*. *Cortiza* ad Moſquam. Hi diœceſes ſuas raro aut nunquam ipſi inviſunt, nequam conſpirationis cum ſubditis ſuſpicionem Principi præbeant, ſed in Monaſterijs ἡγεμένας ſeu præpoſitos, & in opidis quibuſdam Lavos, vitam ſacerdotum obſervantes, habent. Nec Academiæ vel collegia in toto Moſchi imperio ulla exiſtunt. Religio Moſcovitis Græca: quã anno Domini cc 1ɔ lxxxvii admiſerunt. Itaque SP. San-

*Ritus & mores.* ctum tertiam Sanctæ Trinitatis perſonam a ſolo patre procedere arbitrantur. Sacramentum Euchariſtiæ celebrant pane fermentato , calicis uſum univerſo populo concedunt. Nullis ſacerdotum ſuffragijs, nullaque proquinquorum aut amicorum pietate juvari mortuorum manes putant, fabuloſumque credunt Purgatorij locum. Libros ſacros ſuo idiomate legunt, eorumque uſum populo non denegant. Ambroſium, Auguſtinum. Hieronymum atque Gregorium in linguam Illyricam traductos habent; ex his, aut etiam ex Chryſoſtomo, Baſilio, Nazianzeno homilias publice pro concione ſacerdotes legunt; ~~neque enim ofatores cucullatos, (verba ſunt Iovi) qui advocato populo concionari & ambitioſe nimis atque ſubtiliter de divinis diſſerere ſoliti ſint, admittere fas putant, quoniam rudes imperitorum animos ſimplici potius doctrina, quam altiſſimis arcanorum interpretationibus diſputationibuſque ad ſanctiorum morum frugem evadere arbitrantur~~. Matrimonium contrahunt, Bigamiam concedunt, ſed vix legitimum matrimonium eſſe putant, Divortia admittunt. Adulterium non appellant, niſi quis alterius uxorem habuerit. Mulierum conditio miſerrima eſt. Nullam enim honeſtam credunt, niſi domi concluſa vivat, adeoque cuſtodiatur, ut nuſquam prodeat. Gens aſtuta & fallax, magis ſervitute quam libertate gaudens. Omnes ſe Principis ſervos fatentur. Iuventus omnis varijs ludis, ſed militiæ proximis ſe exercet, in ſtadio curſu contendit, in paleſtra colluctatur, pernicitati equorum ſtudet, omnibuſque præmia , & præſertim Sagittariorum peritiſſimi proponuntur. In univerſum & Moſcovitæ ſtatura ſunt mediocri, ſed quadrata & valde toroſa, cæſij omnibus oculi, prolixæ barbæ, crura brevia, & ventres ex-

*Victus.* tenti. Domi opipare potius quam laute vivunt; namque omnium fere cibariorum genere, quæ vel a luxurioſiſſimis deſiderari poſſunt menſæ eorum & parvo quidem pretio paſſim inſtruuntur. Gallinæ ſiquidem, & Anates ſingulis ſæpe argenteolis tenuibus nummis veneunt. Venatione & aucupio uti apud nos nobiliora obſonia, parantur. Vino nativo penitus carent: itaque utuntur advectitio, ſed in feſtis convivijs duntaxat, aut in medicinæ uſu, aut in principalis magnificentiæ oſtentatione: populus medonem bibit ex melle lupuliſque decoctum, qui picatis vaſis conſervatus ex

*Veſtitus.* antiquitate nobilitatem aſſequitur. Habent & Cereviſiam, quam æſtate injectis glaciei cruſtis infrigidant. Tunicas oblongas, ſine plicis, manicis ſtrictioribus Hungarorum fere more geſtãt: ocreas fere rubeas eaſque breviores, utque genua non attingant, ſoleaſque ferreis claviculis munitas habent: ventrem nequaquam ſed fœmora cingunt, atque adeo pubetenus, quo magis promineat venter, cingulum demittunt. Nobile Linum, & Canabim in reſtes multaque

*Mercimonia.* Boum tergora & maſſas Ceræ ingentes Moſcovitæ in omnem Europæ partem mittunt : nec non pelles nobiles ac pretioſiſſimas, quibus regio abundat.

# LITHVANIA
## DVCATVS.
### *Samogitia, Ruſsia, & Volhinia.*

ALituo *Lithuaniam*, id eſt cornu & tuba venatorum, eo quod regio illa frequentes venationes excerceat appellari voluerunt. Quam ſententiam Mathias a Michou rejiciens, aliam de Lithuaniæ Etymo ſententiam ponit: tradens quoſdam Italicos ob Romanorum diſſenſiones deſerta Italia Lithuaniam ingreſſos, Regionem Italiam, gentem Italos dixiſſe. eam vero per Paſtores Litaliam & gentem Litalos, litera præpoſita cœpiſſe nuncupari Ruthenos autem & Polonos eorum vicinos majore immutatione facta, uſque in hodiernum diem regionem Lithuaniam, gentes vero Lithuanos appellare. Regio ampliſſima eſt, Moſcoviæ proxima, habetque ad Ortum illam partem Ruſſiæ quæ magno Duci Moſcoviæ paret: ab Occaſu Podlaſſiam, Maſoviam, Poloniam, & aliquantum deflectens ad Septemtrionem Boruſſiæ fit contermina: reſpicit vero a Septemtrione Livoniam & Samogitiam: a Meridie Podoliam & Volhiniam. Cælum hic inclemens, hyems aſperior. Multum Ceræ ac Mellis quod ſylveſtres in ſylvis Apes conficiunt, atque etiam Picis: Frumentum quoque abunde præbet hæc regio. Seges vero raro ad maturitatem pervenit. Vino non niſi importato utitur & exotico, ejus enim proventu caret, ut Sale, quod ex Britannia venale accipit. Animalia omnis generis, ſed parva producit: in Sylvis etiam quibus regio operta eſt, Vri, Alces, Biſontes, Equi ſilveſtres, Onagri, Cervi, Damæ, Capreæ, Apri, Vrſi, Martes, & reliqua genera Ferarum magno numero ſtabulantur, Et ut Avium & imprimis Ficedularum copiam taceam: eſt in Lithuania & Moſcovia Animal voraciſſimum *Roſſomaka* dictum, magnitudine Canem, facie Felem, corpore & cauda Vulpem referens, colore nigrum. Cadaveribus veſcitur, inventoque cadavere, adeo ſe ingurgitat, ut extendatur & inflетur in morem tympani: atque ijs quæ voravit identidem egeſtis non prius vorare deſinit quam totum cadaver abſumpſerit. Fuit gens Lithuanorum annis ſuperioribus adeo obſcura & contempta apud Ruthenos, ut Principes Kiovienſes ab ea ſola perizomata & ſubera ob egeſtatem & ſoli ſterilitatem in ſignum ſubjectionis exigerent, donec *Vithenes* Dux Lithuanorum rebellionem contra Ruthenos inducens, & ſeipſum Ducem inter populares cõſtituens, aſtu Principes Ruſſię aggreſſus conflixit, ſenſimque adeo crevit viribus, ut jugo Principibus Ruſſiæ injecto, eos adegerit ad tributa pendenda. Hujus poſteri hoſtilibus & ſubitis incurſionibus finitimas gentes invadebant & diripiebant: donec Cruciferi Teutonici ordinis eos debellare & opprimere cœperunt, tamdiu donec ad Olgerdum & Ceyſtutum duces Lithuaniæ ſucceſſive pervenerunt. Poſt vero *Iaggello* Dux magnus Lithuaniæ factus eſt, qui poſtea & *Vladiſlaus* appellatus. Hic a Cruciferis & Chriſtianorum exercitibus ſæpenumero preſſus, Deo miſerante ad Polonos declinavit, & Chriſtianam religionem amplexus baptiſmatis ſacramento initiatus, ducta in matrimonium Heduigi Regina Poloniæ, Rex Poloniæ factus eſt. Terram vero Lithuaniæ germano ſuo *Skirgelloni* tamquam ſupremo Duci Lithuaniæ regendam commiſit. Ante Iagellonis tempora paganiſmus per omnem Lithuaniam vigebat, quo in regem Poloniæ adſcito baptiſatoque anno CIↃ CCC LXXXVI miſſa idololatria, ſanctam Chriſti fidem recepit. Lithuaniæ magnus Ducatus nunc in decem Palatinatus ſeu Provincias præcipuas eſt diviſus, quarum Metropolis, & Caput hoc tempore eſt *Vilna*. Indigenis *Vilenſki*, Germanis autem vulgo, *Die Wilde*: quæ ad Viliæ & Vilnæ confluentes anno CIↃ CCCV a Gedemino Duce condita, nunc eſt ſedes Palatini inter Lithuanos primi, & Epiſcopi Romanæ obedientiæ Leopolienſi Archiepiſcopo ſubditi & Metropolitani Ruſſiæ: qui ſeptem ſub ſe Epiſcopos Græci ritus habet, *Polotiæ*, *Volodomiriæ*, *Lucæ* in Volhinia, *Lucſko*, *Pinſeæ* ad Pripetium flu. *Kyoviæ*, *Premiſſiæ* & *Leopoli*. Eſt autem Vilna urbs copioſa, ampla & celeberrimi nominis, muro cincta & portis, quæ numquam clauduntur. Domus in univerſum ſunt ligneæ, depreſſæ ac humiles, nec cubilibus nec coquinis, imo nec ſtabulis, licet jumenta & beſtias complures alant, diſtinctæ, nec optimo etiam delectu collocatæ, certis quibuſdam plateis exceptis, in quibus ab exteris nationibus, quæ commerciorum gratia, hanc urbem frequentant, lapideæ & elegantes conſtructæ ſunt ædes, quibus Germanorum, & palatij vicus condecorantur. Regium eſt Vilnæ palatium, alterum admodum amplum, plena cænaculorum ſtructura celebre. Alterum turribus in monte conſpicuum, ad radices armamentarium habens, in quo machinæ bellicæ omnis generis non paucæ conſpiciuntur, cum tamen in univerſa paſſim Luthuania, nulla ullius Metalli fectura, vena ve reperiatur. Templa ſunt pleraque lapidea, quædam etiam lignea. Elegans eſt Bernardinorum Cœnobium, ſecto ex lapide, venuſta ſtructura clarum. Quemadmodum & Ruthenorum aula, in qua ipſi merces ſuas ex Moſcovia allatas diſtrahunt. Nulla in ampla hac urbe ſunt Xenodochia, nulla pauperate afflictis aſſignata loca, ubi miſericordiæ refocillentur operibus. Opidani autem omnes, Magiſtratu tantum excepto; caupones ſunt, Cereviſiam, Medonem, aut Vinum igni eliquatum propinantes: & liberum cuique permittunt, ædes ſuas tuto intrare; aſſidere foco, & unum de quocumque liquore velit hauſtum gratis bibere ac deinde exire. Verum ultra ſi bibat, ſi prandium aut cœnam cum hoſpite ſumat, tum pretium quoque ſolvat neceſſe eſt, ſed perexiguum. Secundus Palatinatus eſt *Trocenſis*, cujus Opida ſunt *Grodna* ad Cronium flu. ubi Stephanus Rex Poloniæ obijt. *Launa* ad Croni & Viliæ confluentes *Kowno*, *Lidna*, & *Vpita*. Tertius Palatinatus eſt *Minſcenſis*. ibi *Minſco* civitas & arx, *Keidanou*, *Radaskou*, *Boriſſou*, *Lohoiſco*, *Swiſlocz*, *Bodroisko* & *Odruczko*. Quartus Palatinatus eſt *Novogrodenſis*, in quo *Novogrodeck* Civitas ampla & lignea, *Slonim*, *Wolkoviska*, & alia Opida complura Quintus Palatinatus eſt *Breſtienſis* a Breſtia civitate ampla & lignea ſic denominatus, & in hoc civitas *Pinsko*. Sextus Palatinatus eſt *Volhiniæ* in qua *Luca* Epiſcopi ſedes, *Volodimiria*, *Cremeneſia*. Septimus Palatinatus eſt *Kioviæ*, quæ urbs quondam ampliſſima & vetuſtiſſima, ut ruinæ quæ ad ſex milliaria ſe extendunt, facile indicant, fuit & ad Boryſthenem ſita. Ibi & *Carcas*, *Kaniou* & *Moſer* Opida. Octavus Palatinatus eſt *Mieciſlavienſis* ad Soſam & Boryſthenem in finibus Moſcoviæ, ibi *Mieciſlavia*, *Dambrouna*, *Copycz*, *Sklou* Comitatus, *Mohilou*, *Bychou*, *Reczycza*, *Striſin* Opida cum arcibus ſita ſunt. Nonus Palatinatus eſt *Vitebſienſis* in quo *Vitebsk* civitas ad Dunam fluvium ſita, & *Orſha* ad Boryſthenem. Decimus Palatinatus eſt *Polocenſis*, qui a *Poloczko* ad Polotæ, & Dunæ confluentes iter Vitebſam & Livoniam interjecta nomen ſortitur: ibi, *Diſna*, *Driſſa*, & *Druha* Opida cum arcibus viſuntur. Hiſce expoſitis demus Lithuaniæ ſuos amnes. Lithuaniam a parte orientali terminant, *Oſcol*, *Iugra*, minor

*Regio unde dicta.*

*Situs.*

*Soli qualitas.*

*Soli fertilitas.*

*Animaliũ varietas.*

*Majorum. Imperium*

*Vrbes.*

*Flumina.*

LITHVA:
:NIA.
LIVONIAE PARS
CVRLAND
Semigalen
Maris
Baltici
pars
Samo
gi:
tia
MAG
DVCA
TVS
LI
THVA
NIAE
POLOCENSIS
DVCATVS
NVS
MOS
CO
VIAE
Biel
ska
Smolenckia
PARS
PRVS:
SIÆ
PERS
MAZOVIAE
PARS
POLONIA
VOLHINIA
PODOLIA
Salmatia lago
Amadoca lago
Nigra Sylua
Miliaria Lithuanica communia
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio
Occidens
Oriens
Meridies
septentrio

minor *Tanais*, hi & plurimi alij in Tanaim deflunt. Eſt & in dominio Lithuanorum *Boryſthenes*, qui ex terra plana & paluſtri ortus, per Ruſſiam delatus in Pontum Euxinum tandem exit. De illo multa Herodotus lib. IV. Habet etiam perpulchra quædam Marcellinus li. XXII. Meminit ejus præter Strabonẽ etiam Mela, & Solinus. ſunt & *Vilia* & *Niemen*, hic valde flexuoſe decurrit: naveſque deferens & merces tandem in mare Prutenicum ſuas aquas exonerat. *Dumvina*, & alij, quibus ut & Lacubus & Stagnis irrigua eſt. Omnes autem iſti fluvij & lacus maximam piſcium copiam ſubminiſtrant, ſuntque piſces optimi ac gratiſſimi ſaporis. Eſt præterea regio Sylvis operta, quæ admodum magnæ ſunt, decem, aliquando quindecim milliarium. Provinciarũ autem Lithuaniæ Palatinos & Caſtellanos Sigiſmundus Auguſtus Poloniæ Rex in comitijs Lublinenſibus in unum Reipublicæ corpus, cum Polonis univit, & certum ſingu lis Proceribus. Epiſcopis, Palatinis & Caſtellanis Lithuanis locum ac ordinem in Senatu Regni attribuit, ita, ut ex univerſo Regni Poloniæ omnibuſque provincijs illi conjunctis, ſint in Senatu Epiſcopi quindecim, Palatini triginta unus, Caſtellani majores triginta, minores quinquaginta, & qui officiales Regni nominãtur, Marſchalci regni & curiæ Cancellarij ac vice Cancellarij ac Theſaurarij II: de quibus in Polonia latius. Colebant olim Lithuani Numina Ignem, Sylvas, Aſpides & Serpentes: Ignem qui per ſacerdotem lingua ipſorum *Zincz* nuncupatum, ſubjectis lignis adolebatur; Sylvas autem & Locos ſacroſanctos & habitacula deorum putabant. Aſpides vero atque Serpentes in ſingulis domibus velut Deos Penates nutriebant & venerabantur, Solvuntur, apud Lithuanos facile matrimonia mutuo conſenſu, & iterum atque iterum nubunt, & inter ſe matronæ palam concubinos habent maritorum permiſſu, quos connubij vocant adjutores: contra pellicatus viris probro datur. Cum quis forte capite damnatus fuerit, de ſeipſo jubente Domino ſupplicium ſumere, ſuiſque manibus ſe ſuſpendere cogitur, quod ſi recuſaverit, tantiſper minis & verberibus exagitatur, donec mortem ſibi inferat. Armenta victum præbent multo lacte utentibus. Panis vulgi nigerrimus eſt. Ex Siligine aut Hordeo una cum furfuribus. Divitum autem albiſſimus, ex puro Tritico pinſitur. Vini apud eos rariſſimus uſus, Cereali poculo multi utuntur, plebeium vulgus aqua. Cereviſiam coquunt diverſimode & ex varijs granis, puta Frumento, Siligine, Hordeo, Avena, Milio, ſed inſipidam. Medone & ſpiſſo & tenui & vario modo cocto abundant, & illo reficiuntur & inebriantur. Lithuania difficilis aditu ac quodammodo inacceſſa, aquis omnia obtinentibus: hyeme commercia cum Lithuanis habiliora paludibus & ſtagnis alta glacie cõncretis, niveque ſuperinfuſa fiunt omnia Mercatoribus pervia. Opes apud eos præcipuæ Animalium pelles, Muſtelinæ, Vulpinæ & pretioſiores, ut Ictidibus (quas Martes vocant) & Scythicis Muſtelis detractę, quibus Sebellinis nomen eſt. Ex his magnũ quæſtum faciunt, ut ex Cera, Melle, Cinere & Pice. Omnis item roborea illa materia quæ *Wagenſchot* noſtratibus dicitur & ex qua in Germanię inferioris & Belgicę maritimis regionibus univerſa fere lignea opera Architectonica tam publica quam privata, domorumque magna ex parte ſuppellex & utenſilia parantur, his partibus cæditur, illincque ad nos per Balthicum & Germanicum Mare advehitur. Sed de Lithuania ſatis. De Reliquis nunc paucula ſubjungamus.

*Sylvæ.* *Senatores*

*Victus.*

*Mercimonia.*

Sequitur in titulo noſtro *Samogitia* (quod eorum lingua terram inferiorem ſonat) Ruſſis *Samotzkaſemla*: Regio Septemtrionalis & ſatis ampla, Lithuaniæ proxima, Sylvis & Fluminibus circumſepta, quinquaginta milliarium longitudine. A Septemtrione Livoniam habet, ab Occaſu Mari Balthico ſive Germanico, qui Sinus Balthicus proprie nuncupatur, nonnihil verſus Septemtrionem reflectendo, alluitur, vicina eſt etiam Boruſſia. Abundat nobiliſſimo, candidiſſimo ac puriſſimo Melle, quod in omni arbore excavata invenitur. Opidum nullum habet, nõ arcem, nobiles in tugurijs vivunt, ruſtici in caſis. Gens hujus regionis proceræ & pulchræ ſtaturæ, agreſtis tamen & incultis moribus, parco victu vivens, ſitim aqua ſedare ſolita, raro Cereviſia aut Medone, Auri, Argenti, Æris, Ferri, Vini ante noſtra tẽpora expers & ignara: apud hos licitum erat uni viro plures habere uxores, & patre mortuo Novercam Fratreque Fratriã in uxorẽ accipere. Gens præterea ad divinationes & auguria proclivis. Præcipuũ numen Samogiticũ erat ignis, quem ſacroſanctum & perpetuum putabant, qui in montis altiſſimi jugo aſſidua lignorum appoſitione a ſacrorum ſacerdote alebatur. Vladiſlaus autem Rex turrim in qua is cõſiſtebat, incendit, ignemque disjecit & extinxit. Succidit deinde per milites ſuos Polonicos Sylvas, quas tanquam ſacras & Deorum habitacula Samogitæ, juxta illud poetæ, *Habitarunt dij quoque Sylvas*, venerabantur. Anno itaque CIↃ CCC LXXXVI Chriſtianam religionem profiteri cœperunt Apud Samogitas item & Lithuanos nubiles puellæ multis in locis geſtant tintinnabulum, quod funiculo alligatum e cingulo dependet uſque ad genua. Nec ducuntur, ſed rapiuntur in matrimonium, veterum Lacedæmoniorum more a Lycurgo inſtituto. Rapiuntur autem non ab ipſo Sponſo, ſed a duobus Sponſi cognatis. At poſtquam raptæ ſunt, tunc primum requiſito Parentum conſenſu, matrimonium contrahitur. Cum nuptiæ jam celebrantur, ſponſa ducitur ter circa focum. Deinde in ſella ibi collocatur, cui inſidenti pedes lavantur. Ea vero aqua, qua ſponſæ lavantur pedes, conſpergitur lectus nuptialis, ac tota ſuppellex domeſtica, ut & invitati. Poſtea ſponſi os oblinitur Melle, & oculi teguntur velamine, velatiſque oculis ipſa ducitur ad omnes ædium fores, quas jubetur contingere ac pulſare dextro pede. Ad ſingulas fores circumſpergitur Tritico, Siligne, Avena, Hordeo, Piſis, Fabis, & Papavere. Is cui hoc injunctum eſt, cum illam circumſpergit, ait nihil horum defuturum Sponſæ, ſi Religionem pie coluerit, remque domeſticam curaverit ea diligentia qua debet. His actis aufertur Sponſæ velamen ab oculis, & convivium celebratur. Veſperi cum Sponſa ad lectum deducenda eſt, inter ſaltandum ei abſcinduntur crines: quibus abſciſſis, mulieres imponunt ei ſertum, niveo linteolo adornatum, quod uxoribus geſtare licet, donec filium pepererint, Ad extremum introducitur in cubiculum, ubi pulſata & verberata conijcitur in lectum, Sponſoque traditur. Tertium locum tenet *Ruſſia*, quo nomine hoc loco *Ruſſiam* Meridionalem ſive *Nigram* intelligimus, cujus urbs primaria *Leopolis* Emporio & Archiepiſcopali ſede celebris. Diſtrictus præter Leopolienſem ſunt, *Halicenſis*, *Belzenſis*, *Chelmenſis*, & *Præmiſlienſis*. Reſtat denique *Volhinia* quæ inter Lithuaniam, Podoliam, & Ruſſiam ſita, Frugibus abundat propter agri fertilitatem. Incolæ ſtrenui & bellicoſi ſunt, Rhutenicoque idiomate moribuſque & religione utuntur, qui quidem a Volga fluvio ampliſſimo Volgari dicti in hanc regionem venerunt, quam a ſuo nomine Volgariam, poſtea ſucceſſu temporis *Vuoloniam*, ſeu *Volhiniam* nuncupaverunt. Regio hæc ad magnum Lithuaniæ Ducatum pertinebat, ſed nunc regno Poloniæ adjuncta eſt. Diſtrictus habet tres, *Lucenſem*. *Volodimirienſem*, & *Cremenecenſem*: ſuntque tres civitates provinciales *Lenczco*, *Vuolodomiria*, & *Kyzemenec*, quę complura Opida & munitiones ſubjectas habent. Lacus hic & Stagna plurima Piſcibus referta, ac Sylvæ Feris. Eſt & in hac Tabula *Podolia* ſita ad Tyram fluvium qui *Nyeſter* dicitur, ab Ortu habet vaſtiſſimos campos & inhabitatos, uſque ad paludem Mæotidem: regio eſt fertiliſſima, ſemel ſeritur, ter metitur: pratis ita luxuriat, ut ſæpe Boum cornua vix e gramine appareant: ager tamen durus eſt, nec poteſt proſcindi niſi ſex bubus robuſtiſſimis aratro junctis. Vrbes præcipuæ ſunt *Camieniec*, *Bar*, *Myedziboſz*, *Breſania* & *Braſlaw*. *Bar* condita eſt a Bona Regina Ioannis Sfortiæ Ducis Mediolani filia, Sigiſmundi Regis uxore. Sed de hac Tabula quæ dicta ſunt hactenus, ſufficiant, ad Tranſſylvaniam pergimus.

*Samogitia, Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Mores Victus.*

*Ruſſia.* *Vrbs Leopolis.* *Volhinia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.* *Lacus.* *Sylvæ.* *Podolia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.*

# TRANSSYL-
# VANIA SIEBEN-
# BVRGEN-

DAciæ veteris *Transſylvania* pars eſt Mediterranea, quam Ripenſem Romani dixere, nomen nunc habet a ſylvarum montiumque ambitu; Sylva eſt Hercynia; mons Carpathus. Dicitur & *Septemcaſtrenſis* vulgo, nomine a voce Germanica *Siebenburgen* mutuato, ac *Erdeli* Hungaris. Terminant eam ab occidente Pannonia, a Septemtrione Polonia, ab Auſtro Valachia, ab Oriente Moldavia. Eſt autem Tranſſylvania rerum omnium quæ ſuſtentandæ hominum vitæ ſunt neceſſariæ feraciſſima. Frumenti per univerſam hanc regionem magna eſt ubertas: Præter experientiam quotidianam teſtatur id Traiani numus in quo Ceres erecta, dexteratenens Cornu Amaltheæ, læva tabellam: cum hac epigraphe *Abundantia Daciæ*. Vinum fert præſtantiſſimum ad Albam Iuliam, Devam, Egmedinum, Birthelbinum, Fenuſcium. Mellis Etiam hic tanta copia eſt, ut præter communem uſum obſervatum, Incolæ peculiarem adinvenerint: ex eo enim delicatum potum conficiunt, qui etiam rerum peritis Vinum Creticum ſeu Malvaticum opinantibus, facile imponat. Fructuum item magna copia eſt, inter quos ut reliquos omittam præſtantiſſima Pruna Damaſcena vulgo dicta, Mala Cotonea, Ceraſa dulcia, quæ cum Maroſticanis Italicis conferri poſſunt, Melopepones vulgo Melones, præſtantiſſimi. Herbæ etiam nobiliores paſim creſcunt: Rha Ponticum, Centaurium majus. Gentiana maxima flore flavo & purpureo, Rhodia radix, Abſinthium Ponticum, Libanotis prima Theophraſti, Crocus, aliæque ſexcentæ. Metallorum fodinæ nobiles permultæ, Auri etiam ad Sculattim, quæ Zulakna dicitur Hungaris, & ad *Rimili Dominurdz*, quod ſonat Rivulum dominorum. His locis exſcinduntur glebæ Auri puriſſimi cujus effoſſi ſtatim uſus eſſe poſſit ſine ulla accurata ſeparatione. Auri hanc ubertatẽ teſtantur frequentes Romanorum numi aurei, qui his locis ſæpe effodiuntur: quorũ parte altera viri eſt effigies cum petaſo, & hac inſcriptione C. CATO. parte altera Dacia forma Divæ, libellam dextera tenens cum inſcriptione AVR. PVR. Argenti fodinæ ſunt ad *Offera & Radna*, Cuprum iiſdem montibus effoditur quibus Aurum & Argentum. Chalybs ad *Cyk*, Ferrum ad *Thoroſko* & *Vaidahuniadæ*: Sulphur & Antimonium in Cupri fodinis. Salis autem foſſilis tanta copia eſt, ut vicinis regionibus abunde ſubminiſtret. Boum præterea tanta multitudo, ut etiam prẽgrandes ſinguli ſingulis ſæpe florenis vendantur. Quid dicam de Equis, quos generoſos & prẽſtantes producit, queis per ſe mollis alterno crurum explicatu glomeratio? Quid Avium varia genera commemorem? Aquilas, Falcones, Phaſianos, Perdices, Pauones ſylveſtres, Gallinagines, Scolopaces Olympio, *Ruſticulas* Plinio, vulgo *Sneppas*, & Gallos? Quid aquatiles? Cygnos, Tardas, & Onocrotalos? Et ut ab avibus ad Feras tranſeam. Habet hæc regio Saltus prægrandes ac Nemora ingentia, in quibus Vri, Bubali, Alces, Cervi immanis magnitudinis, Lynces, Martes, Mures Pontici, Vrſi, Damæ, & Lepores albi. Coluere hanc regionem jam olim variæ gentes *Iazyges*, quorum etiam hodie reliquiæ ſunt in Hungaria: tum *Metanaſtæ* etiam Plinio nominati, & *Getæ*, *Baſtarnæ*, *Sarmatæ*, *Græci*, *Romani*, *Scythæ*, *Saxones*, *Hungari*. Romani eam ſero debellarunt: Nam Traianus Imperator victo Decebalo Dacorum Rege, primum eam in Provinciæ formam redegit, cujus rei argumento Milites Romani hos verſiculos perpetuo Monumento celebres decantabant: NONNE TIBI DIXI DICEBALE? FVNESTVM EST HERCVLEM LACESSERE. NON RECTE FACIS, TVA IPSE QVOD IACES MANV: SED DE VTCVMQVE CÆSAR VICIT, TVLIT TIBI SEMPER AVGVR AVGVSTALIS. Decebalus n. iſte capta Regia, cũ omnis Regio in poteſtatem Romani Imperij veniſſet, necem ſibi cõſcivit, cujus caput tandem Romam delatum fuit. Idem Trajanus urbem Zarmizegethuſam vocavit de ſuo nomine *Vlpiam Traianam*. Vlpianus lib. 1. de Cenſibus. *In dacia quoque Zermenſium colonia a Divo Traiano deducta, juris Italici eſt, Zarmizegethuſa quoque ejuſdem juris eſt.* Exſtat autem hic Vlpiani locus Digeſtor. lib. 1. Tit. xv. Eam Galienus ducentos poſt annos amiſit, exque eo tempore humanitate ſermoneque & elegantijs Romanorum depoſitis, cœperunt Incolæ ferociam Barbariemque priſtinam repetere, Valachorum etiam nomine adſumpto. Poſt Romanos Schythæ Attila duce hæc loca inſedere, ſeptemque ſedes liberas ſibi exſtruxere. Scythis Saxones ſucceſſerunt, Caroli Magni tempore, qui patria deſerta hæc loca inſedere, exſtructis ſeptem ad Schytharum exemplum urbibus liberis. Poſtremo etiam *Hungari* alios ſubſequuti, partim loci vicinitate allecti ſe Dacis miſcuere: partim injurijs provocati, ſub Stephano Pannoniæ rege quem Sanctum indigitant, totam iſtam regionem expugnavere. Ab his ſtructa ſunt etiam aliquot Opida. Pars Tranſſylvaniæ montoſa, ſero devicta eſt a Mathia Huniade qui Corvini cognomentum habuit poſteaque a Stephano Hungariæ Rege. Mathias ille Draculam quendam Tranſſylvaniæ montoſæ Voivodam hominem inauditæ crudelitatis vivum cepit, & poſt decennij carcerem priſtino loco reſtituit. Ferunt hunc Draculam Turcis legatis quod honorem depoſitis tiaris (quas *Turbant* vocamus) non præſtitiſſent, tres clavos per diademata illa in caput uſq; adegiſſe, ut ſi vellent cidarim deponere non poſſent. Turcas plures captos palis confixit, & inter eos de more cænavit. Alijs plantas pedum excoriavit, eaſque ſale conſperſas capris lingendas exhibuit. Tranſſylvania nunc in tres dividitur nationes ſuis inter ſe moribus & legibus diſſidentes & diſtinctis terrarum locis provinciam incolentes, videlicet in *Saxones*, *Ciculos* & *Hungaros*. *Tranſylvani Saxones*, ſicut cæteræ omnes nationes Germanicæ, habent peculiarẽ linguæ dialectum. Vrbes & arces incolunt munitiſſimas, & cæteris nationibus præſtant, Sedes eorum ſunt ſeptem, nempe *Zarwarienſis*, *Zabeſienſis*, *Millenbach*, *Reuſmarck*, *Segesburgenſis Schesburch* forte, *Olczna*, *Schenkerſtul*, & *Rupenſis*, ſed *Reps* forte, quæ ſingulæ pagos aliquot ſubjectos habent. *Ciculi* Moldaviæ finitimi a Schythis oriundi ſuis legib. & moribus vivunt, ſuaque officia ſorte diſtribuunt. Nemo apud illos ignobilis eſſe conſetur, etiamſi manu aratrum tractet, aut caprino gregi præſit. Hi in ſeptem ſunt diviſi regiones quas ipſi ſedes vocant, quarum nomina ſunt: *Sepſi*, *Orbai*, *Kyſdi*, *Czyk*, *Gyrgio*, *Marcus Zeek*, *Aranyas Zeek*. *Hungari* & Nobiles Tranſſylvani paſſim intermixti Saxonibus cum Ciculis, propemodum tam ſermone, quam veſtitu & armis conveniunt. Omnes ſimul Tranſſylvani ad nonaginta & amplius armatorum millia ſuppeditant. Sunt autem in Tranſſylvania ſeptem urbes celebriores locorum intervallis

*Regiõ. Vnde dicta.*

*Situs. Soli fertilitas.*

*Animalium varietas.*

*Imperium Majorum.*

TRAN
SYLVA
NIA

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

Miliaria Germanica com:

diſtantes,inter quas *Cibinium* eſt Metropolis a Cibinio amne nomen ſortita, quę & *Hermanſtat* diciturab Hermanno ejus Conditore.*Seben*Hungaris. Sita in planitie,nullis prope montibus impeditur, quin ſe in admirabilem latitudinẽ aperiat. Non multo minor eſt Vienna Auſtriæ:arte & natura multo eſt munitior : nam propter frequentes piſcinas & ſtagna non patet exercitui ad eam aditus. Parochiam etiam cathedralem habet. Magiſtratu regitur prudentiſſimo cui non facile alium prætuleris, ad quem nemo, niſi qui multis teſtimonijs fidem ſuam Reipubljcæ probarit, admittitur.Pagos Regios decem, & octo tributarios habet. *Braſtovia* ſive *Corona* Germanis *Cronſtat*, quæ & *Stephanopolis*, intra montes amœniſſimos ſita, mœnibus, foſſis & propugnaculis ſatis munita eſt. Hic Academia & Bibliotheca inſignis. Habet tria Suburbia diſtinctis vallibus poſita, quorum unum incolunt Bulgari, alterum Hungari, Saxones Agricolæ tertium. Per ſingulos fere vicos rivuli deſcendunt ſaluberrima Fontium ſcaturigine perpetui. Campos habet planiſsimos,longe lateque denſis Montibus cinctos, Alpibuſq;altiſsimis a Valachia Tranſalpina dividitur; Frumento & Lino præcipue abundat, eſtq ; quaſi Horreum vicinarum gentium. In hac civitate qui Reipublicæ clavum tenent,viri ſunt graves & maturi,diverſarumq; Linguarum periti Rempub. ſummo ſtudio foventes. Cives autem & belli & pacis artibus ſunt inſtructiſsimi.*Biſtricia Noeſenſtat* in ampliſsimæ vallis planitie ſita,utrinque vitiferos colles habet. Per mediam Vrbem fluvius ejuſdem nominis labitur ad Meridionale latus inferioris ſuburbij declinans, qui ſtatim poſt duo milliaria Zamoſo Amni, conjungitur,Fundulis imprimis abundans.*Segeſwaria Scheſpurg* partim in edito colle, partim infra ad radices habitata. Inferior tamem ejus Pars cultior exiſtit, ob faciliorem Rerum neceſſariarum copiam. Fluvius idem Mœnia hujus Civitatis pariter & Megienſis præterlabitur, qui paullo ſupra Albam Iuliam in Maruſium influit.*Megies Mydwiſch*,in meditullio Trãſſylvaniæ ſita, ferax Vini,ac rebus alijs omnibus ad quęſtum & victum pertinentibus ſatis referta.*Zaheſus* ſive *Zaaz* in planitie,valle profundiſsima,aquis Piſcium fœcundiſſimis munita jacet.Hanc primariam Saxonum ſedem fuiſſe dicunt. Et *Coloſwaria*, *Clauſenburg*, itidem in planitie ſuaviter admodum ſita, tam murorum ambitu foris, quam ædificiorum ſtructuris intus ſplendida. Eam Saxones mixti Pannonibus incolunt,qui Iudicem & Cõſules alternis vicibus quotannis concordibus ſuffragijs,nec diſpari numero eligunt.Hic ad Portam Portinam hoc Epigramma adſcriptum conſpicitur.

I. M. N.
*TRAIANO PRO SALVTE IMP. ANTONINI ET M. AVRELII. CAESA. MILITES CONSISTENTES MVNICIPIO POSVERVNT.*

Eſt & hic *Alba Iulia* urbs vetuſtiſſima,ac ſede Epiſcopali celebris.Hęc in colle declivi ſita,circumfuſa undiq ; ad duo fere millia paſſuum planitie. Ab Ortu fluvium Maruſium, & ex altero latere amnem *Ompay* Hungarice vocatum, ex Alpibus deſcendentem habet.Olim *Tarmis* dicta,ac Regis Decebali Regia tempore Traiani fuit.Numerantur etiam in Tranſſylvania quo ad penſiones taxarum octo parochialia Capitula præcipua,quæ ſimul Vniverſitatem appellant. *Biſtricienſe* Capitulum habet Biſtriciam cum XXIII pagis regijs. *Regnenſe* Capitulum *Regen* forte, habet pagos plus quam triginta, *Barcenſe* Capitulum *BarZaZarg* habet Coronam civitatem cum tredecim pagis regijs.*Kildenſe* Capitulum habet Segeſburgam, & pagos quadraginta octo. Duarum ſedium Capitulum complectitur civitatem Megienſem cum pagis triginta ſex.*Cibinienſium* Capitula duo,quorum unum habet *Cibinium* & pagos viginti tres, alterum Capitulum Cibinienſe,quod vocant *Surrogativa*,continet pagos circiter XXII.*Zabeſienſe* Capitulum habet *Zabeſium* cum pagis ſeptemdecim, Non deſunt huic regioni Stagna atque paludes, quæ Piſcibus præſtantiſſimis affluunt. Fluvij navigabiles tres ſunt, *Aluta*, *Moroſſus*,*Samus*: quorum duo priores e montibus Scythicis originem ſuam trahentes, hic in Tibiſcum,ille vero recta in Danubium tendens, delabuntur;tertius *Samus* (*Thimes*,Germanis & Hungaris ) ex Alpibus,Calota dictis,oriens,qui itidem in Tibiſcum delabitur.Sunt præterea & alij amnes,ut *Chicel* maior & minor *Sabeſus*,*Chryſus*,*Chryſolores*,*Strygius*,quorum tres ultimi aurea ramenta ferunt,Aurique fragmenta quandoque ſeſquilibrialia trahunt.Piſces in ijs & ſupra dictis optimi,ac varij reperiuntur;Acipẽſer nimirum magnus & parvus,Cyprinus trium generum, Salmo, Lampetra fluviatilis & lacuſtris. Silurus, Mulus barbatus dictus, Murenæ genus rarum Truta alba, & nigra, Gobij ſquammati ac ſine ſquammis alijs penitus incogniti. De Lupis, Percis, Tincis, Murena vulgo dicta nihil memoro ; qui Piſces inauditæ fere magnitudinis inveniuntur. Montes item ſunt Valachię Ciſalpinæ,& Moldaviæ vicini,qui Agaricum,ac Terebinthum ſtillant.Sylvæ frequentes,inter quas Hercynia,in quib. prę- ter feras ſupra memoratas jubati Boves,& ſylveſtres Equi,quibus juba ad terram uſque demiſſa.Sunt præterea in hac regione arces plurimæ, eæque munitiſſimæ. Inter quas primum occurrit Rubea turris arx fortiſſima, ſita in Alpibus juxta decurrentem amnem,ubi anguſtus inter montes introitus patet in regionem,eſtque ceu propugnaculum totius terræ.ut ab illa parte nemo ingredi queat,ſi arcis præfectus repagula obijciat. Eſt & alia arx munita infra opidũ Millembach juxta Brøs Opidum, ubi quoque juxta fluvium inter convalles & nivoſas alpes iter eſt in Tranſſylvaniã ducens,& aliæ. Nunc ſequitur ut de moribus aliquid ſubjungamus,qui varij ſunt,quia a varijs gentibus, (ut ſupra vidimus) & olim occupata fuit,atque etiam hodie tenetur. Valachorum gens eſt aſpera, bonarum artium atque diſciplinarum expers, Religionis Græcæ, moribus Paganiſmum redolentibus, quum & divinaculos in pretio habeant, & per Iovem, Venerem ( quam ſanctam vocant ) jurent, & multis alijs rebus ad Gentilium ritus accedant ; quinetiam neq; opida habeant, neque domos lateritias, ſed in ſaltibus degentes arundine duntaxat adverſus injuriam cæli muniantur. Reliqua pars Tranſſylvaniæ, multis partibus eſt ut ſolo cultior, ita & Hominibus moratior. Scytharum in Tranſſylvania lingua exigua dialecto ab Hungarica hodie differt ; quondam tamem maximum idiomatis diſcrimen fuit, ut & ſcriptionis, quam illi Hebræorum more a dextra orſi lævam verſum exarabant. Ciculi,genus Hominum ferox,& bellicoſum, inter quos nullus neque nobilis neque ruſticus, omnes eodem jure cenſentur, Helvetiorum inſtar, ut ſupra quoque diximus. Hungarorum magna præ alijs potentia, & auhoritas eſt. Nam & Principes, & alij ferme in Regno Magiſtratus ex ipſis creantur.Neque tamen creatio ab ipſis ſolum, ſed etiam ab alijs duobus Tranſſyluaniæ populis Saxonibus nimirum & Ciculis dependet.Horum dignitas perennis eſt,merumq;Imperium. Et hæc hactenus de Tranſſylvania breviter dicta ſufficiant.

*Lacus Flumina.*

*Montes. Sylvæ. Opera publica.*

*Mores*

# TAVRICA CHERSONESVS.

*HERSONESVS* a Tauris Schythię Europeæ populus *Taurica* cognominata Ptolemæo, Scytharum Regio eſt, quæ & *Scythica* Straboni dicitur. Hanc *Taurorum Peninſulam* Latine dixit Plinius lib. 11. cap. xcvi *Cherroneſum Ponticam* Appianus in Mithridaticis, *Cherſenam* Paulus Diaconus. Hodie *Perokopska* & *Geſara* Antonio Pineto, aliis *Præcop* & *Tartaria minor* dicitur. Ampla eſt Peninſula, inter Pontum Euxinum & Mæotidē paludem uſq; ad Boſphorum Cimmerium, qui Europam ab Aſia diſcernit, verſus Ortum porrecta. Longa eſt xxiiii milliaria; Lata xv. Peninſula quæ ab Oriente & Meridie a Perecopia media eſt, hyemen placidiſſimam, & Aërem temperatiſſimum habet. Nam in fine Decembris hyemis initium, in medio vero Februario hyemis aſperitas, quæ magis nivoſa, nec tamen integro triduo illa magis durat, quum frigida & gelu conſtans eſt : Nec diutius quam ad initium Martij illa durat : Sub initium itaque Veris, & in Autumno fere calidiore Aër peſtilens plerumq; efficitur. Vniverſa autem ipſa Regio Frugum feraciſſima eſt ac paſcendis gregibus atque armentis valde idonea. Sed quamvis ſolum fertile Incolæ habeant, plurimi tamen agros non colunt, nec ſerunt. Equis, Camelis, Bobus, Vaccis, Pecore & Ovibus abundant, ac inde victitant. Eſt præterea Avium delicatiſſimarum ibi copia, quas aliquando Chriſtiani vel Turcæ, rarius tamen peregrini Poloni capere ſolent, Venationes Cervorum, Caprarum, Aprorum & Leporum in ditione Tartarica & Turcica mari vicina, ſunt plurimæ. Cherſoneſum autem hanc mediam horridi & ardui Montes velut Apenninus Italiam in Boream & Auſtralem dirimunt. Auſtralem cujus Metropolis eſt *Capha* Mahometes anno cıɔ cccc lxxv occupavit, & ſibi tributariam fecit. In Boreali vero parte Tartari, Crimæi vulgo appellati latiſſimos inter Boryſthenem & Taniam campos, paſcuis ſubinde mutatis pervagantes, ſedem Regiam annos jam fere quadringentos habuerunt Opidum Crimæum, unde & Crimæi Tartari appellati fuerunt. Hi poſtea perfoſſo Tauricæ ad inſulæ formam Iſthmo, circa foſſam eam quam Præcop appellant, Civitatem ejuſdem nominis & Regiam ſedem cum condidiſſent, Præcopenſes Tartari inde dicti ſunt. Horum Rex Turcis fœdere & ſocietate conjunctus cum proprios fratres (inſtigantibus Turcis) a quibus bello petebatur, ſubmoviſſet, & Capham obſidione premeret, a ſuis Conſiliarijs ad hoc amplis muneribus corruptis, cum duobus filiolis in fruſta conciſus, Ottomannicæ amicitiæ infœlix exemplum præbuit: Eo enim occiſo Tartari, qui hactenus liberi & indomiti, ex ſocijs & fratribus Ottomannorum facti ſunt ſervi, & more aliarum Turcicarum Provinciarum non Regem, ſed Beglerbegum, id eſt Vice-Regem accipere ſunt coacti. Quale autem ſit Turcicum imperium ex Walachiæ, Græciæ & Imperij Turcici deſcriptionibus facile poteſt cognoſci, eo Lectorem brevitatis cauſa remittimus. Præter Caſan autem & Aſtrachan regna Tartarorum, qui agros colunt domoſque inhabitant & nunc Moſcho ſubjiciuntur, præterque dictos Præcopenſes, ſunt & alij Tartari campeſtres, qui catervatim in campis nullis finibus obſervatis degunt & in hordas veluti in quaſdam provincias, a quibus & cogniminantur, diviſi ſunt, de his ſuo loco Aſiaticis videlicet, in Tabulis, dicemus. In Auſtrali Metropolis eſt *Capha* olim dicta *Theodoſia*, Emporium celeberrimum, vetus Genuenſium colonia. Sita eſt ad mare. Portum copioſum illa ſemper habuit, Genuenſium tempore apparet eam divitem & frequentem admodum fuiſſe, Poſtquam vero a Turcis ab annis plus centum Genuenſibus erepta fuerat, Chriſtiani Itali in anguſtum ita redacti ſunt ut exiguæ & obſcuræ admodum eorum reliquiæ in ea ſuperſint : Civitas priſtinum ſplendorem magna ex parte amiſit. Templa Chriſtianorum Romana proſtrata, ædes dirutæ, muri & turres in quibus Genuenſium plurima inſignia & inſcriptiones Latinæ viſuntur, collapſa jacent. Turcis, Armenis, Iudæis, Italis, & Græcis Chriſtianis pauciſſimis habitatoribus referta, negotiationibus, portuque univerſæ ejus Tauricæ nunc etiam nobilis eſt. Vineas, pomaria & hortos fere infinitos habet. Capham non raro navigatur, ex univerſis vicinioribus & remotioribus Græciæ Inſulis, ſæpius vero ex urbe Conſtantinopoli, nam ſecundo vento duorum tantum dierum ſpatio, vel paullo amplius navibus eo veniunt. Præter hanc ſunt *Perecopia* a veteribus Græcis *Eupatoria*, *Pompeiopolis*, *Sacer Lucus*, *Dromon*, *vel curſus Achillis* ſeu *Græcida*, *Heracleum* vel *Heraclea* appellata in confinibus Tauricæ ſeu Scythicæ Cherſoneſi, vel Peninſulę dictæ, primum Opidum obſcurum atque Arx lapidea, nec ſatis munita eſt, in qua Principes Tartarorum vel Chani, ut Tartari eos vocant, quaſi Reguli, ſeu Supremi Domini Palatinum, quem illi Begum, ſeu Perecopenſem omnium vocitant, perpetuum habent qui Boryſthenis & Tanais fluviorum tranſitus & trajectus, & confines univerſos vigilantiſſime perpetuoque obſervat, ac univerſis Tartariis ijs, qui in campis ad Perecopiam & ultra Perecopiam ſitis degunt, præeſt: *Coſtovia*, Emporium non ignobile, ad dexteram Perecopiæ ad Mare ſitum milliaribus vii diſtans. Præfectum Arcis & Opidi Chanus proprium & perpetuum ibi habet. *Ingermenum* xii milliarium intervallo vel amplius diſſidet a Coſtovia. Arcem lapideam, Templum & ſpecus ſub arce, & ex adverſo arcis miro opere ex petra exciſos habet, nam in monte maximo & altiſſimo ſitum eſt, ac inde a ſpecubus Turcis cognomen retinet. Opidum quondam non ignobile opibus refertum, celeberrimum, & natura loci maxime admirandum, copioſiſſimumque extitit. Ingermeni Arcem ſatis & magnificam a Principibus Grę cis exſtructam fuiſſe apparet. Nam portæ & ædificia adhuc nonnulla integra Græcis Characteribus exornata, eorumq; inſignibus conſpiciuntur. *Cherſoneſus* ſeu *Corſunum* urbs Tauricæ antiquiſſima. Hanc *Sari Germenum* quaſi *flavam arcem* Turcæ vocarunt, nam ſolum quaſi flavum ille tractus habet. Quæ, quod ſuperba, dives, delicata, & clara quondam Græcæ gentis colonia fuerit, univerſæque Peninſulę urbs antiquiſſima, frequens, magnifica, Portuque nobiliſſima extiterit, admirandæ illius ruinæ manifeſte teſtantur. In extremitate Iſthmi illius, quem Parvam Cherſoneſum Strabo vocat, & in Oſtio ipſo Portus oris anguſti, ac per univerſum Iſthmum ſicut Latitudo ripæ utriuſq; Maris eſt Vrbs, murum altiſſimum & magnum, Turreſque plurimas & maximas ex ſecto & grandi lapide erectas nunc etiam habet, ac tota Mari expoſita exiſtit. Aquarum ductus qui milliaribus iv Cuniculis ex Petris exciſis in urbem ducebantur, in quibus nunc etiam aqua puriſſima eſt, ad Vrbis ipſus Mœnia conſpiciuntur. Vrbs vero ipſa a multis ſeculis, & hominibus & habitatoribus prorſus vacua, funditus diruta, ac in vaſtitatem redacta eſt

*Regio. Nomina.*

*Situs.*

*Cæli Temperies.*

*Soli fertilitas. Animaliū varietas*

*Imperium Majorum.*

*Vrbes.*



*Iamboli*

TAVRICA CHERSONESVS. Nostra ætate Przecopsca et Gazara dicitur

LITHVANIAE

PARS

PODOLIAE

PARS

MOLDAVIAE

PARS

SMOLENSKIA

RVSSIAE

PARS

Voro-zenia

PARS

TARTARIAE

PARS

Tartaria seu Zecopensis

Crimea Pars

MARE DELLE ZABACHE Mæotis palus olim

MARE MAGGIORE Seu Pontus Euxinus quondam Axenos id est inhospitalis, dictus, teste Plinio

CHERSONESVS TAVRICA

Miliaria Germanica communia

Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

Smolenck, Smolenkia, Serensko, Oleſcho, Moſſka flu., Moſnisk, Moſkow, Cortiza, Okka flu., Rezan, Okkima flu., Columna, Coſsiera, Opatcow, Coluga, Czirpach, Demetro-wicz, Worotin, Mſcenenca, Mſcenenk, Belef, Rilleſk, Frodi flu., Vrpa flu., Tulla, Tulla flu., Donko, Don flu. olim Tanais, Odoum, Odoum lac. Iwanowy et Feziora, Schar flu., Ploro lac., Racha lac., Schamena als Scoſna flu. Hyrgis Herodoto, Scoſna, Droſsok lac., Droſsok flu., Sorgana flu., Azabar, Weliky prewos id eſt magnus traiectus, Tanais flu. Europæ terminus a Don, Bosagaz lac., Achas, Sancti montes, Tanais emporium, Kugelius flu., Asſow olim S. Pſan, Caſsurdi, Papa-cotha, Pa-laſtra, Aguarchiorum ſtes, Porteri, Polonxi, Lena de Iſal Combra, Salinea, Cumania, Lena de Goſpo, S. Giorgio, Nigropoli, Sescam, Noua moenia, Tamyraca, Bonus portus, Carcina, Torracea, Oſlam, Nigropon, Hercenum, Pastris, Cumanorum Campi, Nau-barum, Samur flu., Sargu flu., Blinkael flu., Don flu., Zacaria, Marabius et Maracius flu., Rhombites maior flu., Rhombites minor, Rhombites maior fl., Baciuachi, Bacracuchi, Tar minore, Tar parvo, Cotala, Pezo, Azara, Azaraba, Sancorſi, Tyrambe, Cimcopa, Czeij, Mapopa, Copa, Copa flu., Varadanus flu. nunc Copa, Cagia, Corax et Caucaſus mons, Cimmerium, Temroch, Adehon, Mapa, Trinici, Mauro Laco, Mauro Zichia, Suzaco Tazos olim, Alba Zichia, Samna, Coſro, Aiazo, Auogaxia, S. Sophia ol. S. Oenanthe, Pesonda, C. de Cuba, Cacari, C. de Giro, Fiume de Nicoſia, C. Buxio, Achas, Sancti montes, Tanais emporium, Kugelius flu., Asſow olim S. Pſan, Caſsurdi, Papa-cotha, Pa-laſtra, Aguarchiorum ſtes, Porteri, Polonxi, Lena de Iſal Combra, Salinea, Cumania, Lena de Goſpo, S. Giorgio, Nigropoli, Sescam, Noua moenia, Tamyraca, Bonus portus, Carcina, Torracea, Oſlam, Nigropon, Hercenum, Pastris, Cumanorum Campi, Nau-barum, Samur flu., Sargu flu., Blinkael flu., Don flu., Zacaria, Marabius et Maracius flu., Rhombites maior flu., Rhombites minor, Rhombites maior fl., Baciuachi, Bacracuchi, Tar minore, Tar parvo, Cotala, Pezo, Azara, Azaraba, Sancorſi, Tyrambe, Cimcopa, Czeij, Mapopa, Copa, Copa flu., Varadanus flu. nunc Copa, Cagia, Corax et Caucaſus mons, Cimmerium, Temroch, Adehon, Mapa, Trinici, Mauro Laco, Mauro Zichia, Suzaco Tazos olim, Alba Zichia, Samna, Coſro, Aiazo, Auogaxia, S. Sophia ol. S. Oenanthe, Pesonda, C. de Cuba, Cacari, C. de Giro, Fiume de Nicoſia, C. Buxio, Boriſsow, Odruczk, Nieper flu., Dubrowna, Branſko, Beleſk, Schuttial flu., Demetro-wicz, Borneſky, Schwina flu., Rilleſk, Frodi flu., Mſcenenca, Mſcenenk, Belef, Horodeck, Sklow, Swiſsloez, Kricow, Bichow, Karec-zew, Tropſiſki, Potiwlo, Homei, Bobrauſko, Modziers, Szermho, Nouogrot, Sem flu., Przypicez flu., Lubiez, Merwia flu., Narba, Trochi, Desna flu., Rioua, Pſola flu., Varſcola flu., Ariel flu., Szitomirs, Viſsegrod, Kioff, Boriſtenes flu. nunc Nieper, Czercaſi, Nigra flu., Szinouoda flu., Codimia, Coſzidanz, Taſmena flu., Samura flu., Conſcauoda flu., Chouer, Szinouoda, Cutzurhan, Saurian flu., Boq flu., Olbia, Tencay, Daſsaw, Nieper flu., Vſczya, Tyras flu., Coyaſnyk lac., Tetykol lac, Axiaces flu., Orihow, Orzahow, Oczakow, Porto bono, Trege, Pidea, Megaricho, Golfo de Nigropoli, Roſsa, Dandacu, Coſtoui, Precop olim, Taphre, Febynie, Tubarcza, Stora, Oriawa, Obidouo lac, Ceyco-ue, Nichia, Nico-nia, Mauak, Bialigrod, Ophuſsa, Hermonac-tis, Grotte de tomi, Flor de lix, Gineſera, Turris Neoptolemi, Moldaviae Roſoue lac., Beſſa-rabia, Moncaſtro, Kilia noua, Ofica, C. Ariarcha, Falconara, Biali-grod, Licoſtomo, Nuoz, Oblucice, Rebyck, Carſil, Danubij oſtia, Kilia, Fidonixi, S. Gregorio, Struſucho, Deſtor, Nizzewitz, Tuleas, Proſlauza, Syrſia, Pargala, Zagori, Varangito, C. Roſofar, Coſſo, Eupatorium, Trinitas, Salne, Keykel, Simbalo, Mancopia, Creſsona, Calamita, Caſſe flu., Caburlta flu., Jnkermo, Cazaklen flu., Palaelny, Koytho, Sołdaia, Ginzonda, Zembanlo, Abſkow, Gorczuſz, Santodero, Arteris fron., Pangropli, Theodoſia n. Caffa, Conſtaxe, Caſſa, Caſſa flu., Caſſal. laxi, Coroco-ndame, Streto di Caffa

*Iamboli* ſeu *Balacheium* arx & civitas a Piſcibus nomen habet. Mare enim eo loco piſcibus ferax eſt. In ea Civitate oportunitate loci Genuenſes uſi Portum celebrem, ac utilem, & munitiſſimum ſumptuotiſſimumq; Propugnaculum excitaverunt. Nunc vero Arces, Ædes, Mœnia & Turres ſumptuoſæ cum plurimis Genuenſium inſignibus & titulis proſtratæ & omnino dirutæ jacent: ac Civitas a paucis Græcis, Iudæis & Turcis incolitur. *Mancopia*, ſeu *Mangutum*, (ut Turcæ vocant) Civitas ad montes & Silvas magis porrecta, & Mari non tam propinqua eſt. Arces duas, Templa Græca ſumptuoſa & ædes, plurimos Rivos ex ſaxo decurrentes, limpidiſſimos & admirandos habuit. *Cercum* opidum Tartaricum Chanorum ditionis obſcurum & humile admodum in Oſtio (ut Strabo vocat) Mæotidis, & ad eam anguſtiam, quam Boſphorum Cimmerium cognominat, ac tumulum *Panticapæum*, ſitum: Arcem habet. *Cremum*, ſeu ut a Tartaris *Crimum* dicitur, civitas & arx muro antiquiſſimo, maximo ac prælto, magnitudine ac celebritate reliquis Civitatibus Tauricæ Cherſoneſi Mediterraneæ, nam eam Ptolemæus ita nominat, admodum diſſimilis eſt, Ptolemæo fortaſſe *Taphros*, Plinio vero *Taphræ*. Hæc poſtremis jam temporibus ante Genuenſium in Tauricam adventum a maximo populo Mahumetico, qui ex Aſia eo commigraverat, culta & habitata fuiſſe videtur. Nam Fana antiqua Mahometica tam intra quam extra Vrbem plurima cum Characteribus Chaldaicis in grandioribus Saxis exciſis conſpiciuntur. Liquet ſane ex ipſis ruinis, & loci amplitudine urbem eam quomdam clariſſimam, & maximam gentis Coloniam exſtitiſſe. Officinam Monetariam in hac Civitate Chanus habet. Arcem item in qua uxores Chanorum perpetuo adſervantur ac conſeneſcunt. Ac in extrema hujus regionis parte *Tanas* Civitas, ad oſtia Tanais fluvij Ruthenivocant *Azac*, eſtque nobile Emporium, ad quod Mercatores ex diverſis Orbis partibus commeant, ubi cuique liber patet acceſſus, libera emendi & vendendi facultas: & aliæ. Fluvij in hac regione plurimi, non parvi admodum ex Montibus decurrentes, Piſciculos etiamſi non magnos, ſapidiſſimos tamen & delicatos plurimos habent. Sed quoniam Tartaris Piſcium rarus eſt uſus, Chriſtiani tantum & peregrini cum eo veniunt, in ijs capiendis operam navant. *Flumina.* Inter fluvios autem præcipui *Boryſthenes* vulgo *Nieper* altiſſimus, rapidiſſimus, & latiſſimus fluvius qui a Septemtrione labitur in Carcinitum ſinum ſeu fluvium atque in Pontum Euxinum penes Oczacoviam influit, *Don*, *Ariel*, *Samara*, cum multis alijs. Sitam hanc Cherſoneſum inter Pontum & Mæotidem paludem uſque ad Boſphorum Cimmerium, ſupra diximus. *Pontus*, *Euxinus Græcis*, *Euxonius* Oroſio; quomdam Ἄξενος, *Inhoſpitalis*, ob immanem adcolarum crudelitatem & inhoſpitalitatem; vel, latronum frequentiam, quæ ab Hercule expugnata fingitur. *Mare Cimmerium* Herodoto & Oroſio, ab Cimmerijs populis adhabitantibus, *Caucaſeum* a Pollonio a Monte Caucaſo, *Maria*, *Mare Boreale* Herodoto: *Maurum* Græcis Nautis, *Maurothalaſſa* quaſi *Mare Nigrum* Turcis *Mar maiore* Italis. Situm depingit Ammianus Marcellinus lib. xxii. Pontum vero dixere tanquam alterum Oceanum; putabant enim eos qui illum navigaſſent, eximium quid & memorabile præſtitiſſe, & ob id, inquit Strabo, per excellentiam proprie Pontum appellarunt, quemadmodum Homerum Poetam. *Mæotis Palus*, ab Mæotis populis apud Ptol. & Melam, qui hodie Tartarorum pars. Fretum ejus ad Orientaliora Peninſulæ littora *Boſporus Cimmerius* vel *Mæoticus*, ter mille paſſuum latitudine. Ab Schythis vocatur hæc Palus καρπαλὲη; & ut Plinius notat, *Temerinda*, addens hac voce *Matrem Maris* (ut eam etiam nominat Dionyſius Alexandrinus) deſignari: quod perpetuo agmine defluat, numquã recurrens, aquas quaſi ſubminiſtrans abſque intermiſſione ſubſequentibus, Euxino, Propontidi, Ægæo, Magnoque Mari. Hodie *Mar Zabach* a Circaſſis nominatur: Italis *Mar della Tana*, ab Tanai fluvio; item *Mar Biancho*, Mare album. *Montes* Montes horridi atque ardui, inprimis illi qui Cherſoneſum mediam ſecant. Sunt & alij maximi & celebres. Maximus vero omnium, altiſſimus eſt, & in ſummitate Lacum ſane non exiguum habet. Sed hæc hactenus: deinceps reliqua videamus. Ius vel Iuſtitia Mahometica lege apud Tartaros adminiſtratur in Civitatibus vel Opidis Chani, & reliquorum Sultanorum. Presbyteri Cadij vel Iudices in pagis, Begi vel præfecti, qui injurias particulares audiunt & decidunt, perpetui habentur. Veruntamen capitis, ſanguinis, furti, quas criminales, fundi, quas civiles cauſas nos dicimus, Chanus ipſe cum Conſiliarijs ſuis decernit. In quibus exponendis cauſidico non egent, ſubtilitatibus juris, calumnijs, excuſationibus, nec dilationibus utuntur. Extremæ enim conditionis Tartari vel peregrini coram judicibus & Chano ipſo, a quo ſemper audiuntur, & celeriter expediuntur, injurias ſuas ipſi perſe libere admodum exponunt, omnibus enim ſemper ad illum aditus patet. Filios primis annis Arabicis literis inſtituendos, Filias vero non domi alunt, verum propinquioribus ſanguine curandas, tradunt. Filios adultos Chano vel Sultanis in miniſterium, Filias nubiles inſignioribus. ac nobilioribus Tartaris vel Turcis dant in matrimonium. In aula Principis inſigniores Tartari & nobiliores non ad faſtum vel ſuperbum luxum, verum pro neceſſitate & honeſtate ſatis ſplendidi & civiles ſunt. Feminas Mahometica lege quot poſſunt & volunt, alunt, & uxores a Petigorenſibus plerumque emunt, quas etſi non ſuperbe, tamen ſatis pro gentis more culte & civiliter, ex quibus vero prolem ſuſcipiunt, quam honorifice & ſplendide ſuſtentant & curant. Antequam in Tauricam ſeu Peninſulam venerunt, moribus multo agreſtioribus gens ea fera & campeſtris (quod nunc etiam ex agreſtioribus manifeſte apparet) fuiſſe videtur: nam illis Mahometicis legibus, jure, literis & moribus illa tum prorſus caruit. Enimvero a Turcis humanitatem, & falſum illum cultum Tartari edocti, majori nunc ex parte nobiliores hoſpitalitatem colunt. Cum in publicum exit Chanus, miſerimæ ſortis Homines non excluduntur, a Chano vero conſpecti examinantur, videlicet ut ſi quid opus habeant, referant. Legibus obedientiam magnam Tartari præſtant: Principes ſuos Deorum loco ipſi adorant & venerantur. Iudicis, pro lege Mahumetana, perpetui & ſpiritualcs pro divis, indubitatæque omnis æquitatis & integritatis, fidei & opinionis viri inter illos habentur. A controverſijs, criminationibus juridicis, jurgijs minus neceſſarijs & particularibus, invidia, odio, tetris exceſſibus, omni luxu & ambitione, in victu & amictu prorſus alieni ſunt. In aula principis nec inter ſuos, gladios, arcus, nec alia ulla arma geſtant, exceptis viatoribus, vel peregrinis iter facientibus, in quos admodum humani & hoſpitales ſunt. Illi a prędonibus ſemper ſecuri. Verum a latronibus vel furibus (qui nihil quicquam aliud præter equos illis furantur, etſi perpetuas excubias agant) noctu minus tuti eſſe ſolent. Nobiliores panem, carnes, cibum, vinum igni eliquatum & Mulſum potum habent, agreſtiores pane carent, verum Milio concuſſo, Lacte & aqua diluto, quem *Caßa* vulgo nominant & caſeo pro cibo, pro potu lacte equino utuntur. Camelos, Equos & Boves oneri inutiles, vel jam moribundos jugulant, ac Ovium carnibus non raro veſcuntur. Mechanicas artes rariſſimi exercent, & in Civitatibus vel Opidis pauci admodum mercaturam exercent, & quicunque artifices vel Mercatores ibi reperiuntur, vel Chriſtianorum mancipia, Vel Turcæ, Armeni, Iudæi, Cerceſij, Petigorenſes qui Chriſtiani ſunt, Phyliſtini vel Cyngani obſcuræ & extremæ cõditionis Homines ſunt. Sed de Taurica Cherſonceſo ac regionibus Septemtrionalibus quæ dicta ſunt hactenus, ſufficiant. Ad Hiſpaniam, cui in noſtra diſtributione princeps locus deinceps tribuitur, quod felix fauſtumque ſit, eam luſtraturi tranſeamus.

*Montes*

*Ratio gubernandi.*

*Senatores.*

*Scholæ & educandæ iuventutis modus. Mores.*

*Victus.*

*Opificia. Mercimonia,*

# HISPANIA.

HISPANIA nobilis Europæ regio, primaque continentis terræ pars, ab Hiſpano Rege, ut notat Iuſtinus, dicta eſt. Alij ſic nominatam volunt ab Hiſpali urbe nobiliſſima, quam hodie *Sevilliam* appellant. Abrahamus vero Ortel, vir in paleſtra Geographica valde operoſus, quum Iberiam Aſiæ regionem olim *Paniam* a Pane, quem Iberis Dionyſius, victoria potitus præfecerat, inde vero *Spaniam* ab junioribus vocatam fuiſſe legiſſet apud Auctorem de fluminibus & montibus, fidem ſequutum Soſthenis lib. III. rerum Ibericarum, ſcriptoreſque fere omnes animadvertiſſet primos Hiſpaniæ Incolas ex Iberia uſque derivare, adductus eſt, ut ab *Spania* potius illa, quam *Hiſpano* vel *Hiſpali* nomen regioni inditum, crederet. Sane *Spanian* nominat D. Paul. Epiſt. ad Roma. cap. xv. *Spaniam* etiam vocat allibi D. Hieron. ac multi alij. Conſonat etiam hodierna appellatio. Incolis enim *Eſpana* nominatur. Quam autem *Hiſpaniam* Latini ſcriptores, Ptolemæus, Stephanus & alij ἱσπανίαν vocant, rejecta adſpiratione, temporibus antiquiſſimis *Iberiam* & *Heſperiam* nominatam memoriæ produnt Strabo, Plin. alijſque. *Iberiam* quidem ab *Iberia* Aſię regione, unde primos Hiſpaniæ Incolas non pauci deducunt. Alij Iberiam ab Ibero Rege trahunt, alij ab Ibero flumine: Avienus ab Ibera Bæticæ opido. *Heſperiam* vero, ab Heſpero, ut quidam memorant, Atlantis fratre, vel ut Horatius putat, ab Heſperia Heſperi filia, vel potius ab Heſpero ſtella Occidentali, quia in Europæ continente nihil eſt hac regione occidentalius. Quumque & Italiæ nomen idem eſſet, Horatius hanc *ultimam* canit. *Celtiberiam* quondam fuiſſe nominatam tradit Appianus; quæ tamen pars Hiſpaniæ (quam Celticam olim dixerunt teſte Varrone) potius cenſenda. *Sepharad* Hebræis dici, notant Gulielmus Poſtellus & Benedictus Arias Montanus commentario in Abdiam. Atque hæc de nomine: ſequitur quantitas & qualitas. Quantitas conſiſtit in finibus & circuitu, quæque inde quaſi naſcitur, forma vel figura. Quod igitur ad fines: adluit Hiſpaniæ duo quidem latera Oceanus, Aquilonare Cantabricus: Occidentale, Atlanticus; Tertium, quod ad Meridiem, ubi fretum Herculeum, mare pulſat Ibericum, quod & Balearicum: Verſus Orientem Pyrenæos habet montes, perpetuis jugis ab Oceano, ubi Flaviobriga, hodie *Fuentarabia*, tendentes ad mare Mediterraneum, duobus inſignis Promontorijs, uno, quod *Olarſo* cognaminatum, in Oceanum projecto, altero quondam ab *Veneris Templo*, nunc vero, ab *S. Cruce* denominato, in Mediterraneum. Hiſpaniæ longitudo maxima milliarium Hiſpanicorum cc. Latitudo, qua maxima, cxl, qua minima lx. Ioannes Vaſæus in Hiſpaniæ Chron. memoriæ prodit, Hiſpaniam ad Pyrenæos tam anguſtam eſſe, ut quum per eos iter faceret, in monte D. Hadriani, Ferdinando Colone rerum iſtarum peritiſſimo commonſtrante, niſi fellerit adſpectus, utrumque viderit mare, Oceanum ſcilicet, cui peregrinantes erant proximi, atque eminus, quouſque oculorum acies ferre poterat, albicantes maris mediterranei fluctus. Circuitum autem 10c mil. ſtatuunt & amplius. Strabo. Ptol, & alij Hiſpaniam comparant Corio Bubulo humi protenſo, cujus partes ad collum pertinentes in adhærentem ipſi Galliam porriguntur. Collum inquam, quantum protenditur mons Pyrenæus ab Mediterraneo mari ad Oceanum Britannicum: inde dilatatur ad Brachia, ab Nova Carthagine uſque ad Cantabros; Crura a Freto Herculeo uſque in Gallæciam & mare Britannicum: ultimum Corij ad modum Caudæ, Promontorium ſacrum, hodie *S. Vincentij*, quod extenditur in Oceanum Atlanticum, longe ultra omnem Hiſpaniam. Expoſita quantitate, in medium prodit qualitas, cujus cauſa plurimum in Climate, ſituque cœleſti. Subeſt Hiſpania medio quarti, totique quinto, parti etiam ſexti climatis; inter gradus latitudinis quidem xxxv & xvl, longitudinis autem inter xvi (ut nunc capto ab Azoribus Inſulis initio, notari ſolet) & xxxi: ubi optima ad res omnes temperies. Nam neque ut Africa violento ſole torretur; neque, ut Gallia, ventis aſſiduis fatigatur, ſed inter utramque media, hyeme & æſtate temperato ſole perfruitur. Hinc magna cœli ſalubritas per Hiſpaniam, teſte Iuſtino, æqualiſque aeris ſpiritus nulla paludum gravi nebula inficitur. Huc accedunt marinæ auræ undique adſidui flatus, quibus omnem provinciam penetrantibus, eventilato terreſtri ſpiritu, præcipua omnibus ſanitas redditur. Non eadem tamen Hiſpaniæ paſſim qualitas. Qua enim Arcton ſpectat, pleriſque ſcribentibus, frigidior eſt, nonnulliuſque aſperitatis: Oceano ſemper obnoxia, interiorum aquarum indiga, malignęque inde habitationis: quum etiam rupibus, ſaltibus, lociſque ſilveſtribus pleraque obſeſſa. Qua, montibus fere perpetuum intercurrentibus, in Auſtrum declinat, tota felix, tota beata, ut multis magniſque fluminibus irrigari, ſic tempeſtivis pluvijs, quantum ſufficit, recreari ſolita, & hinc omne genus, ea præcipue parte, Frugum, Animaliumque non benigna ſolum mater, ſed & nutrix ſolicita. Memoriæ mandat Philoſtratus; hic cœli temperiem eſſe talem, qualis Autumni tempore ſolet eſſe in Attica. Admirandam eorum, cum quæ ex terra proveniunt, tum quæ in terræ viſceribus generantur & latent, fertilitatem: Animantium item, quæ terra marique naſcuntur præſtantiam, quis digne, utque ſingula flagitant, commemorabit? Incredibilis per omnem Hiſpaniam frugum ubertas; & plerique agri tantæ ſunt liberalitatis, ut pro accepto uno tritici modio triginta plurimum colonis reddant: ſæpe etiam quadraginta, in Bætica præſertim, quæ quidem frugibus cunctiſque rebus admodum felix. Herbarum cum ſativarum, tum voluntariarum, quæ citra ſementem erumpunt, quibuſque inſignes ſunt & peculiares vires, paſſim, cum primis in montoſis locis, eſt feraciſſima: ubi *ſui diſſimilis*, inquit Pomponius *Linum aut Spartum alit*. Fructus etiam arborum numero plures, formaque grandiores habet. Quid Mala referam? Inter ea melioris notæ ſunt duo, *Canuſium* & *Regium*. Quid Pyra? In ijs ſupremæ claſſis quatuor, quæ odore guſtuque ſuaviſſima: *Apianum*, quod *Muſcatum* vocant omnium, pyrorum minimum, *Vinoſum*, *Pintum*, quartumque, quod Hiſpanis *Sine regula* nominatur. Quid Olivas? In harum numero primas obtinent Hiſpalenſes, quæ magnitudine Iuglandes excedunt. Quid de reliquis fructibus? Plene decantata ſunt non paucis Mala Heſperia vel Citrea: Cydonia, quæ vulgo *Membrillos*, Granata, ſuis etiam corijs medicinam facientia. Quid Vina commemorabo, optimi ſaporis odoriſque? Paſſim quidem generoſa admodum leguntur, alijs tamen & alijs locis præſtantiora, quæ Marineus Siculus indicat lib. I de rebus Hiſp. Vites Germanicæ ſuperioribus annis in Hiſpaniam a Belga quodam Petro Simonis F. tranſportatæ, Hiſpanicoque ſolo inſitæ, jamque mirum in modum multiplicatæ, experimur quotidie, quam grata producant vina: nomen ejus, qui tranſivit, retinentia, Aſperitatem, quam conciliare ſoli ſolet natura, frangit, emollit, jucundoque condit ſapore adgenitus jam in aliena terra ſub alio climate genius. Hiſpania etiam dives quondam univerſim, ut nunc quoque varijs in locis, precioſiſſimis Auri, Argenti, Æris, Ferri, Plumbi, aliorumque metallorum theſauris: de quibus videnda quæ multis adfert, cum ex Poſidonio, tum ex alijs Strabo lib. 3. quæ item traduntur ab Dio. Siculo, Solino in Polyhiſtor. Iuſtino libro ultimo, Panegyriſta Theodoſij & alijs. Quid jam dicam de Salinis?

*Regio, Nomina: Situs. Vnde deducta,*

*Situs.*

*Cœli Temperies,*

*Soli fertilitas.*

# HISPANIA.

nis? Sal in Hiſpania non modo coqui, verum etiam plurimum effodi, hoc eſt, & fieri & gigni, tradit Solinus. Et in multis Hiſpaniæ locis ex aquis puteanis, ut apud Seguntiam & alibi: unde Regibus magnum exigitur vectigal. Gignitur in extremis maris littoribus, cæteris candidior. Sunt & Montes Hiſpaniæ, ſi fides Marineo Siculo, nativi ſalis, ut apud *Ribagorciam*: in quibus lapidicinarum modo ſal cæditur, & arborum modo poſtea pullulat ac renaſcitur. Apud opidum *Antiqueram* vallis eſt amœniſſima, cujus longitudo paſſ. mille quingentorum, ex omni parte montium clauſa jugis, quæ hieme pluvialibus aquis impletur, & in formam magni lacus efficitur, cujus aquæ calore ſolis adjuvante ſoli genio, in ſalem candidum convertuntur. Alias ſilentio prætereo ſalinas. Sed miracula etiam audiamus, quæ tamen hodie evanuerunt. Memorat Strabo, ſal purpureum inveniri in Luſitania: dulcedine quadam temperatum in jugis Tarraconenſibus cædi, Solin. ad Oroſium; ex Varrone Agellius, montem magnum, circa Iberum ex mero ſale,

*Animaliũ varietas.*

eique quantum demas, tantum adcreſcere. Eſt Hiſpania præterea & pecorum omnis generis dives, gregibus & armentis plena, adeo ut mugitu, balatuque Nemora, Silvæ, Montes, Prata, Campi, Saltus ubique reſonent. Equos alit optimos: ceteris Bætica plures: Aſturia fortiores; *Aſturcones* inde dictos. Equi etiam nonnullis Hiſpaniæ locis tantæ velocitatis agilitatiſque generantur, ut vento conceptos fabularetur, imo crederet antiquitas. Leones autem, Camelos & Elephantos non novit, niſi cicures & aliunde advectos. Ad venationes exſtimulãt cum alia, tum in Montibus Vallibus, Silviſque Damæ, Cervi, Apri, Vrſi, Lepores, Cuniculi. His ſane abundantem docet verſiculus Catulli:

*Cuniculoſæ Celtiberiæ Fili.*

Ad aucupia invitant cum aves aliæ, tum Aquilæ, Ardeæ, Accipitres, Atagines item, eo nuper ex Sicilia allati.

*Imperium Majorum.*

Item Grues, Anſeres, Perdices, Palumbi Torquati dicti, Anates ſylveſtres & cicures. Sed de his ſatis, ad imperium majorum venio, quod caput in methodo noſtra proxime ſequitur. Non animus hic mihi recenſendis cum ex alijs, tum Iuſtino, Diodoro, Ioſepho, Euſebio, Hieronymo, ſuppoſititioque Beroſo, & interprete ejus Annio Viterbienſi, antiquis Hiſpaniæ Regibus, rebuſque ab ijs domi militiæque geſtis, lectorem morari. Morari hoc eſſet & ineptire cum multis. Tubal non in Hiſpania neque in Europa, ſed in Aſia fuit. Huic qui ſufficiuntur, Iberus, Iubalda, Brigus, Tagus, Bætus & alij, Regeſne cenſendi? abſit: niſi quis fluvijs aliſque rebus inanimatis naſci tunc temporis ſolitos Reges concedat. Qui fictum illud agmen ſecuti, non melioris ſunt conditionis. Incerta omnia: ut & vix certiora, quæ ſucceſſione quidam geſſiſſe ſcribuntur in Hiſpania, Regibus quaſi exactis, varia fortuna, multiſque & populis aſe ſeminatis & opidis conditis, Lydi, Thraces, Rhodij, Phryges, Cyprij, Phœnices, Ægyptij, Mileſij, Cares, Leſbij & Chaldæi. Exploratiora cenſeri ſolent, quæ ab Carthaginenſibus, Romanis multoque poſt Gothis, Vandalis, Alanis, Suevis, Hunnis, eorumque Regibus patrata memoriæ produnt ſcriptores, qui partim rebus gerendis adſtiterunt, partim ex fideliſſima aliorum cognoverunt relatione. Ea, paucis dicam, ſic habent. Quum in Hiſpania longe lateque dominarentur & pleraque ſub ditione ſua haberent Pœni, alijque Africæ populi, contra eos primi omnium cum armatis exercitibus ab S. P. Q. R. miſſi ſunt Cn. & P. Cornelij Scipiones, belli Punici II initio: qui ſeptimo ejus belli anno ſunt cæſi. Q. Fulvio Flacco & Ap. Claud. Polcro *Coſſ.* Submiſſus anno ſequenti Patri Patruoque P. Corn. Scipio Africanus Major multa proſpere geſſit, primuſque ibidem, Provinciam fecit, Q. Cæcilio Metello & L. Veturio Philone *Coſſ.* an. v. c. 10 xlii. Hic Aſdrubale & Magone, Carthaginenſium Ducibus, acie ad Bærulam urbem (quæ quo loco hodie in Andaluſia viſuntur *Bæca* & *Vbeda*, fuiſſe creditur) fugatis, atque inde ex tota Hiſpania pulſis vindicatiſque armis Hiſpanijs, amicitiam cum Syphace Maſſylorum (hodie *Biledulgerid*) Rege, icto fœdere, firmavit. Paullo poſt rebellantes Hiſpaniæ populos ad deditionem compulit, fœdereque cum Maſſaniſſa Maſæſulorum (fuerunt ubi nunc *Regnum Tremiſſenum*) Rege & Gaditanis facto, Provincia L. Lentulo & L. Manlio Acidino tradita, Romam reverſus eſt. Poſt Scipionem Hiſpaniam L. Cornelius Lentulus Proconſul obtinuit: qui rebus bene feliciterque geſtis, ovans urbem ingreſſus eſt, an. v. c. 10 liv. Triennio poſt C. Cornelio Cethego, Minucio Rufo *Coſſ.* Hiſpaniæ primum ſunt terminatæ, atque in eas duo novi Prætores miſſi C. Sempronius Tuditanus in *Citeriorem*, M. Helvius Blaſio in *Vlteriorem*. Vix duobus elapſis annis, quum tantum gliſceret in Hiſpania bellum, ut jam Conſulari & Duce & exercitu opus eſſet, M. Porcius Cato Conſul Citeriorem ſortitus, bello ab Emporijs (retinetur hodieque nomen in *Ampurijs*) cœpto, rebellantem ita pacavit, ut Proconſule ex ea triumpharet, an. 10 lx. Hic eſt ille Cato, qui miro ſtrategemate multarum Hiſpaniæ urbium muros uno die diruit, ſcribente Livio & alijs. Poſt Catonis victoriam Hiſpaniæ varie poſſeſſæ ſæpeque nunc hic nunc ibi amiſſæ: ita ut ſupra xxx triumphi poſtea ex his relati memorentur. Stipendium pendere non prius cœperunt, quam Auguſto Principe: qui quum Hiſpaniam omnem, debellatis Cantabris & Aſturibus, qui omnium diutiſſime reſtiterant, multo varioque marte perdomuiſſet, univerſam in tres Provincias diviſit, *Bæticam*, *Luſitanicam*, & *Tarraconenſem*. Singulis inde ſui ſunt adtributi conventus: Bæticæ IV, *Gaditanus*, *Cordubenſis*, *Aſtigitanus*, & *Hiſpalenſis*. *Luſitania* tres habuit *Emeritenſem*, *Pacenſem*, & *Scalabitanum*. *Tarraconenſis* denique VII, *Carthaginienſem*, *Tarraconenſem*, *Cæſar-Auguſtanum*, *Clunienſem*, *Aſturum*, *Lucenſem*, & *Bracarenſem*. Videndi Plin. lib. 3. Strab: lib. 3. & alij. Sic rebus ſubinde paullum mutantibus, Provinciæ nobiliſſimæ Romanis paruerunt uſque ad Imperatoris Honorij 8, & Theodoſij 3 conſulatum, qui incidit in annum Chriſti cccc x: quo tempore Vandali, Suevi, & Alani, ab Stilicone in Gallias evocati, quum eas, Rheno trajecto, omnes pene occupaſſent, & in ijs jam immanium Barbarorum more debaccharentur: ab Gothis, Adolpho & Vallia Regibus, quos ad liberandas Gallias Honorius Imper: miſerat, exacti, tranſgreſſi Pyrenæos montes, Hiſpaniam Romanis ereptam multos annos obtinuerunt. Poſt aliquot annos Gothi Galliam incolentes, ab Francis bello petiti in Vandalos vice verſa arma movent. Franci Gothos ex Gallijs, Gothi Vandalos & Alanos ex Hiſpanijs ejiciunt: Suevis ad internecionem cæſis. Quo tempore Vandali & Alani a Bonifacio in Africam, cui pro Imperatore præerat, evocati Hiſpanias Gothis poſſidendas reliquerunt. Gothi Hiſpaniam, Romanis Præſidijs omnino expulſis, quum ſui juris feciſſent, ea que ſub ſuis Regibus longo jam tempore fuiſſent potiti: tandem ingenti bello ab Sarracenis Arabibus profligati, Rege Roderico occiſo Hiſpaniam fere omnem amiſerunt. Bello ſuperſtites quum in Aſturum, Cantabrorum & Gallæcorum montibus ſeſe munijſſent paullatim amiſſas regiones, urbes & caſtella recuperare cœperunt: & poſtremo quum Sarracenorum res in Bætica Hiſpania ſe contraxiſſent, omnemque Hiſpaniam Gothi recuperaſſent, ijs etiam ab Ferdinando Aragoniæ Rege cognomine Catholico (quod hæreditarium deinceps eſſe cœpit ſucceſſoribus) victis atque omni Hiſpania cum Mele, qui ſe Granatæ Regem ſcribebat, exturbatis, univerſa regio dominis antiquis eſt reſtituta. Quum autem Maurorum temporibus a 5 Regibus, Caſtellæ Aragoniæ, Portugalliæ, Granatæ, & Navarræ, Hiſpania fuerit poſſeſſa, ſolus hodie Imperium in eam exercet *Philippus 3* Philippi magni F. Caroli Imperatoris ter-Maximi N. Diviſa olim varie fuit. Romani primo diviſerunt in *Citeriorem* & *Vlteriorem*. *Citeriorem* dicebant, quæ Principi urbi Impe-

bi Imperijque terris proximior erat inter Iberum ſita fluvium & Pyrenæos montes: *Vlteriorem* vocabant quæ remotior, ultra Iberum ad Oceanum uſque extenſa. Poſtea in tres partiti ſunt partes *Citeriorem*, multo amplioribus dotatam ultra Iberum finibus, appellantes *Tarraconenſem*: *Vlteriorem* autem in *Bæticam* & *Luſitaniam* diſtinguentes. *Tarraconenſis*, cui nomen ab nobiliſſima Vrbe Tarracone, potiorem complexa Hiſpaniam, a Pyrenæis, ubi Ortum ſpectabat, incipiens Montibus, Septemtrionaliorem partem inter Britannicum vel Cantabricum Oceanum Duriumque fluvium ad Nerium uſque promontorium, & Mare Atlanticum vel Externum, Auſtraliorem vero ab ijſdem Pyrenæis, ac Caſtalonem, ultimam Oretanorum Vrbem, milliaribus aliquot infra Bętis fontem, ubi initium erat Bæticæ, inter hanc & Borealius ſui procurſus brachium, Luſitaniam relinquens, portendebat; cui ſpacio Plinius IↃ CVII millia paſſuum adſignat: Latera utriumque Mari objiciebat, qua quidem Meridiei obverſa, Mediterraneo, qua vero Septemtrionibus, Oceano. *Bætica*, quam *Bætis* (unde nomen) media fere ſecabat, ad Septemtrionem & Occaſum Anam habebat fluvium, quo ab Luſitania ſeparabatur; ad Meridiem Mare ſpectabat, extra Columnas quidem Gaditanum, intra Columnas Ibericum, quod pars Mediterranei, ut illud Oceani: ad Ortum a Tarraconenſi disjungebatur Caſtalonis fine, vel Saltu Caſtulonenſi; fluvioque qui hodie *Guadelentin*, Veteribus *Tader* fuit appellatus. Plinius huic ſpacio tribuit CCL millia paſſuum. *Luſitania* ad Septemtrionem Durio fluvio terminabatur a Tarraconenſi; ad Occidentem & Meridiem Oceano adluebatur: ad Ortum limitem habebat, contra Bæticam, Anam fluvium, Lineamque ductam ab Caſtris Vicellanis Septemtrionem verſus per Auguſtobrigam ad Manlianum Saltum, ubi Fons erat Tormeſis in cujus ripa ſiniſtra viſitur Salamantica; vel, ut alij, ad Albocellam Vaccæorum opidum & Ocellum Amnem, cujus alvei veſtigia conſpiciuntur hodie ad Durij ripas juxta Fermoſelium. Sequentibus temporibus Hiſpaniam in ſex fuiſſe diſtributam Provincias legimus, in Breviario, Rufi Feſti, quod Valenti Imperatori dicatum: *Ac per omnes*, inquit, *Hiſpanias ſex ſunt nunc Provinciæ, Tarraconenſis, Carthaginienſis, Luſitania, Gallicia, Bætica, Trans Fretum etiam in ſolo Terræ Africæ Provincia Hiſpaniarum eſt, quæ Tingitanica Mauritania cognominatur. Ex ijs Bætica & Luſitania Conſulares, cæteræ, Præſidiales ſunt.* Marianus Scotus, Auctor Notitiæ Provinciarum, *Baleares* addit *Inſulas*. Maurorum tempore Regna fuerunt in Hiſpania plurima, quæ poſteriores in quinque diviſere, Caſtellæ, Aragonum, Portugalliæ, Granatæ & Navarræ, Partiuntur autem nova diſtributione totum Imperium in tria regna, Aragoniæ, ſcilicet, Caſtiliæ & Portugalliæ. Sub Aragonenſi regno comprehenditur, Prętер Aragoniam, *Catalonia, Valentia, Majorica, Minorica*, Sub regno Caſtiliæ comprehenditur *Biſcaia, Leon, Aſturia, Galæcia, Eſtremadura, Andaluſia, Granata, Murcia, Vtraque Caſtilia* cum acceſſione Canariarū Inſularum. Sub regno Portugalliæ comprehenditur præter Portugalliam, *Algarbia*. Vrbes toto regno pene ſunt innumeræ. Inter eas præcipuæ, *Hiſpalis, Madritum, Terraco, Lisbona, Granata, Pampilona, Valentia, Barcino*, vulgo *Barzelona, Legio* VII *Germanica nunc Leon, S. Lucar, Corduba, Nebriſſa, Compoſtella, Toletum, Salamantica, Complutum, Pintia, Cæſar-Auguſta* nunc *Saragoſſa, Aſturica, Auguſta*, alieque plurimæ. Sunt hic Lacus admirabiles. Prope opidum *Beiaram* Lacus eſt non utilis minus quam admirabilis, qui & Turtures, Piſces ſubnigros & excellentes gignit, & futuram pluviam turbinemque, teſte Marinæo Siculo, magno aeris ſonitu prænunciat, adeo ut ejus murmur quaſi Tauri mugitus ſæpenumero ad duodeviginti millia paſſ. fuerit auditum. In ſummo Montis *Stellæ* cacumine Lacus quidam eſt, ſcribente Vaſæo in quo fragmenta navium ſubinde reperiuntur, quum tamen a Mari plus XII Leucis abſit: quin quod exæſtuet & Tempeſtates ibi audiantur, adfirmare Incolas, quoties intumeſcit Mare, idem notat. In Cantabriæ Lacum fulmen decidiſſe, & repertas duodecim Secures, ait in Galbæ vita diligentiſſimus Scriptor Suetonius. *Amænum Stagnum* eſt apud Plinium lib. III nat ur. hiſtor. cap III, haud procul Valentia: hodie *Albufera*. Sequuntur Flumina. Hiſpania multis irrigatur paſſim fluvijs. Sunt qui centum & quinquaginta numerant & in ijs Pontes ultra ſeptingentos, inter quos nobiliſſimi Segoviæ & Alcantaræ. Alij alijs ſunt nobiliores. *Iberus* ab *Ibera* opulentiſſima quondam Vrbe, quæ *Elix* hodie putatur, circa Carthaginem Veterem: in cujus agro P. Cornelius Scipio viciſſe Pœnos, totamque Hiſpaniam Imperio populi Romani adjeciſſe ſcribitur Ἴβηρ Ptol. & alijs *Ebro* hodie, erumpit apud Cantabros ex Idubeda Monte, duobus Fontibus quorum dexter in ſaltu Aucenſi (*Monte d'Oca*) ſiniſter ad Opidum, quod Incolis *Fuentibre*. Inde magnis creſcens Amnibus, primo Calaguritanis exceptus arvis (*Calahorra*) Iuliobrigam & Tubellam petit. Navarræ Opida; Iuliamq; & Celſam, inde Cæſar Auguſtam adluit Illinc digreſſus in Auſtrū, & mox verſus Euronotum labitur per Laletaniæ populos qui nunc Catalani, & Dertuſam opulentā urbem præterlabitur. Poſtremo plurimis fluvijs auctus, peracto quadringentorum ſexaginta mill. paſ, curſu in Mediterraneū, cognomine ipſi, Pelagus tam violenter duobus Oſtijs ingreditur, ut C paſſus in mare profuſus dulcis hauriatur. Fluviolum etiā in Bętica, qui hodie *Rio Tinto* & *Azeche*, Florianus a Campo appellatum quondā *Iberū* ſcribit. *Durius* maximus (concurrentib. in eum tot Amnibus quos enumerare longum eſſet) Hiſpaniæ fluvius ex Idubeda, ubi nomen illi *Sierra* de *Coçollo* ſcaturiens, Vectones ab Aſturibus, Luſitanos ab Gallæcis Veteribus diſterminat. Turrem Sullanam (*Tordeſillas*) Sarabrim, Mirandam, & alia opida contemplatus, decimoquinto fere infra Lamecam milliari, apud Opidum Portugalliæ, quod *Portus* dicitur, rapidiſſimo curſu, Occidentali ſe miſcet Oceano. Δωρίς, Ptol. Δερίας Straboni; Δούριος Appiano Alexandrino; *Duero* hodie. *Tagus* (Τάγος Ptolemæo ceteriſq;) naſcitur in altiſſimis Oroſpedæ jugis, ſtadijs quinquaginta ab Opido parvo, cui nomen *Tragacet*, haud procul ab Vrbe Concia nunc *Cuenca*. Per Carpentanos lapſus Toletum, regalem Vrbem, petit, Ponteque accepto, Talaveram, Auguſtobrigam, Alcantaram aliaſque Vrbes non ignobiles adluens, mediam fere ſecans Portugalliam, ultra Oliſipponam in Occiduum ſe exonerat Oceanum; Oſtio bis millium, ut quidam notant, quinquaginta paſſ. latitudine. Ad colis hic fluvius hodieque *Taio*, Luſitanis *Teio*. *Tagus* auriferis Arenis copioſus reliquis Hiſpaniarum fluminibus, uti teſtantur Solinus in Polyhiſtore & Iſidorus lib. XIII. Etymolog. cap. XXI, præferebatur. Auriferum hodieque, ut & alios multos Luſitaniæ fluvios eſſe adfirmat apud Ortelium, vir fide dignus Emanuel Enricus. Piſcium item Oſtreorumque feraciſſimum, Gemmaſque generantem memoriæ prodit Pomponius Mela. *Anas* Ἄνας, Latinis Græciſque Scriptoribus ſatis notus, Originem habet ex vaſtis ſtagnis, in Laminitano Agro, ut ſcribit Plinius lib. III Naturalis Hiſtor. cap. 13 qui hodie *Campo* de *Montiel*, circa Opidum, Hiſpanis *Cagnamares* dictum. Oretanos prętерlapſus ad Metallinam, ubi Caſtra fuiſſe Vicelliana docent Antiquę ejus loci Inſcriptiones, Terræ ſe penetralibus condere putatur (Nam ex Vulgi opinione magis, quam ex veritate hæc eſſe, teſtis eſt apud Ortelium oculatus Georgius ab Auſtria, Præpoſitus Harlebecenſis) mox poſt aliquot leucas, quaſi ſæpius naſci gaudens, inquit Plinius, ad Villartam eruptione facta, Auguſtam Emeritam, ubi longiſſimo Ponte lapideo tranſitur, Pacem Iuliam, & Auſtrum verſus alias Vrbes prætergreſſus ad Caſtrum Marinum in Oceannum evolvitur. Hiſpanis hodie vocatur *Rio Guadiana*, recepta ab Arabibus voce. Iis enim *Guad* fluvius. *Bætis* (Βαῖτις Ptolemæo) oritur prope Caſtaonem ex Oroſpeda Monte, ut ſcribunt Strabo & Stephanus, qua parte *Sierra d'Alcaraz* nominatur. Ab

*Vrbium nomina.*

*Lacus.*

*Flumina.*

Fonte

# HISPANIA

Fonte in Occaſum vergens Cordubam, aliaque Opida præterlapſus, ad Hiſpalim in Auſtrum declinans, Oſtio ſatis amplo (unius enim Leucæ eſt) ſed quod Vadoſius haud procul Gadibus in Atlanticum Mare ſe exonerat. Hic fluvius nobilis Auro Veteribus eſt, & Olivetis. Straboni etiam & Pauſaniæ *Tarteſſus* nominatur. Stephano Περκης. Livius *Circen* ab incolis nominari notat: quam appellationem aliquamdiu retinuerunt, ſcribente Mario Nigro, Hiſpania potiti Afri; quibus tandem *Guadalquivir*, vel, ut alij ſcribunt *Ghiadalchebir*, tanquam fluvius *Magnus*, fuit dictus. *Minius* Hiſpaniæ Taraconenſis fluvius, ortum habens ſexto ſupra Aras Sextianas, quibus hodie *Lugo* nomen, milliari ad opidum quod vulgo *Caſtel-Verde*, Portum marinum ſecans, Pontemque Belſarium & Orenſem Civitatem perlapſus, facto ad Valentiam cum Avia congreſſu, ſex milliaria procurrens in Oceanum ſe præcipitat. Sunt & alij *Lethe*, *Turius*, *Limæa*, *Sicoris*, *Chalybs*, *Aſtura*, atque alij minorum gentium fluvij, quos alios explicandos, ne prolixiores ſimus, relinquimus. Mare nos vocat & quæ cum eo cenſeri ſolita, Sinus & Portus. Oceano undique Hiſpania & Mari Mediterraneo concluditur, præter eam partem quæ Montibus Pyrenæis & Aquitaniæ conjungitur. Quorum beneficio patentibus gremijs univerſi Orbis tam Novi quam Veteris commercio opportuna, tanquam ad juvandos Mortales ipſa avida in maria procurrit. Quæ & marinorum Piſcium genus omne abunde ſubminiſtrant. Inter quos Cetæ, Balenæ, Congri, Murenæ, Thynni, Savali, Lampetræ, & alij, tum Oſtrea, Conchyliaque. Memoriæ prodit Marineus Siculus Valentiæ ſe piſcem vidiſſe, quem piſcatores mari captum portaverant, & torculari magno locaverant aquæ pleno, craſſitudine & longitudine magnæ Mulæ, cujus caput, os, nares, oculi, Bovis eſſe videbantur, præter cornua, quibus carebat; mammas habebat muliebres, & manus mammillis adpoſitas. Vulvam quoque mulieris: addit poſtero die peperiſſe piſciculum ipſi perſimilem, longitudine trium pedum, craſſitudine colli canis Gallici, matremque eum quatriduo poſt fame forte coactam, devoraſſe. *Sinus* Hiſpaniæ celeberrimi ſunt tres, omnes ad mare Mediterraneum, *Sucronenſis*, *Illicitanus*, *Virgitanus*. Omnium vaſtiſſimus eſt *Sucronenſis*, magno ſatis ore Pelagus inquit Mela, accipiens, & quo magis penetratur anguſtior. Mediæ magnitudinis eſt *Illicitanus*, nunc *Puerto d'Alicante*. Minimus eſt *Virgitanus*, ab Opido, ut ſcribit Mela, *Virgi*, hodie *Vera* vel *Bera*, Corrupte apud Ptol. *Vrce* vel *Virge*, nec emendatius apud Antonium *Vrci*, ut nec apud Plin. *Vrgi*. Nominatur & *Gaditanus* Sinus Melæ lib. 3 ab Gadibus, Hodie *Baia de Cadiz*. Inter Portus, quos Hiſpania habet, primi eſt loci qui *Magnus* veteribus μέγας λιμήν Ptol, inter Nerium & Scythicum Promontoria: *Coruna* hodie. Sunt & *Annibalis Portus*, apud Pomponium, *Albor* hodie in Algarbiæ regno, *Amanum* Plinio, nunc *Fuentarabiæ*, ut Villanovanus, vel *Bermeo*, ut Moralis cenſet: *Gaditanus*, Melæ & Antonino, circa Gades: *Tarraconenſis*, de quo Silius Italicus lib. xv.

*Maris. Cõmoditas*

*Portuum nomina.*

*----- Tunc hoſpita Terraco Bacho*
*Conſidunt portu, & ſecuræ gurgite clauſo*
*Stant puppes, poſituſque labor, terrorque profundi.*

*Veneris* denique Melæ nominatus ad radices montis Pyrenæi. Sed de Sinibus Portubuſque eorumque latitudine & profunditate multis feliciſſime ſcribit Lucas Aurigarius in ſuo navigationis ſpeculo, Chartis, quod ad Hiſpaniam, decima novemque ſequentibus. Succedunt Montes, inter quos *Pyrenæus* principem obtinet locum, Hiſpanos ab Gallis dividens, Πυρήνη Ptol. & reliquis: Steph. Πυρήνη, Tibullo *Pyrene*, Livio & alijs *Saltus Pyrenæus*: Hiſpanis *Los Pyreneos* univerſim: nam pro ratione locorum varia ſortitur nomina. Dictum volunt plerique ἀπὸ τοῦ πυρὸς ab igne: vel quod crebris fulminum ictibus feriatur: vel quod ejus ſilvæ (ſcribente Diodoro lib. VI) injecto a Paſtoribus igne, quondam univerſæ conflagrarint. Silius Italicus denominationis honorem tribuit Pyrene puellæ, Bebrycis Filiæ, in eo Monte ab Hercule compreſſæ; ibique quum ab feris laniata eſſet, ſepultæ. Pyrenæus, ut ab Ortu in Occaſum ad Promontorium uſque Celticum prolatatus Hiſpanos dividit in Ciſmontanos & Vltramontanos, alium ad Iberi fontes montem protrudit verſus Meridiem per Hipaniæ latitudinem. Nomen illi *Indubeda* apud Strabonem & Ptol. *Saltus Aucenſis*, vulgo *Monte d'Oca* hodie vocatur, ab *Auca* urbe vetere, cujus ad *Villam Francam*, vigeſimo ſupra *Burgo* milliari, veſtigia monſtrantur. *Oroſpeda* Idubedæ proles: *Oroſpeda* Stra. *Ortoſpeda* Ptol. Toti hodie certum non eſt nomen; nam quæ Alvaro Gomecio cenſentur *Sierra Vermigia*, Flor. *Sierra Molina*, Cluſ. *Sierra Morena*, partes ejus ſunt. Oroſpedę adcenſeri ſolet *Calpe*. *Sic* Ptol. alijſque mons vocatur ad Fretum Herculeum, qui *Gibraltar* vulgo. Oroſpedę item pars rupes præcelſa, quę ex Hiſpalenſi urbe Granatam eunti prope Archidonam ſe cõſpiciendam offert. Nomen habet famamque meretur ex memorabili, quod in omne ævum eſt duraturum amoris exemplo Hiſpanis dicitur, *La penna de los enamorados*, *amantium rupes* Res, ut paucis dicam, ita habet: Quum Regnum Granatenſe Mauris adhuc pareret, graveque inter ipſos & Chriſtianos bellum flagraret, quodam in conflictu inter alios captus eſt Chriſtianus, quem Maurorum Rex ob formę venuſtatem facilitatemque morum libertate donavit, eundem apud ſe in palatio retinens. Inter hunc porro filiamque Regis tanta tamque caſta coaluit familiaritas, ut articulis hæc Chriſtianæ fidei præcipuis imbuta, Chriſtianiſque commorari. deinceps avens & cõmori, torũ cõjugalem pollicita, fugam cum captivo fuerit molita. Quum autem Rex diligenter illos perſequeretur, in rupem quam dixi, ut ibi deliteſcerent fugerunt, videntes autem ſe detectos & rupem ab Mauris undique circumſeptam animadvertentes, cacumen conſcenderunt: ſeque, ſupplicio, quod ab Rege expectabant, territi mutuo complexu præcipites inde dederunt. Ad cujus rei memoriam in ejuſdem rupis dorſo, inque via publica cruces erectæ videntur. Paulinus *Bimarem* nominat: reſpicit enim duo maria, internum & externum. Strabo Calpen montem eſſe, ait, circuitu quidem non magnum admodum, altitudine autem ingentem & arrectum, ut remotioribus inſulæ formam præferat. Vnam Herculis columnarum ſunt qui fabulantur, alteramque ex adverſo Abylam in Africa, laborum Herculis metas. Addunt unum fuiſſe quondam montem, ſed ab Hercule perfoſſum, atque ita muratam rerum faciem. Videndi præter alios Plin. lib. 3. & Pomponius Mela lib. 1. ubi de Mauritania, & lib. 11. de Hiſpania. *Calpe*, inquit inter alia, facta cum Abyla commiſſione, *magis & pene totus in mare prominens. Is mirum in modum concavis, ab ea parte, qua ſpectat Occaſum, medium fere latus apperit, atque in de ingreſſus totus admodum pervius prope, quantum patet Sinus & ſpecus, ultra eſt.* Ex Oroſpeda prope Alcaraſſum *Mariani* montes ſurgunt. Sic nominat Plin. qui ſingulariter *Marianus* Ptol. & mons *Mariorum* Antonino: hodie *Sierra Morena*. Radices horum montium adluit ad lævam perpetuo fere ad Oceanum uſque nobiliſſimus fluvius Bætis. Iuxta Barcinonem mons eſt, quem *Mon-Iui* vocant adcolæ: ſunt qui interpretantur *Montem Iovis*: alij melius *Montem Iudæorum*, qui quondã illic ſepeliebantur, quorumque plura adhuc ibi Sepulcra & ſigna. In vertice turris eſt: unde ſpeculator, die quidem linteo velo, noctu vero facibus Navigiorum adventum Barcinonæ civibus oſtendit. *Silvis*, Nemoribus, Arboribuſque ſingulares ferentibus fructus, ubique eſt plena

*Montes.*

*Sylvæ.*

Hiſpania

# PORTVGALLIA.

HACTENVS in genere Hiſpaniam deſcripſimus : nunc poſtulat Methodus, ut ſpeciatim & per partes eam perambulemus. Varie a varijs fuiſſe diviſam in Generali deſcriptione diximus. Nos vero Partium Hiſpaniæ, quo ordine methodoque ab Hondio delineantur, deſcriptionem, quam poterimus fideliſſime, proponemus. Eam octo Tabulis abſolvit, hoc ordine. In prima deſcribitur *Portugallia*, in ſecunda *Biſcaia*, *Guipuſcoa*, & *Legio*. In 3 *Caſtella Vetus* & *Nova*. In 4 *Galecia*. In 5 *Andaluzia*, ubi & *Conventus Hiſpalenſis* & *Gades*. In 6 *Valentia*. In 7 *Catalonia*. In 8 *Aragonia* & *Catalonia*. *Portugalliam*, quę primo loco ſe offert, *Luſitaniam* Veteres dixere. *Luſitaniæ* autem (quæ Λυσιτανία Ptol. & alijs; Appiano autem λισιτανία) nomen impoſitum tradunt M. Varro & Plin. ab *Luſo* Liberi filio, *Lyſaque* cũ eo bacchante : Luſitaniam enim dici, tamquam *Luſi* regionem, quum τανία nihil aliud quam Regio. Marcianus putat *Luſitaniam* appellari ab fluvio cognomine, qui nunc forte *Tagus*, *Portugalliam* quidam ſic nuncupatam volunt a *Portu Gallorum*. Andreas Reſendius, cujus ſententiam ſequuntur alij docti, *Portugalliæ* appellationem manaſſe notat a *Portu Cale*, quod Opidulum Durij Fluminis oſtio adpoſitum Piſcationis gratia frequentari quomdam ſolitum: unde tanta hominum multitudo confluxit, ut in Civitatem opulentiſſimam evaſerit, & *Portogalo* (quaſi *Portus Cale*) nominari cœperit : inde vero totum Regnum nomen poſtea obtinuiſſe. Ceterum *Portugallia* hodie, ſi Terræ latitudinem ab Meridie Septemtrionem verſus ſpectemns major eſt quam *Vetus Luſitania* ; ſin ab Occaſu in Ortum, Longitudinem, minor. *Luſitania* olim ad Boream terminabatur Durio Flumine, & alio minore, quod hodie *Thormis*, in ripa dextra Vrbem geſtans Salamanticam ; ductaque ad faciendum Limitem Orientalem ab hujus fonte per Solerium montem Saltumque Manlianum ad Anam (ubi Caſtra quomdam Vicelliana) Linea : Anæque porro progreſſu per Emeritam Auguſtam ad Mare. Paullo ſequiores Luſitaniç terminos tribuit Strabo lib. III. *Portugallia* vero hoc ævo verſus Boream excurrit ſupra Confluentes Minium Aviamque ad Opidum uſque Ribadaniam, in Aviæ ripa poſitum, qua Parte Galeciam ſpectat, ductaque hinc in ortum Linea ad Mirandam uſque ad Durium collocatam, inde vero Meridiem verſus recto fere progreſſu facto ad oſtia Anæ fluvij, quo latere Caſtellæ, Extremaduræ & Andaluziæ eſt confinalis: ad Notum & Occidentem Atlanticum reſpicit Oceanum, adeo ut ambitus ejus cenſeatur eſſe 10 ccc xxc milliarium. Optima in hac Regione Aëris Temperie, ac Cœli ſerenitate atque ubertate præſtat. Abundat Vino, Oleo, Malis aureis, Citreis, Amygdalis, Melle Cera. Ac fructus quos hæc Regio producit bonitate antecellunt fere omnibus, qui in locis finitimis naſcuntur. Et quamvis Incolæ non tantum Frumenti ex Agris ſuis colligant, ut ipſis ad victum ſufficiat, tamen ex Gallia & Germania quantum opus habent, advehitur. Plurima alit hæc Regio Animalia, Equos imprimis magno numero, tantæ velocitatis agilitatiſque, ut vento conceptos crederent veteres. De his ſcribit Varro Cap. 1. lib. II. de R. R. *In fœtura, inquit, res eſt incredibilis in Hiſpania, ſed vera : quod in Luſitania ad Oceanum, in ea Regione ubi eſt opidum Oliſippo, monte Sacro quædam evento certo tempore concipiunt Equæ, ut hic gallinæ quoque ſolent, quarum ova hypenemia appellant : ſed ex his equis nati pulli, non plus triennium vivunt.* Eadem ſcribunt Columella, Plinius, & alij. In Luſitania *Sus quum eſſet occiſus* inquit idem Varro Cap. IV. ejuſdem libri de R. R. *Attilius Hiſpanienſis, minime mendax, & multarum rerum peritus in Doctrina dicebat L. Volumnio Senatori Miſſam eſſe Offulam cum duabus coſtis, quæ penderet III & XX pondo: ejuſque Suis a cute ad os pedem & tres digitos fuiſſe.* *Portugalliæ Regnum* primum circa annum C1O initium habuit. Ad id enim uſque tempus ſub Hiſpaniæ nomine cenſebatur. Legendus præter alios Ioannes Bar. cap. 1. Aſiati. Dec. Primum Regum Luſitanorum Progenitorem Faſti commemorant *Henricum* Ducem Lotharingiæ, Comitem Limburgium, Virum Animo Magnum Manuque promptum : qui Laribus in Hiſpaniam tranſlatis, *Tyreſiam* duxit *Alphonſi* VI Caſtellæ Legioniſque Regis filiam, accepta in dotem ea Galleciæ Luſitaniæque parte, quæ nunc *Portugallia* : quam non ita pridem ipſemet ſua virtute ex Saracenorum & Maurorum ſervitute vindicarat. Defuncto circa annum C1O CXII Patri ſucceſſit *Alphonſus* I, qui Portugalliæ ſe Ducem appellans, Regis titulum ab exercitu accepit anno C1O CXXXIX, victoriam conſequutus in Agro Orichienſi contra Iſmarium, & alios quatuor Saracenorum Maurorumq ; Reges : quinque Scutorum Inſignia facti monimentum poſteris relinquens-Succeſſerunt huic recta fere linea *Sanctius*, *Alphonſus* II, *Sanſtius* II. *Alphonſus* III, *Dionyſius*, qui primus Algarbiorum Regis Titulum uſurpare cœpit, *Alphonſus* IV, *Petrus*, *Ferdinandus*, *Ioannes*, *Eduardus*, *Alphonſus* V *Africanus* cognomine, *Ioannes* II, *Emanuel*, *Ioannes* III, *Sebaſtianus* in Africa interfectus, *Henricus* primo Cardinalis, & *Antonius*: quo, quod Nothus diceretur, pulſo, ut proximus heres Regnum occupavit *Philippus* II Hiſpaniarum Rex, Emanuelis per Iſabellam primogenitam Nepos: cujus hodie Filius *Philippus* III feliciter Hiſpaniæ quanta quanta eſt, imperat. De Portugalliæ Regibus eorumque ortu & Genealogia, rebuſque geſtis adeundi Rodericus Toletanus lib. VII. de rebus Hiſpanię cap. v. Rodericus Sanctius, Marineus Siculus, & alij. Portugalliæ Metropolis eſt *Oliſippo*, ut ea dicitur in antiquis & probatæ fidei M. Varronis, Plinii, Antonini, Melæ exemplaribus. In vulgatis enim nunc *Olyſipo*, nunc *Oliſyppo*. item *Vlyſippo*; aliiſque modis ſcribitur, Ὀλυσσεία Strab. Ὀδυσσεὺς Stephano, hodie *Liſbona*, vel, ut Incolæ proferunt, *Liſboa*. Vrbis nomen ab Vlyſſe derivare, abſurdiſſimum, quum is extra Fretum Herculeum numquam navigarit. Præit nonnihil ad verum Eymon Ptol. apud quem diviſim & vitioſe legitur ὂλιος ἱππῶν. *Oliſippo* enim, dici videtur, quaſi ὅλος ἱππῶν, quo innuitur totum illum Hiſpaniæ tractum, ubi antiquis Luſitania, tanquam Equorum quoddam fuiſſe Stabulum, ob incredibilem Equarum ijs in locis fœcunditatem. Apud Plinium etiam *Felicitas Iulia* nuncupatur. Emporium eſt, reliquis Orbis terrarum nobiliſſimis concenſendum : Divitijs ſupra modum adfluens : Mercium peregrinarum, quæ ex Aſia, Africa, America adferuntur Promptuarium celebre : Situs ad Tagi fere Oſtium amœniſſimi commodiſſimique : amplum, quodque ſua magnitudine Montes quinque, totidemque Valles (nam olim multo erat minus, unumque tantum, ut quidam tradunt, Collem occupabat) complectitur. Ex parte, qua mari adluitur, Portis diſtinguitur XXII, qua Continentem reſpicit XVI : Turribus per Murorum gyrum LXXVII munitur. Templa, quæ Græcis Parochiæ, XXV numerantur : præter hæc plurima ſunt quæ Monachis, Anachoretis, Veſtalibuſque ſunt attributa. *Oliſipponem*, ut Matrem agnoſcunt Tranſ-Taganæ : *Ebora* Plin. & aliis, Ἔβορα Ptol. quæ vulgo hodieque *Evra*. *Liberalitas Iulia* cognominatur Plinio ad differentiam aliorum Hiſpaniæ Opidorum, quæ Eboræ dicebantur. *Begia* vulgo *Beia*, vel *Bexa* : olim *Pax Iulia* Antonino : Πάξ Ἰουλία Ptol. *Setubal*, olim, ut opinatur Cluſius, *Salacia* : quæ tamen Varrerio Moralique putatur *Alcaſar de ſal* in Algarbiæ regione : *Almada*, Ptol. Καίτοβριξ : Antonino *Cætobriga* : Iacobus tamen Delgadus ſcribit hodie vulgo *Troiam* vocari. Cis Tagum haud procul Oliſippone Aquilonem verſus *Caſcale* Opidum eſt ſitum, ubi Naves Onerariæ, jactis Anchoris, ventum Æſtumque, ut flumen aſcendant, operiuntur. Propius ad urbem accedenti *Bethleem* occurrit, Opidulum. Sunt ibidem *Leiria*, *Tomar*, *Guardia*, non ignobilia, neque obſcuri nominis Opida. Prope *Leiriam* urbs fuit Pl. *Colippo*, ejus ruinæ S. *Sebaſtiani* Varrerio. Haud procul Tomare viſitur

*Regio. Nomina. & unde deducta.*

*Situs.*

*Cœli Temperies. Soli fertilitas.*

*Vrbes.*

# PORTUGALLIAE

quę olim Lusitania, noviſſima & exactiſſima deſcriptio, Auctore Vernando Alvaro Secco, & de integro emendata, anno. 1600.

OCEANUS OCCIDENTALIS

Gradus Latitudinis

OCCIDENS.

ORIENS.

Gradus Longitudinis

MERIDIES. 12 DIES.

SEPTEN. 12

GUIDONI ASCANIO SFORTIAE S.R.E. CARD. CAMER. Achilles Statius. Sal.

Lusitaniam Vernandi Alvari induſtria deſcriptam tibi ob gentis noſtrę patrocinium dicamus, Guido Sforti: Hinc homines incredibili virtute ac felicitate profecti, omnes Orbis terrarum partes obierunt. Africę magnam partem in Provinciam redegerūt: innumerabiles inſulas, quarum aut nomē tantum, aut ne nomē quidem vllum extabat, primi patefecerūt, idemq; occupaverūt: Aſiam terram beatiſſ. ſibi ſtipēdiariam fecerunt. remotiſſ. nationes Jheſu Chriſti cultum, religionemq; docuerunt. Vale. Rome.

Hiſpanicae leucae 17½. uni gradui competentia

Miliaria Germanica, quorum 15. uni gradui reſpondēt

Baptiſta Doetecomius ſculp.

REGNI CASTELLAE PARS

REGNI LEGIONIS PARS

ANDALUZIAE PARS

REINO DO ALGARVE

CONDADO.

ENTRE TEIO E GUADIANA

SERA DE SINTRA

SERA DE MONCHIQUE

SERA DE CAIRA

SERA DE COIRA

SERA DE MOMIL

SERA DE MOTOIO

SERA DE PEBORDAO

SERA DA STRICA.

SERA DO TRAGO

SERA DA ESTRELLA

SERA DE SOAIO

SERA DE PORTELA DO LEIA

SERA DE PENEDA

SERA DE MONTEMURO

SERA DE MONTES

SERA DE ARESTAL

SERA DE ARAMAR

SERA DE ARAMAON

SERA DE ARAMAON

SERA DE ARAMAON

# PORTVGALLIA.

*Ceice Celium* Antonini eidem. *Alanqueram* ad Flu. Tagum Patriam ſuam Damianus Goeſius, ſic dictam putat tanquam *Alankerke*, *Alanorum Fanum* ingenioſe, & vere. Hæc olim *Ierabrica* Antonino. Inter Mondam & Durium *Conimbrica* hodie *Coimbra*, olim caput Regni Portugalliæ. *Viſeum*, vulgo *Viſenſis Civitas* in opere Conciliorum. Quod Opidum hodie *Ponte Vouga*, Pl. putatur *Vacca Lamecæ* vulgo *Lamego* meminit Concilium Toletanum III. Inter Durium denique & Minium *Braga* ſuperbit: ſic hodie dicitur, quæ Βράκαρ Αὔγυστα Ptol. *Braccara Auguſta* Anton. *Auguſta Bracarum* Plin. Ab Gallis *Braccatis* conditam fama refert, anno ante Chriſtum natum CCXC. Auguſtæ cognomen addiderunt Romani Victores. Tam olim celebris, ut conventus hic fuerit ex ſeptem Citerioris Hiſpaniæ unus, unde Vrbes XXIV, auctore Plinio, jus petere conſueverant. Auſonius hanc urbem tali nobilitat Elogio:

*Quæque ſinu pelagi jactat ſe Bracara dives.*

Sita eſt ad Aleſten flu. cujus fontes in ſpino monte quatuor ab Vrbe milliaribus diſtant. Vallem amœniſſimam Vrbi adjacentem irrigat; multis hortis, pomarijs pratis & viridarijs excultam: Vrbem adluit, atque in Avum majoris famæ fluvium prope antiquum Opidum *Villam Comitis* influit. Quidam falſo *Sethem* vocant. Totius Hiſpaniæ Prima tum antiquiſſimo jure ſibi vindicat: qua de re cum Toletana Sede vetus ei Lis eſt & Contentio. Quod porro *Calem* Antonino, nunc *Gaia* cenſetur: quod Φόρος λιμικῶν Ptol. Hodie *Lima*: quod Κολιόβριγα eidem hoc ævo putatur *Berganca*. Sex milliaribus a Bracara Auguſta verſus Euronotum locus eſt, *Sitania* Incolis, habitatore carens, ubi olim *Cinninia* fuiſſe perhibetur, nobilis Luſitaniæ Vrbs. Ad Tammagum flumen Vicus eſt, non ultimi tamen nominis, *Chaves* vulgo appellatus, olim *Aquiflavia* nobilis Luſitaniæ Civitas, & alia Opida.

*Flumina.* Fluvij ſunt *Anas* ſive *Guadiana*, *Tagus*, *Mondegus Durius* & *Minius*: Horũ duo celeberrimi, *Tagus* & *Durius*: ille mœnia Oliſipponi alluit, & VI, aut VII inde Milliaribus in Mare influit: Hic prope urbem *Portum* præterfluens II infra eandem Milliaribus itidem in Oceanum ſe exonerat. Portugallia ab Occaſu & Meridie Atlanticum reſpicit Oceanum, qui præter Piſces quos abunde ſuppeditat, plurimas eaſque maximas commoditates præbet. Huic copias ſuas omnes, ut debet, ita & acceptas fert, ac grata memorque beneficia immortalia agnoſcit, illum meliore ratione auri fluum quam Nilum ſuũ vetuſtas, dignatur, quod hujus ope & merito merces undecunque Terrarum importatas accipiat, eo pacto nullius indiga, rurſuſque quibus ipſa copijs abundat, per navigia exportet, cõmercij cauſa Terras quaſcunque non acceſſas petens; quo dum pervio uti licebit, (licebit autem dum rerum univerſi ordo ſuis conſtabit legibus) non defuturas ſibi opes ſed perennaturas confidit. Montes hic pauci, ijque non magni, ut ſunt quos Incolæ vocant *Sierra de Mochiquo*, *de Chaldecatao*, *de Sordedas*, olim dicti *Montes Lunæ*, &c. Sunt & hi plerique Lucis Nemoribuſque conſiti. Sunt etiam Sylvæ & denſa Nemora, in quibus Hiſpaniæ Principes venari ſolent. Ad Meridionalem Vrbis Bragæ partem *Silva* eſt *Primatialis*. Perdicum ac Leporũ abundantia celebris; in cujus fere medio Fons eſt amœniſſimus. In opidulo Bethleem, templum eſt D. Virgini dicatum, ſumptuque incredibili exſtructum: Emanuelis Luſitaniæ Regis Monimentum, quod dum viveret, ſibi ipſe deſignavit. Magna tamen Operi acceſſio facta ab Ioanne III Emanuelis Filio; quod indicat inſcriptum. Arcui Tetraſtichon litteris beſſalibus:

*Maris Cõmoditas:* *Montes* *Sylvæ.* *Opera publica.*

*Vaſta moles ſacrum divinæ in littore Matri* / *Auxit opus hæres Regni & pietatis uterque*
*Rex poſuit, Regum maximus, Emanuel·* / *Structura certant Religione pares.*

Suntque in Interamni Portugallia, ut ſcribit Vaſæus, præter Eccleſiam Bracarenſem Metropolitanam, & Portugallenſem Cathedralem, atque alias quinque Collegiatas, pluſquam centum triginta Monaſteria, quorum pleraque reditus habent ampliſſimos: præterea plus minus M CCCC IX Parochiales, ut ſcribit quidam. Certe in parte quæ Bracarenſem agnoſcit Eccleſiam octingentæ recenſentur. Ex qua re fertilitatem & Religionem antiquam Gentis facile agnoſcas. Sunt & Pontes quadrato lapide elegantiſſime conſtructi, eodem teſte, prope ducenti. Taceo Xenodochia, Noſocomia, Orphanotrophia, Turres editiores, pulcherrimas ædes, hortos amœniſſimos, & ejuſmodi.

*Academia,* Academias habent in hoc Regno *Ebora* & *Coimbra*: Prior ab Henrico Cardinale Luſitanię, ejuſdemque Civitatis Præſule, nuper inſtituta. De ea Iacobus Payva, *Quid ſi Academiarũ*, inquit, *gloria magis literarum & virtutum ſplendore, quam antiquitate conſtat: hæc, certe paullo ante conſtituta cum antiquiſſimis & toto orbe celeberrimis jure certare poterit. Satis enim illa præfert ſpecimen Integritatis, Prudentiæ, Pietatis, Fidei & Religionis, quibus mirum in modum excellit Henricus Princeps clariſſimus, qui illam egregie fundatam, mirifice auctam, omnibus neceſſarijs rebus munitam, nobis & poſteritati exadificavit.* Altera etiam inſtituta nuper a Ioanne II Portugalliæ Rege.

*Mores.* Sunt Luſitani omnium Hiſpanorum fortiſſimi, veloces, agiles, mobili corpore levique, ut facile & fugiant hoſtem & inſequantur: prompti, laboris patientiſſimi. Sunt & eo ingenio, ut magnifice de ſe & rebus ſuis ſentiant: atque ipſi dictitant ſe vivere ex opinione, hoc eſt ſe ſuſtentari potius eo, quod ſe eſſe putant, quam eo quod revera ſunt. Rei Navalis ſunt peritiſſimi, ac Navigationibus ad incompertas Regiones toto Orbe notiſſimi; Mercatorum commercijs di-

*Mercimonia.* tiſſimi. Maxime autem Mercaturæ Luſitani ſtudent, ad quam loci commoditas ipſos non parum invitat. Nam facie verſus Occidentem converſa, habet a dextra hoc Regnum Galeciam, Biſcaiam, Galliam, Angliam, Germaniam, & reliqua Regna Septemtrionalia: a fronte Inſulas Accipitrum, quę alias Terceræ nominantur: Inſulas Fortunatats, una cum Indijs Occidentalibus. A ſiniſtra Andaluziam & fretum Herculeum, per quod in Mare Mediterraneum: & inde in Italiam & Græciam navigatur. Relicto vero Freto, ſi a ſiniſtra Africam circumnaviges plurimæ inveniuntur Regiones, & plurimi populi ut conſtat, Antiquitati incogniti.

## ALGARBIA,

*Regio unde dicta.* *Algarbia* ab Arabibus nomen accepit, ſignificatque Campum Arvumque felix & uber, in quo omnia ad commutationem neceſſaria. Linea autem cujus initium ab Ana fluvio inter Amnes qui vulgo *Vataon* & *Careivas*: finis autem ad Opidulum *Odeſeiza*, id eſt ab Oriente verſus Occidentem protracta, ſeparat *Algarbiæ* regnum

*Situs.* ab ipſa Portugallia, omnium Hiſpanię Regnorum minimum & ignobiliſſimum. Comportantur eo ex varijs Hiſpanię partibus ſecundo Anæ decurſu Vina omnis generis, Sicca, Baſtarda, Romana, & ejus claſſis alia, quæ porro navibus

*Opida.* impoſita in Galliam, Inferiorem Germaniam, alioque avehuntur. Opida habet *Balſam* Ptolemæo, Plinio, Antonino & Pomponio Melæ, quæ hodie *Tavila* ut Coquus opinatur: *Oſſonobam* Plinio, & Antonino: quorũ ille *Luſturiam* cognominat, Οσσόναβα eſt Ptolemæo putaturque quæ nunc *Siluis*. Fuit etiam ibidem ad Sacrum Promontorium Vrbs *Lacobriga* Pomponio, cujus etiamnum ruinæ ruderaque viſuntur prope *Lagos* Opidum maritimum, in Vico, qui Luſitanica Lingua *Lagoa* vocatur, uti ſcribit Vaſęus; Ejus Incolæ Λαγγοβρίται Plutarcho, Sertorium depingenti. *Algarbia*

*Imperium Majorum.* Comitatus initio in dotem ab Alphonſo X, Legionis Rege, ut priſci referunt Annales, datus fuit Alphonſo III Portugalliæ Regi, quum filiam ipſius Beatricem, quam ex Pellice genuerat, uxorem duceret. Natus ex eo Conjugio *Dionyſius*: qui primus Algarbiorum Regis titulum uſurpare cœpit.

BISCAIA Ioanni Gerundenſi Epiſcopo a Baſtulis Bæticæ antiquis cultoribus nomen trahit. Hi enim cum primum ex Libya in Hiſpaniam Bæticam cõceſſiſſent, a Mauris loco pulſi in Galeciæ montes confugerunt, ibique domicilia ſtatuentes nomen gentis retinuerunt, ut *Baſtulia* ab eo tempore dicta ſit, quæ nunc *Biſcaia* nominatur. Hi proprium Idioma Barbaricum a Latino non admodum diſtans effecerunt, quo etiamnum utuntur. *Biſcaia* a nonnullis *Viſcaia* appellatur, quæ vox ad Vaſconum nomen proxime accedit. Hiſpaniæ Regio eſt ad Oceanum Montibus obſita. Temperatius in ea clementiuſque Cœlum quam in reliqua Hiſpania. Magnis enim Montibus circumdata nec frigore nimio infeſtatur, nec calore nimio torretur. Regio Arboribus, quæ Navibus fabricandis idoneæ, referta. Novit hoc prę- ter alias Provincias tota Hiſpania, cui integræ nonnumquam Claſſes hinc ſubvehuntur. Caſtanearum, Nucum, Pomorum, quæ *Aurea* cognominantur, Reſinæ, Metallorum omnis generis, præcipue Ferri, Nigrique Plumbi, & aliarum rerum feraciſſima. Vino carenti potum ſubminiſtrant Poma ſaporis optimi, preſſa. Animalium hic Terreſtrium, Marinorum, Volatilium; Fructuum, omniumque, quæ vitæ hominum commodius agendæ neceſſaria, ingens copia. Quam *Biſcaiam* hodie dicimus, habitarunt olim *Cantabri*: latius tamen quam ipſa Biſcaia patet, occupatis etiam locis ijs, ubi nunc *Guipuſcoa* & *Navarra*. Populi celeberrimi multorumque ſcriptis decantati. De moribus illorum nonnulla tradit Strabo lib. III. Hi vitam nullam ſine Armis eſſe exiſtimabant. Elegan-

*Regio.*
*Vnde dicta*
*Situs.*
*Cæli Temperies.*
*Soli fertilitas.*
*Animaliũ varietas.*

ter Silius Italicus lib. III.

*Cantaber ante omnes hiemiſque, æſtuſque, famiſque*
*Invictus, palmamque ex omni ferre labore.*
*Mirus amor Populo, quum pigra incanuit ætas,*
*Inbelles jamdudum annos prævertere ſaxo:*
*Nec vitam ſine Marte pati, quippe omnis in armis*
*Lucis cauſſa ſita, & damnatum vivere paci.*

Omnibus Hiſpaniæ Populis ſubactis, & in Populi Romani poteſtatem adductis, ſoli cum Aſturibus alijſque Conregionalibus vinci non potuerunt; unde Horat. lib. II. Od. VI:

*Imperium. Majorum*

*Cantabrum indoctum juga ferre noſtra.*

Ultra montes enim, qui a Pyrenæis perpetuo procurrunt ad Nerium uſque Promontorium, habitabant, neque, niſi cum maxima difficultate ſummoque periculo adiri poterant. Debellavit tandem ferociſſimam gentem, bello fere quinquennali fractam & defatigatam, C. Cæſar Octavianus Auguſtus; ipſe contra eos, reliquoſque Romanis nondum parentes profectus. Horatius lib. III. Carm. Od. VIII:

*Servit Hiſpanus vetus hoſtis oræ* *Cantaber ſera domitus catena.*

Et lib: IV. Ode XIV. Auguſtum ipſum adloquens:

*Te Cantaber non ante domabilis,* *Miratur, ô Tutela præſens*
*Meduſque & Indus, te profugus Scythes* *Italiæ, Dominæque Romæ.*

Subjugavit autem Cantabros Vipſanij Agrippæ, cæterorumque Legatorum quos ſecum duxerat, induſtria & fortitudine, Horatius lib. I. Epiſtol. ad Iccium:

*Cantaber Agrippæ Claudi virtute Neronis* *Armenius cecidit.*

Cantabrorum gentes hac Hiſpaniæ parte lego & *Salenos*, quos nominat Pomponius Mela, & *Concanos*, qui apud Silium Italicum. Lib. III Poſteriores male adfecti apud Strabonem lib. III. Vbi enim vulgatis legitur Κωνιακοὶ, emendandum Κονκανοὶ. Quidam hos populos male confundunt cum *Coneis*, qui ad Fretum Herculeum. De *Concanis* Horatius lib. Carm. Ode IV:

*Viſam Britannos hoſpitibus feros,* *Et lætum equino ſanguine Concanum.*

Eſt in Biſcaia, præter alia, opidum nobile *Bilbao*, quod quondam, uti cenſent Villanovanus & Henricus Coquus, Φλαζιοναζία, ut quidem in Græcis Ptolemæi Codicibus legitur. *Bilbao* dictum, ut quidam opinantur, quaſi commutatione litterarum Hiſpanis familiari *Bilvao*, id eſt *Bellum vadum*. Condidit Didacus Lopeus de Hazo, Cantabrorum Princeps anno ab Chriſto nato CIↃ CCC, aut circiter. Tria cum primis hoc opidum commendant, Situs oportunitas, Annonæ copia, mirabiliſque Negociorum Hominumque varietas & multitudo. Situm eſt in loco plano duobus ab Mari milliaribus. Panis habet genus, ſingularis excellentiæ & bonitatis, quod Incolis *Pan del Fuego* vel *de Arregoriaga* vocitatur. Per hoc opidum in reliquam Hiſpaniam importatur, quidquid Anglia, Gallia, Belgica mittunt; per idem ipſum exportatur quidquid cum ijſdem alijſque Regionibus communicandum cenſet Hiſpania. Reperire hic eſt Cives qui ſoli quotannis ſua pecunia tres quatuorque naves ædificari curant. Ab altera parte, opidulum habet in ora maritima, *Portugallette*, vulgo nuncupatum, a quo rivus quidam, maris ingens brachium, non ſolum in hanc Vrbem uſque: ſed in ipſas etiam domos influit. Hoc importari atque exportari parvo negocio, vilique precio, varia Mercium, aliarumque Rerum genera indies videre eſt. Sunt etiam in Biſcaia Portus nobiliſſimi. Nec eſt cur Piſcium ullum genus requirat, cum & optimos habeat, & quantos fere velit, eoſque recentes, Margaritas item marinæ non negant conchæ, ſed quæ ignobiliores. Inter Montes quibus cingitur, Mons eſt *S. Hadriani*, in quo antrum apparet, via qua in Galliam tenditur, per quod viatores ultro, citroque commeant. Hic enim in Biſcaia via lapidea per antrum hujus *S. Hadriani* Montis recta ducit, incipiendo a pago *Galerota*, ubi ob aſperrimam itineris difficultatem, incommodus equorum uſus, qui proinde manu ducendi ſunt, & quia ſumma montium juga abrupta & impervia, glacies niveſque perennes nulla profectione ſuperari poſſunt: neceſſitas, & quam hæc excitare ſolet induſtria, artem modumque invenit, quo montem pervium faceret, & in eo antrum ſeu Cryptam perfoderet, mediocriter quidem latam, longam vero, in quantum ſagittæ jactus extendere ſe queat. In ingreſſu, ab Hiſpaniæ latere, ſub obſcura eſt, aliquantulum deorſum ducit, & in medio ad ſiniſtram vergit; ubi deinde, ad exitum veluti ſtella, gratum lucis beneficium affulgere incipit, &, qua parte Galliam reſpicit, muro & porta clauditur. Gens affabilis, hilaris, elegans. Virginibus Biſcainis mos quamdiu innuptæ ſunt, nec Capillos alere, nec velari. Statim ubi nupſerint, caput velant, & vitta tegunt in modum galeæ compoſita ex linteo coloris aurei, quam eum in modum involvunt, ut in fronte, veluti cornu aliquãtulum extet. Magna hic Hiſpanis, cum Gallis, Belgis, Anglis, alijſque Populis commercia. Lana præcipue facit, ut omnia Fora, Locaque ab Emtore Venditoreque ferveant.

*Opida.*
*Maris commoditas.*
*Mores*
*Commercia Regio*

## GVIPVSCOA.

GVipuſcoa Cantabrorum etiam olim erat regio. Nonnulli *Lipuſcoam* & *Lepuiſcam* vocant: corrupte, ut notat Stephanus Garibayus ejus Incola. Vnde autem hæc appellationẽ habeat, non facile dixerim, niſi forte ab *Opuſcua* antiqua civitate nomen trahat. Concluditur ad Ortum Amne *Vidoſone* (qui & *Vidorſo*, *Alduida*, *Huria*, & *Beoyvia*, medius inter Galliam & Hiſpaniam) Pyrenæiſq; Montibus; ad Meridiem Navarræ Regno, ad Occaſum Biſcaia

*Regio. Nomina. Situs.*

# LEGIONIS, BISCAIÆ ET GUIPISCOÆ TYPUS

CANTABRICUS OCEANUS

SEPTENTRIO

MERIDIES

ORIENS

OCCIDENS

ASTURIAE

LEON

IDUBEDA MONS

BARDULI

CANTABRIA

BISCAIA

GUIPUSCOA

ALAVA

Sierra Cogollio

Scythicum prom. C.de Pinas

C de Maßuscano

Baiona

Funtarabia

S.Sebastian

Pasage

Leco

Caſ. de beau

Oiaxa

Bermeo

Lequeitio

Motrico

Valencia

Bilbao

Antigarbion

Durango

Eloria

Eibar

Villaro

Porto galete

Castro Salsedon

Laredo

Loquendo

Santillana

S.Iuſta

Scrdion

Martin

S.Antonio

Andero

Aviles

Candes

Tores

Artedo

Gyon

Villa Viciosa

Oviedo

Metropolis Aſturiæ

ASTURES

Aſturias

Castrapol

Ablaus

Pedeſale

Pannaflor

Riba de Sella

Potolarom

Salvador

Villa viciosa

Vente de verto

S Vincente

Lanes

Espinosa

Medina de Pomar

Val de vieſſe

Puente de la Ra

Haro

S.Vincente

La Puebla

La guardia

La Venta

Vitoria

Venta cibay

Aquiotor

Maia

Asperia

Placencia

Eſtella

Ucarago

Vergara

Ydola

Ancvola

Toloza

Eldua

Berrori

Elduaton

Verastiguy

Lacarca

Castala

Oreſa

Amſqueta

Stella

Tafalla

Lerin

Muanda

Oliva

Puete de la Reina

La Rago

Caparoſo

Excea

Tauſt

Cortes

Ebro Rio

Tudela

Alfaro

Arnedo

Cervera

Cascante

Lagronno

IULIOBRIGA

Najara

Navarrete

Abelada

Calahorra

Villar

Alcanadre

Carcar

Torizillo

Enalda

Quel

Rodecilla

Saltas

Lara

Burgos

Van de huetes

Rabe

Tramidos

Villa nueva de las carettes

Icentu moral

Cogollos

S.Pedro dor: lança

Cabacubias

Lerma

Salduendo

Arlanza

Reluncon R.

Pisuerga Rio

Carrion Rio

Carrion de

Villa martin

Saldanna

Melgar

Calcadilla

Marationes

Manſilla

Villareme

Leon

Venta de Conde

Val verde

S.Miguel de camino

Puente

de la Reina

Laceno

Ponferrado

Aſtorga

ASTURICA

Orbigo R.

Novia

Los molinos

Benavente

Villalon

Moral del Rey na

Medina de rio ſecc

Palencia

PALANTIA

Aldea

Eſla Rio

Villalpando

Castramonte

Duennes

Paradela

Miranda

Comora

SENTICA

Villalar

Pedroſo

Toro

Simancas

Tor de ſillas

Xambrino

Aniggo

Duero Rio olim Durius fl.

Leucæ Hiſpaniæ 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Milliaria Germanica 1 2 3 4 5 6 7 8

14 15 16 17 18 19

41 42 43 44

de qua modo dixi, ad Septemtrionem Mari Cantabrico. Circumitus ejus triginta ſex milliarium. Temperata autem maxime hæc regio eſt; neque enim ſentit frigoris moleſtias, neque Solis vehementes ardores, cœlo autem utitur humido & inconſtanti. Cum vero omnis ſit montoſa & aſpera, non eſt uſque adeo culta, quæ tamen in ea loca coluntur, valde ſunt fertilia. Vineta non habet niſi pauca in parte maritima. Cæterum regio ubique Ferri & Chalybis ferax, adeo ut nuſquam terrarum Ferri major ſit abundantia aut præſtantia: tantumque ejus materiæ hic effoditur, ut multis regionibus ſufficiat. Vulcani officina, Martiſque Armamentarium ab Natura videntur hic collocata: tantam ibi videre eſt non ſolum Ferri, & Chalybis, ſed & factorum inde Armorum copiam; ut non immerito *Murus* ſive *Propugnaculum Regnorum Caſtellæ & Legionis* in quibuſdam regionis Archivis cognominetur. Scribit Navagierus hoc tractu tantum Ferri Chalybiſque effodi, ut ſingulis annis xxc millium Ducatorum inde quæſtus fiat. Non igitur ſine cauſa Montem ibi ſcribit Plinius lib. xxxiv. Cap. xlv. totum ex ferro: *Cantabriæ*, inquit, *maritimæ parte, Mons prærupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materia eſt.* Conlocantur hic a Ptolemæo, Pomponio, Plinio, alijſque, Populi *Oregeviones, Autrigones & Varduli.* Primorum memoria videtur etiamnum ſervari in Opidis *Orendaiu, Oreſa & Orio,* cujus appellationis ibidem etiam fluvius eſt non ignobilis. Metropolis eſt *Toloſa* ad Confluentes ſita Araxin & Orian. Sunt & alia Opida; *Placentia*, ubi fabrorum ferrariorum incredibilis copia: *Matrico*, vel ut alij ſcribendum cenſent, *Monte de Trico*, ab ſcopulo cognomine, qui Opido imminet: *Fuentarabia*, Ptolemæo Φλασιόβριγα: *Fanum D. Sebaſtiani*, olim *Hicuru*, poſtea *Don Baſtia*, & corrupte hodie *Donaſtien*, idem ſonans quod *Divus Sebaſtianus. Don* enim Cantabris nihil aliud, quam quod Latinis SANCTVS, Caſtellanis SANTO. Loca namque in Cantabrorum agris varia plerumque habent nomina, ob Linguarum differentias. Aliter ipſi Cantabri, aliter Hiſpani reliqui, aliter Galli, qui ipſis Confinales, vocant. Situm eſt hoc Opidum ad oſtium fluminis, quod *Menaſcus* Pomponio Melæ, Ptolemæo μηνόσκα, hodie *Rio Gurumea*, vel *Vramea. Chalybs* fluvius in his regionibus oritur, cujus Aqua ad ferri temperamentum plurimum valet; adeo ut Hiſpani non alia Arma, niſi quæ hujus liquore temperata, adprobent. Ab hoc flumine Populos *Chalybes* Iuſtinus lib. xlv. ait appellatos. Fanum *D. Sebaſtiani* Portum habet ampliſſimum, non arte humana, ſed ſagacis Naturæ providentia factum, in quo Naves ab ſævientibus undis Ventiſque parum faventibus ſecuram & tutiſſimam inveniunt Stationem. Ingreſſus patet inter duo Caſtella; quorum quod ad Orientem, in edito Monte exſtructum, Occidentaliore, quod in Rupe, eſt eminentius; ſunt & alij. Incolæ ijſdem cum Biſcainis ſunt moribus eademque utuntur lingua. Natura ſunt ingenioſi, politici, ſatis exculti, ad alliciendum faciles, & qui difficulter cogi poſſunt, honoris cupidi, ſuorum privilegiorum defenſores acerrimi, agiles, animoſi, ad tractanda omnis generis arma dexterrimi, & ad militiam proclives. Sunt & mulieres admodum robuſtæ, planeque viragines, corpore bene habito, forma bona; Licet laboribus aſſuetæ, ac idcirco minus arrogantes. Maris Adcolæ Navigationi piſcibuſque, cum alijs; tum quos *Baccalos* appellant, capiundis, magno lucro, dant operam.

*Cœli Temperies, Soli qualitas.*

*Fluvius. Chalybs. Portus.*

*Mores.*

## LEGIO.

SEquitur *Legio*, cui nomen ab *Legione* VII *Germanica*, quæ hic olim (Nervæ Imperatoris principatu, ut quidam autumant) ſtativa habuit. Ioannes Gerundenſis Paralipom. Hiſpaniæ lib. III, initio *Eleonam* dictam ſcribit ab *Eleona* Provincia Libyæ propinqua Syriæ & Æthiopiæ, in qua, ne ſcilicet appellationis cauſam ignoremus, maxima Leonum copia invenitur. Inde Leonis huic Regno ut & urbi figuram pro armis & inſignibus eſſe uſque in hodiernum diem. Hanc Hiſpaniæ partem qui hodie habitant, eos plerique volunt fuiſſe, qui *Vettones* Plinio; Ptolemæo, Straboni, Appiano Οὐέττωνες, *Vergones* male in Latinis Exemplaribus. *Vettoniæ* etiam mentio apud Prudentiũ. Hĩ populi, quo tempore primũ in Romanorũ venerant poteſtatem, quum quoſdam Centuriones viderent deambulandi cauſa hac illac ſe flectere, opinati eos (magnum hoc ſimplicitatis indicium) inſanire, Duces ſe, ut refert Aelianus lib. II. Variarum cap. v, ad Tabernacula eis præbuere: putabant enim aut in Tabernaculo quiete ſedendum, aut pugnandum eſſe.

*Regio, Nomina:*

*Vrbs Legio Gemina*

Metropolis, Vrbs illa clariſſima Regioni cognominis, quæ λεγίων ζγερμανικὴ Ptolemæo: *Legio Gemina*, Antonino, *Leon* hodie vulgo: quod nomen, cur ab Leonogildo Gothorum Rege malit, quam ab Legione ipſa Franciſcus Tarapha derivare, non video. Moralis tradit etiam *Sublanciam* olim dictam, adſcribens ejus nominis veſtigia etiamnum exſtare in loco, qui ſeſquimiliari diſtans Legione, dicitur *Sollanco.* Conſulendus hac de re Theſaurus Ortelij. Illud præterea minime omittendum ſuggerit Hieronymus Surita Cæſar auguſtanus Commentario in Antonini Auguſti Itinerarium, exſtare Auctores, qui ante cccc annos id prodiderint, huic Urbi quondam *Floris* nomen fuiſſe inditum. Præfectum Legionis VII Geminæ *Legione* conſtituit Scotus, Auctor Notitię Provinciarum. De Templo Legionenſi ſic ſcribit L. Marinæus Siculus lib. 3. de rebus Hiſpaniæ: *Etſi Templũ quod ætate noſtra Civitas Hiſpalenſis ædificat alia omnia magnitudine præſtat: etſi Toletanum cunctis alijs divitijs, ornamentis & ſpecularibus feneſtris eſt illuſtrius: etſi denique Compoſtellanum fortioribus ædificijs, & rebus alijs memorabilius eſt; Legionenſe tamen artificio mirabili, meo quidem iudicio omnibus eſt anteponendum; in cujus clauſtro Sacellum eſt, in quo jacent Reges ſeptem & triginta, & unus Hiſpaniæ Imperator.*

*Imperium Majorum.*

Illud autem memoria digniſſimum eſt, quod ab hac Vrbe cœperit circa annum IↃCCXVI Recuperatio Hiſpaniæ, quam totam fere Maurorum & Saracenorum gens occuparat. Pelagius enim, ut cum alijs referunt Rodericus Toletanus Libro de rebus Hiſpaniæ VI per multa capita, & Rodericus Sanctius parte I Hiſt. Hiſp. Cap. xl, ex regio Gothorum ſanguine, Fafilæ Cantabriæ Ducis filius, ab Chriſtianorum, qui in Montes Aſturiæ confugerant, reliquijs Rex conſalutatus, magna ſtrage Maurorum edita, vix Regnum orſus, hoſti Legionem eripuit: ibique ſedem ſui Principatus figens, novum Caſtellum, quaſi propugnaculum adverſus Barbarorum vim & incurſiones, exſtruxit: unde *Comites* deinceps *Caſtellæ* dicti, de quibus poſtea; rejectis autem Gothorum Regum Inſignibus Leonem ſumſit Rubrum in albo Campo ferocientem, quo hodieque Reges Legionenſes utuntur. Pelagium in Regno ſequutus eſt Fafila filius, hunc autem Improlem Alphonſus Catholicus, Petri Cantabriæ Ducis filius, ex genere Ricaredi Catholici Gothorum Regis oriundus: qui uxorem duxerat Ormiſendam Fafilæ Sororem unicam & hæredem. In Alphonſi familia poſteriſque Legionis principatus manſit uſque ad Veremundum, Regem Legionis XXIV: quo, anni CIↃ XX ſine ſucceſſore, defuncto, Sanctia Soror, Ferdinando Navarreo, Caſtellæ Regi nupta Legionenſe Regnum ad Caſtellanum tranſtulit. Hic tres habens filios *Sanctium* quidem Teſtamento Caſtellæ Regem: *Alphonſum* Legionis & Aſturum: *Garciam* denique Galleciæ (quæ ab Conjugis Majoribus adquiſita Comitatus ad illud uſque tempus fuerat) & Portugalliæ nominavit. *Sanctius*, diviſionis paternæ impatiens fratres, *Alphonſum* quidem Regno deturbavit, *Garciam* autem occidit, Quum jam *Sanctius* circiter ſex annos regnaſſet, & ab Vellido per fraudem eſſet obtruncatus *Alphonſus*, qui Toleti apud Maurorum Regem exſul vixerat, non ſolum Legionis, quod ex Patris voluntate obtinebat, recuperavit: ſed & Caſtellæ, Galeciæ Portugalliæque regna eſt conſequutus. Huic ſucceſſit Alphonſus VII omnium qui ante ipſum fuerat potentiſſimus, Hiſpanięque Imperator nuncupari meritus. Ab eo tempore Legio unum ſemper habuit cum Galecia Caſtellaque Regem & Principem. Sed de his ſatis, ad Caſtellam accedamus.

# CASTELLA VETVS ET NOVA.

CASTILIA sive *Caſtella* (cui nomen ab Caſtello, quod Pelagius Rex, Legione ab Mauris recuperata, ut Propugnaculum, contra hoſtes exſtruxerat) quondam *Bardulia* dicta fuit. Hanc duplicem faciunt Hiſpaniarum Delineatores, *Veterem & novam. Veterem* circumdant ad Boream Aſturia & Biſcaia; ad Occaſum Portugallia: ad Meridiem Caſtella Nova, Montibus qui fere per Longitudinem Hiſpaniæ inceduat, intercurrentibus; ad Ortum Aragonia & Navarra. Regio fertilis Frugum, Vini, omnis generis Fructuum, Croci, & Animalium. Caſtellæ autem Regno tale legitur fuiſſe initium. Pelagius erepta rurſum Mauris Legione, Caſtellum quaſi Propugnaculum adverſus Barbarorum vim exſtruxerat, cui qui Præfecti, *Comites Caſtellæ* nuncupati, Regem Legionenſem, ut Principem diu agnoverunt uſque ad Ordonium II, decimum quartum Aſturum, Legioniſque Regem: qui quum Comites Proceresque Caſtellæ per ſpeciem Colloquij ad ſe evocatos obtruncaſſet: Caſtellani peſſimo ſcelere indignati projecto Regum Legionis jugo, ex ſuo corpore duos elegerunt Iudices Nunium Raſuram & Lainum Calvum: unum, qui Iuridicundo, alterum qui rebus Bellicis præeſſet: quorum Liberi horumque Poſteri *Comites Caſtellæ* ſunt appellati uſque ad Sanctium Majorem Navarræ Regem, qui quum bello fortis Cordubam & Toletum Saracenis eripuiſſet, Mauros omnes Navarra, Aragonia, Caſtella, Legione, Portugallia, alijſque Hiſpaniæ locis exturbaſſet, totamque Hiſpaniam Chriſtiano nomini reſtituiſſet, ducta Elvira Sanctij Caſtellæ Comitis filia, Garſiæque poſtremi Comitis Sorore & ex Aſſe hærede, Se dotis nomine non Comitem, ſed Regem Caſtellæ ſcripſit, Regnumque ad Ferdinandum Filium, Legionis etiam Regno per Conjugem Sanctiam locupletatum, tranſmiſit. Ferdinando ſucceſſit filius Sanctius; huic Frater Alphonſus: cujus filia Vrraca (nam Stirps maſcula obierat) quum, poſt Raimundum Berengarium Toloſæ Comitem, Alphonſo Regi Aragoniæ nupſiſſet, Aragoniæ, Caſtellæ & Legionis Regna fuerunt unita. Metropolis Veteris Caſtellæ *Civitas Burgenſis*, vulgo *Burgos*: Βραῦον putatur Ptolemæi. Urbs antiquiſſima, multiſque rebus inſignis, & inter primarias Hiſpaniæ merito referenda, C L. ſub ſe habens minorum gentium opida; magnis, pulchris commodiſque ædificijs paſſim adornata; Foris venalibus, Plateis, Vicis, Pontibus; Templis, Cœnobijs, Amnibus exculta; ob incredibilem Incolarum cujuſcumque ætatis, ſexus, conditionis, induſtriam & diligentiam memoranda. Circumdant ſuam Metropolim jucundiſſimo commodiſſimoque ſitu: *Palencia*, ad Carrionis marginem ſita: *Palantia* Plinio, Melæ, Ptol. & Appiano, *Pallantia* Straboni; *Peralancia* corrupte apud Antoninum. Hanc ab Rege Hiſpaniæ Palatuo conditam quidam fabulantur. Hic olim Academiam fuiſſe volunt, quę nunc Salamanticæ. *Valdoledum*, Sedes olim Regia; locus in amœniſſima Piſuergæ ripa, non Hiſpaniæ ſolum ſed Europæ totius pulcherrimus; cui quæ Vrbs anteponatur, non invenitur agro beatus fertili: Forum ibi pulcherrimum ampliſſimumque: cujus ambitus 1oCC paſſuum: quumque multis alijs de cauſſis hoc opidum valde ſit nobilitatum, multo tamen magnificentius illud reddidit illuſtriſſimus Philippi Regis Hiſpaniarum ortus. Vulgo *Valladolid*: quod *Vallem Oleti* ſunt qui interpretantur. Πίνπα Ptolemæo, *Pintia* Antonino, ut cenſet Carolus Cluſius. *Simanca*, Antonino *Septimanca*. *Camora*, Ptol. *Sarabris*, ut Cluſio videtur: quæ vitioſe *Sabaria* apud Antoninum: *Sarabrim* tamen eſſe putant Florianus del Campo & Gomerius opidum illud, quod vulgo vocatur *Toro*, Latinis *Taurus*, ad Durium fluvium. Non autem poſtremi hic viſitur loci *Salmantica* Antonino, & Ptolemæo, *Salmatis* Polyæno, *Salamanca* vulgo. Hanc a Salaminis & Atticis, Græciæ Populis conditam notant Ioannes Gerundenſis Paralip. Hiſp. lib. II, & Ioannes Vaſæus Hiſpaniæ Chronico ad annum poſt diluvium CIↃCXXXIX. Haud procul hinc ad fluvium, qui vulgo *Gada*, *Civitas Roderici* Comitis, *Ciuidad Rodrigo*; quæ ut putant Vaſæus & Cluſius, μυροβρίγα Ptol. Celticorum opidum in Luſitania. Tendentibus hinc verſus Meridiem occurrit *Coria*, *Caurita* quondam, ut ſcribit Cluſius: *Cauriam* ab Latinis Iunioribus appellari tradit And. Schottus. Cauriæ verſus Ortum ad nonam circiter Leucam eſt *Placentia*, urbs pulcherrima: cujus Citria, ceterique Arborum fructus, nec non Panis candidiſſimus maxime ſolent commendari & expeti: *Plazençia* vulgo. Habet Placentia ſub ſua ditione Opida amœniſſima, in quies ex *Xavahicium* Nemoribus ſuperbiens, & *Piſaro* in Convalle jacens, velut altare, ut Marineus notat, in Teſtudine templi. Montes Placentiæ adjacentes, ab ipſa urbe *Vera de Plazençia* cognominantur. Quæ *Avila* hodie, Ptol. Ἄβιλα nuncupatur, ut vult Cluſius. Haud procul fontibus *Arevæ*, *Segobia* iacet, quæ Plin. & Antonino *Segovia*, ut hodieque, Ptol. Σεγοβία. Urbs eſt Lanificio & Aquæductu viſendo Romani operis nobilis: in qua, ut Vaſæus ſcribit, illud memorabile, quod illic nemo conſpiciatur ocioſus, nemo mendicus, niſi qui per ætatem aut morbum opus facere non poſſit: quum nulli deſit, unde victum quærat, aut in quo ſe exerceat. Quæ nunc *Aranda* ad Durium flumen, Ῥαύδα Vaccæorum urbs eſt Ptol. in Hiſpania Tarraconenſi; *Rauda* Antonino ex emendatione Hieronymi Suritæ: nam antea *Raudaclunia* cum altera manſione miſta legebatur. Quæ incerto Scriptori *Exoma*, *Vxoma* Plin. eſt, qui addit nomen hoc crebro alijs in locis uſurpari, *Vxſama* per *S* in antiquo marmore legitur: *Oſma*, hodie dicitur. Reliquas nominatis a nobis adponendas Curioſioribus relinquimus. Fuerunt olim hic etiam aliæ Urbes nobiliſſimæ: ſed quæ vel dirutæ, vel tantam paſſæ calamitatem, ut de loco certo parum conſtet. Inter eas principem facile locum tuebatur *Numantia*, totius quondam Hiſpaniæ robur, fortiumque Militum genitrix, *quantum*, inquit Florus lib. II. Hiſt. Rom. cap. XVIII, *Carthaginis*, *Capuæ*, *Corinthi opibus inferior*, *ita Virtutis nomine & honore par omnibus*, *ſummumque*, *ſi viros æſtimes*, *Hiſpaniæ decus*: *quippe quæ ſine Muro*, *ſine Turribus*, *modice edito in tumulo apud Flumen Durium ſita*, *quatuor millibus Celtiberorum lx millium exercitum*, *per annos XIIII ſola ſuſtinuit*: *nec ſuſtinuit modo*, *ſed ſævius aliquanto perculit*, *pudendiſque fœderibus adfecit*. *Noviſſime quum invictam eſſe conſtaret*, *opus quoque eo fuit*, *qui Carthaginem everteret*. Numantiam quaſi coronabant præſignes aliæ urbes, *Graccuris*, *Turiaſo*, *Auguſtobriga*, *Clunia*, *Segiſamunculum*, *Segiſama Iulia*, *Intercatia*. Sed hæc de urbibus & opidis ſufficiant. *Durius* fluvius Caſtellam veterem interfluit, in quem tot Amnes & Rivuli concurrunt, ut maximus Hiſpaniæ cenſeatur, licet parum ſit navigabilis ob rapidum curſum, obque anguſtiam: magnis attamen navigijs permeabilis eſt ad centum milliaria & amplius. Hic cæteris Amnibus Minio excepto, grandiores fert Aloſas, Lampetras & Troctas quas jure præferunt delicatioris gulæ æſtimatores, Salmonum parcior & Sturionum. Habet Caſtella Vetus Clariſſimam Academiam in urbe *Salmantica*, varijs Pontificum Regumque Privilegijs ornatam, Diſciplinarum omnium genitricem, aqua omnes fere Hiſpaniæ Urbes & populi tamquam a Domina, Leges petunt & jura. Hinc Conſiliarij, Theologi, Iuriſconſulti, Medici, reliquarumque ſcientiarum Magiſtri in Varias Hiſpaniarum Provincias & Regna peti proficiſcique conſueverunt. Iura ibi ſunt profeſſi Didacus & Antonius Covarruviæ, uti ipſe

*Regio unde dicta.* *Veteris.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.* *Flumina.*

# CASTILIÆ VETERIS ET NOVÆ DESCRIPTIO

Anno 1606.

Medius hic Meridianus est 17 reliqui ad hunc inclinantur pro ratione 39 & 42 parallelorum.

Leuce Hispanicæ
1 2 3 4 5 10 15
Milliaria Germanica
1 2 3 4 5 10 15

PORTUGALLIÆ PARS

CASTILIA VETUS

CASTILIA NOVA

ARAGONIÆ PARS

VALENCIÆ PARS

ANDALUZIÆ PARS

NAVARRA

PELENDONES

CARPETANI

CELTIBERIA

AGER LAMINITANUS

Campo de Montiel

Sierra Balbanera

Sierras de Alcaraz

Saltus Tigeritis

Campo de Alcoçer

Logronno IULIOBRIGA
Alcanadre
Calahorra
Viana
Abelada
Villar
Alfaro
Arnedo
Aquel
Enalda
Rodicillo
Salvos
Lara
Cornera
Aguilar
Taradona TURIASO
Cascare
Tauste
Ores
Cortes
Ayerbe
Lucurnich
Boria
Magon
Epila
Caragoça
Alfajarin
Pina
Fuentes
Tortosa
Flix
Ebrus fluv. olim, nunc Ebro Rio.
Esfreno R.
Cobarubias
Retuerta
Pontilla
Soria
Olveda
Agreda
Abagar
Berlanga
Nepas
Durius fl.
Duero R.
S Leonora
Osima OXAMA
Almasan
Burgos d'asmal
Fresno
Taiveco
Montagudo
Nostra Señora de la Penna
Trasovares
Riela
Ortuga
Nostra Sra della sierra
Calatajud
BILBILIS
Bubierca
Almunia
Lamuela
Muel
S. Scerin
Torrisillas
Langares
Carinna
La Puebla
Villa real
Romanos
Azuara
Lechon
Doraca
Moyvela
Huesca
Petortillo
Ailles
Cetina
Huerta
Medinaceli
Siguenca SERGUNTIA
Ariença
Buraalaro
Miralrio
Yviernas
Padilla
Algora
Cordutte
Cifuentes
Hita
Tortosa
Caracosa
Molina
Vendel
Pliego
Salme: ron
Guadalajara
Alcala de henares
COMPLUTUM
Madrid
Roxas
Arganda
Perales
Tajuna Rio
Tarajha
Chillaron
Villareo
Taio R.
Puenta duena
Horcaida
Villar de horno
Alcaçar de luere
Cuença VALERIA
Royllo
Cardenero
Moya
Villora
Ynieſta
EGELASTÆ
Campolire
Lina
Hutiel
Chiva
Requena
Pajazo
Buenacho
Barchim
Campillo
Pesquera
Montilla
Alarcon
Castillo
Canavate
Tembleique
Villa escusa de Saro
Villa cannas
Histo
Villar de cannas
Huertes
Consuegra
Puebla
La Mota
Montalvanjo
Tavoso
S. María de los llanos
Albera
Maniavacas
Alcacar de S. Juan
La Mesas
Malagon
Corioncillo
S. Iuan
Puncio
Ninaya
Almagro
S. Cruz
Rueda
Guneta
Albaçete
Villar
Taponet
Amansa
La venta
Villena
BIGERRA
Yecla
Iumilla
Chinchilla
Pretulla
Montalegra
Solano
Villa nueva de los Infantes
Villa manrique
Bovillo
Santana
Elviſo
Villa nueva
La venta Ilervela
Villa nueva de Alcaraz
CASTAON
Venta nueua
Tavara
Venta de indio
Linelio
Ninaterra
Puerto de mala muger
Horivela ORCELIS
Abatera
Cieco
Calaſpara
Larquito
Murcia MURGIS
Cantarilla
Lebrillo
Venta de cara: vaca
Segura Rio
Venta la nata
Venta totana
Lorca
Venta moral
Martin Sorano
Villa nueva
Velez el rubio
Huesca
Guadalantin Rio.
Basa
Inatarafe
Guadalimar R.
Castel Segure
Venta languena
Sierra
Guadalquivir Rio
Corduba
Carpio
Andujar CLASTO
Megibar
S. Iulian
Aldea d'rio
Ellarema
Realegio
Guadal canal
Alanis
ALCUDIA
S. Nicolas
Benalcacar
Athama
Orospeda mons
Ventala
Linares
Cacalla
Cabeca de ovey
Ventas nuevas
Almodovar de campo
Curita
Ruesta
Margazela
Castra
Torre de Mexia
Talavera
Badajos olim PAX AUGUSTA
Anas flu.
Veros
Cabeca
Elvas
Arisana
Aroida
Pajares
Tallas
Meirinhos
Bragança
Duero flu.
Lamego
Sabogol
Touroes
Vergaria
Venta
Sagrado
La Boveda
Calcada
Penna de franca
Ciudad Rodrigo MIROBRIGA
S. Martin del castragnal
Endrinas
Caparra
Bagnos
Guinguelo
Calzada
Villa franca
Alva
La Maya
Penna randa
Aldea
Ventoſa
Collada
Helite
Cardenoſa
Avila ABULA
Sepulvela
Herador
Baraco
Zebreros
Casa rum bias
Mostal
Lenisse
Xenisse
Torre
Viso
Cienporuel
Cabanas
Borox
Toledo TOLETUM
Nambroca
Orgas
Panojerho
Yvenes
Rosatan
Talavera
Puente de Arcobispo
Naval villar
Las casas del puerto
Veltanet
Caraiscio
Las barcas del conéta
Oropeſo
Venta la cerva
Venta de osmo
Çebella
Almaraz
La calſada
Varas dar: balla
Almaraz
Norba CÆSAREA
Alcantara
Canaveral
Segura
Olguera
Capara
Plazencia PLACENTIA
Toril
Vera de Placencia
Brujon
Canara
Santo: lalia
Almaraz
Escalona
Torrios
Cadahalſo
Paredes
Colmenar
Laxarilla
El Villar
Galiſtro
Xarandilla
Quacos
Porto de pico
Aldea nueva
Coria CAURITA
Venta de las herterias
Villarta
Villa nueva
Campanario
Merida olim EMERITA
Anas flu hic ſe terræ penetralibus condit, deinde poſt aliquot leucas erumpit.
Medelino
Herrero
Trugillo
Guadalupe
Estre:
Venta real
Espital
Venta de la hermandat
Villa Real
El convento de Calatrava
La Puebla dal cocer
Guadiana Rio
Calatrava
Ciudat real
Catarravala vieja
Caceres
Malpartida
Arroyo el puerco
Venta de la Vadera
Las barcas del conéta
Aldealcano
Alburquerque
Licceda
Van barachiva
As Madias
Alegreta
Ougela
Tagus fl. vulgo Taio.
Tormes Rio. Tormis fl. olim
Duero fl.
Arcediano
Achediano
Fuente ſalihu
Fuente ſahuro
Guarate
La bourda
Xambrino
Boveda
Antigo
Rodilana
Medina del campa
Golosa
Aldea nueva
Freſno
Aquinas
Corita
Arcediano
Tallas
Meirinhos
Bragança
Miranda
Camora SENTICA
Toro
Pedroſo
Sinancas SEPTIMANCE
Tordesillas
Palencia PALANTIA
Villalpando
Villalar
Medina de rio seco
Moral del Reyna
Villalon
Monaſterio de la Veja
Benavente
Los mos linos
Novia
Orbigo Rio
Esla Rio
Aldea
Astorga ASTURICA
Leon
Villareme
Manſilla
Venta de Conde
Villa veia
Monaſterio
Calcadilla
Carrion de los Condes
Carrion R.
Villa nueva de las caretas
Tramidos
Burgos
Metropolis Caſtiliæ veteris
Cogollos
Relanzon R.
Salduendo
Arlanza R.
Lerma
S. Domingo
Bahahon
Tortoles
Castroyod
Villa hannes
Duenas
Cabecon
Pesquera
Aranda
Torresendino
Stranc
Ladid
Roa
Renedo
Boczillo
Pennafil
Sagramenna
Duero Rio
Horn
Vallad
PINCIA
Sinancas SEPTIMANCE
Tordesillas
Majadas
Val puesta
Froçedillo
Ventoſa
Coca
Avila fuente
Olmedo
Don hierro
Palacu dos Pejares
Segovia SEGOBIA
Macotea
Van nueva
Arcuo lo
Fuen riberos
S. Pedro
Villa caſtin
Guadarama
Collada
Penna randa
Aldea Ventoſa
Salamanca SALAMANCA
Sagrado
La Boveda
Calcada
Penna de franca
Alva
La Maya
Arisana
Pajares
Aroida
Tallas
Meirinhos
Bragança
Duero flu.
Lamego
olim Durius fl.
Tormes Rio. Tormis fl. olim
Ducro

Didacus in Varijs Resolutionibus testatur, non uno loco. Dominicus a Soto lib. 1. de Iustitia & Iure suam vocat Academiam. Hæc de Castella Veteri dicta sufficiant, ad Novam transeamus.

*Regio.* *Castella Nova*, ad Septemtrionem adhærens Veteri, reliquis lateribus clauditur Portugallia, Extremadura, Andaluzia, Granada, & Valentia. Abundat Tritico alijsque Segetibus, ad utramque Tagi ripam sita. Nobilitarunt quon-
*Situs.* dam hanc Hispaniæ partem: Καρπτανοὶ Ptolemæo, Καρπτανοὶ Straboni: quos etiam Villanovanus & Moralis *Regnum*
*Soli fertilitas.* *Toletanum* interpretantur: Καρπεσίους vocat passim Polybius, ut & Livius: apud quem etiam, ut item apud Plinium
*Vrbes.* *Carpetania* legitur *Regio*. Metropolis Castellæ Novæ *Toletum*, ut Latini vocant; Τώλητον Ptolemæo: hodie *Toledo*. *Toletanos* nominat Plinius: *Colonia Toletana* est in Nummis Augusti apud H. Goltzium: Serezolam etiam scribit appellatam fuisse Villanovanus ad Ptolemæum. De Conditoribus, nunc Hercule, nunc alijs quæ adferuntur, fabulosa magis sunt, quam vera. Centrum est & quasi umbilicus Hispaniæ: Situs clivosi, inæqualis, & asperioris, ascensus ambigis, quam vera. Centrum est & quasi umbilicus Hispaniæ: Situs clivosi, inæqualis, & asperioris, ascensus ambulationisque difficilis. Majorem partem adluit & contra hostes tuetur Tagus: qua Arcticum spectat Polum, muris munitum est validissimis, Turribusque cl; quarum auctorem memorant circa annum 1occlxxiii Bambam Regem, quem etiam hos Versus in Turri quadam, nitido, lucidoque marmore, insculpendos curasse, scribunt Rodericus Toletanus Archiepiscopus lib. iii de reb. Hispaniæ cap. xi. & in Chronico Ioannes Vasæus:

EREXIT, FAVTORE DEO REX INCLYTVS URBEM
BAMBA, SVÆ CELEBREM PROTENDENS GENTIS HONOREM.

Nobilium ingens in hac Urbe numerus: Cives admodum sunt industrij. *Vrbis Regiæ* cognomen adeptum est Toletum post adventum Gothorum qui sedem Regni illuc transtulerunt, quum antea, ut Rodericus Toletanus tradit, ab Vandalis, alijsque Germaniæ populis, qui una in Hispaniam commigrarant, Hispalis Urbs Regia, & vocata fuerit & habita. Cum alijs amplissimis ædificijs, tum templo nobilitatur augustissimo, pulcherrimo, ditissimo. Multa Toleti Concilia leguntur celebrata; certe ultra xvii numerantur, quot alibi nusquam. Describunt *Toletum* Gomecius lib. vi de rebus Iacobi Aragoniæ Regis, Navagierus in Itinerario, Petrus Medinensis, L. Marineus Siculus lib. ii. de Rebus Hispaniæ. Toletum ut Matrem Reginamque suam venerantur *Madritum*, vulgo *Madrid*; Aeris situsque saluberrimi; ubi Carolus v Imperator dies paucos commoratus, Morbo Quartanæ, quo diu laboraverat, est liberatus. Rebus omnibus abundans gratum nunc est Hispaniæ Regibus Domicilium, Incolis hinc plenum, multisque primæ nobilitatis & equestris dignitatis viris, illustribusque familijs nobilitatum. Silicum illi sunt in circuitu Lapidicinæ: unde *Cinctum Igne* cecinit Hispanus Poeta Ioannes Mena. Terminos habet latissimos, Camposque fertilissimos *Matricios Lumbos* appellant. Non procul hinc *Villamanta* est; quæ ut volunt B. A. Montanus, Tarapha & Villano. Μάνθα est Ptol. Carpetanorum in Tarraconensi Hispania Opidum. Quæ vulgo, voce Arabica, Hispanis hodie *Alcala de Henares* tam certo creditur Κόμπλεθον Ptol. ut Latine etiam non aliter in publicis Actis & Monimentis audiat. Situm est in loco plano, ad Fluvium, quem *Henarem* vocant; rerum omnium, quibus humanus usus indiget, copia suisque proventibus adeo abundans, ut nullis aliunde bonis opus habeat. Ecclesia ibi, cujus omnes Canonici sunt Theologi. *Segoncia* Antonino inter Complutum & Cæsaraugustum medio fere itinere; *Siguença* nunc appellatur Varrerio & Morali judicibus. *Alcantaram* in ripa Tagi scribunt Varrerius & alij esse quæ Νῶρβα Καισάρεα Ptol. *Norbensis Colonia* Plin. Opidum est insigni conspicuum Ponte, venerandæ & antiquitatis & majestatis. Quæ *Talavera* nunc, Livio
*Flumina.* *Aeburam* nominari opinantur Beuterus & Moralis. Sunt hic etiam *Cuença*, *Caucenses* Plin. *Lebazuza*, Antonino *Libisosa*, *Caslona la veia*, *Castulo* eidem Antonino. *Tagus* flu. Castellam novam irrigat cum alijs Amnibus ac rivulis in eum
*Opera publica.* concurrentibus, & in ea sucs rontes habet *Anas* fl. nũc *Guadiana*. Sed de his satis, ad Opera publica venio. Quinta Madrito leuca versus Occidentem conspicitur magnificum illud & sumtuosum Monasterium S. Laurentij *in Escuriali* vulgo, Ordinis D. Hieronymi: Philippi ii Hispaniarum Regis opus, quod merito certare potest cum Ægyptiorum Pyramidibus, cum Veterum Græcorum Romanorumque Templis, Theatris, Amphiteatris, Ludis, Circis, Thermis item, Balneis, Sepulchris; cum alijs denique variorum Regum & Principum Monimentis. Operi tanto vix quid est par, vix quid secundum. Frontispicium ejus, Occasum spectans, tribus superbit portis: quarum quæ media primariaque in Templum augustissimum, Cœnobium, Collegiumque ducit, quæ ad dextram, in Officinas Monasterio consecratas; quæ ad sinistram in Domos Scholæ destinatas. Quatuor Angulos totidem exornant mirabiles arte sua Turres, quas etiam duæ superant, ad ipsius Templi pedem hinc inde fastu quodam consurgentes: Supra Ostium Templi magnificæ Stylobatę Statuas sustinent ex marmore Tophoque sex lizraehhelis Regum, pedes altas xviii. Ad Septemtrionem Palatium Templo adsitum visitur, Regi Regioque Comitatui commodissime excipiendo paratum. Ad Meridiem variæ sunt Porticus, Hortus omnis generis instructus Herbis Floribusque & plurimis ornamentis, Pomarium gratissimis consitum fructibus: item Nosocomium, Pharmacopolium, & alia. Videre ibi est inter alia depictum artificiose Conflictum inter Ioannem ii Legionis Regem & Mauros Granatenses, extractum ex Linteo cxxx pedũ, quod totam Historiam continens repertum fertur Segoviæ in pervetusta Turre. Quid supereſt? quidquid ibi occurrit, stuporem inijcit spectanti: ideoque de ijs quæ dicenda restant, silere cum modestia præstat, quam iejune pauca in medium proferre. Est etiam Toleti celeberrimum Palatium ab Carolo V restauratum, novisque structuris regio apparatu exornatum: in quo, præter alia multa singularia, Machina visitur hydraulica, miro Italorum ingenio fabricata, quæ ex Tago flumine opera magnæ versatilis & excavatæ rotæ Aquas in Fistulas & Tubos per Canales in summitatem arcis & Montis artificioso impetu cogit & impellit: ubi unum in locum & amplum receptaculum collectæ in varios Arcis Vrbisque totius usus dilapsæ distribuuntur: quæ rivulos deinde & fontes Hortis, Magnatum ædib⁹, Balneis, Fullonibus, Civiumque necessitatibus abunde suppeditant. Pons ad Vrbem est super Tagum, quem unus Arcus opere mirando sustinet. Est in Castella nova Episcopus Toletanus quem Vrbanus ii. Pont. Max. Hispaniæ totius instituit Primatem. Est idem secundus ab Rege, Maximusque Regni Cancellarius: quo inconsulto, nihil fieri solitũ, nihil decerni. Sententiam statim dicit post Regem: tantæque est non solum dignitatis & auctoritatis, verum etiam potentię, ut sub se præter pagos infinitos, Opida celebria habeat septemdecim, exque ijs alijsque Vectigalibus Reditum annuum ducentorum Ducatorum quæ quum Regibus parum grata: Viri plerumque, ut Rerum Hispanicarum Scriptores produnt, mediocris quidem fortunę paucorumque Clientum, sed qui Virtutis Probitatisque spectatæ, ad hanc
*Scholæ.* dignitatem ex instituto Ferdinandi & Isabellæ Regum evehuntur. Academiæ hic duę sunt, *Complutensis* omnium Disciplinarum Academia celeberrima, qua nobilitatum est Complutum ab Francisco Ximenio Cardinali, Archiepi-
*Opificia.* scopo Toletano, cujus & auspicijs sumtibusque (qui superasse dicuntur lx millia Ducatorum) Biblia ibi edita, anno cIↃ IↃxv, quæ ab loco *Complutensia*. Altera Toletana Academia florens literarum & sapientiæ clarissima officina. Disciplinis omnibus Artibusque Mechanicis in urbe Toleto magnus honos: Lanificio Sericoque vitam quærunt hominum millia fere decem. Castellani semper strenui animoque præstautes adversus hostes habiti sunt. Fœminæ quoque robustæ planeque viragines sunt, laboris atque algoris patientes, supra quam cuiquam credibile est.

# GALECIA.

GAlleciæ (quæ & *Galicia* vel *Gallæcia* ſcribitur, cuique nomen ab Antiquis populis *Callaicis*, Hiſpanis *Gallizia*) ad Septemtrionem & Occidentem Oceanus eſt; ad Meridiem Portugallia, interfluente Durio; ad Ortum Aſturia. Huic Regioni, quum ſexta quondam fuerit Hiſpaniæ Provincia, ut ſupra diximus, majores olim, quam hodie fuerunt fines. Adcenſebatur illi verſus Meridiem pars illa Portugalliæ, quæ inter Durium & Minium fluvios; conſulendus Strabo lib: III. verſus Ortum multo longius ſe extendebat ad Pyrenæos fere Montes, *Aſturibus* & *Cantabris* Galeciæ connumeratis. Antonini Itinerarium *Legionem* VII (hodie *Leon*) in Galecia ponit. Scotus etiam, Notitiæ Provinciarum auctor, in eadem Provincia *Præfectum Legionis* VII *Geminæ* conſtituit. Quin & Paullus Oroſius *Numantiam*, celebrem olim Pelendonum Regionis Urbem, in capite Galeciæ ſitam ſcribit. Rodericus denique Sanctius Parte I. Hiſtoriæ Hiſpanicæ cap. VI. Galleciæ tribuit *Biſcaiam*, *Lepuſcuam* vel *Guipuſcoam*, & eas partes, quas hodie *Caſtellam Antiquam* vocamus. Gallecia Aëre gaudet temperatiſſimo. Fructus profert magna copia, inprimis Mala Citria, quæ totius Hiſpaniæ optima habentur. Vina nobiliſſima & præſtantiſſima hic naſcuntur, præſertim prope Auriam & *Ribadaviam*, quare etiam ad multas Hiſpaniæ Provincias tranſferuntur. *Gallecia Regio*, ait Trogus, vel ex Trogo Iuſtinus; *Æris ac Plumbi uberrima, Auro quoque ditiſſima, adeo ut etiam aratro frequenter glebas aureas exſcindant* Agricolæ. Commemorat & hic *Sacrum* in ejuſdem finibus eſſe *Montem*, eum ferro violare, nefas haberi, ſi quando fulgure Terra proſciſſa eſt (hoc autem in his terris frequens eſſe) detectum Aurum, velut Deûm Munus, colligi. Eandem Galleciam, Aſturiam & Luſitaniam æque omnium Metallorum fœcundam prædicat Plinius. Inter Auri ramenta ſelibras aliquando glebas fuiſſe inventas, ſcriptum reliquit Strabo. Vicena millia Pondo Argenti annis ſingulis Aſturiam, Galeciam, & Luſitaniam præſtitiſſe, tradit ex aliorum fide Plinius. Scribit etiam Niger Artabris ſolum Auri, Æris ac Plumbi uberrimum eſſe, adeo ut aureæ glebæ ſæpe aratro exſcindantur. Gallecia licet ob montes nimis ſit aſpera, Armento, pecore, nec non venatu dives. Equis adeo abundat, ut vento concipi dicantur: qua de re antea diximus. Piſcibus ſupra modum affluit, Salmonibus præcipue, Congris, ejuſque generis, quos vulgo *Peſcadas* appellant; alijs item multis lautiſſimis, qui ſale conditi varias in Hiſpaniæ partes diſtrahuntur. Novembri Decembrique menſibus infinita Piſcium, quos vulgus *Beſugos* nominat, vis capitur, duarum aut circiter librarum: recentes in totam Caſtiliam venum exportantur: facit enim adſtringens frigus, ut facile ſerventur: Saporis ſunt gratiſſimi; gratioris tamen qui in Oceano, quam qui in Mediterraneo mari capiuntur. Algor enim Oceani Piſces impinguat; ideoque quo propiores ſunt Septemtrionibus, eo ſolent eſſe meliores. Floruerunt hic olim triginta, ut Strabo refert, Populi, quorum præcipui nominantur *Callæci* multis & *Gallæci*; Καλλαϊκοὶ Ptolemæo & Straboni; *Gallegij* Eutropio. Καλλαικίαν hic ponit Strabo lib. III. *Callæciam* Iuſtinus lib. XLIII. *Calaicum Oceanum* facit hinc Martialis. De *Callaicorum* origine & nomine (quidam enim ab *Galatis* Græciæ populis; nonnulli ab *Galathe* herculis filio dirivant) videat Lector, ſi otium, Io. Gerundenſem Epiſcopum Paralipomen. Hiſpaniæ lib. II. Rodericum Toletanum lib. X. de Rebus Hiſpaniæ, cap. IV, alios. De Callaicis, inter alia ſic ſcribit Stra. lib. III. Καλλαϊκοὶ δ' ὑ̓ſατοι τ῀ ὀρεινῆς ἐπέχοντες πολλήν, διο καὶ δυσμαχώτατοι ὄντες, τῷ τε Καπιπολεμήσαντι τὰς Λυσιτανὰς αὐτοι παρέσχον τὴν ἐπωνυμίαν Verum illud. Cognomen enim *Callaici* habuit D. Iunius Brutus Cos. anno Ab V. C. IↃ CXVII, Callaicorum & Luſitanorum ad Oceanum uſque Domitor: quo tempore, quum Exercitus Fluvium mali ominis Oblivionem, tranſire nollet, ereptum ſignifero ſignum ipſe tranſportavit, militeſque ut ſequerentur, animoſo ſtrategemate incitavit. Legendus Livius lib. L V & ſequenti. Ab hoc Bruto Templum Romæ in IX. Vrbis Regione, *Bruti Callaici*, cujus meminerunt Victor & Plinius lib. nat. hiſt. XXXVI cap. V, qui notat in eo fuiſſe Coloſſum Martis & ſtatuam Veneris Gnidiæ nudæ *Callaicos* nihil de dijs ſenſiſſe, ſunt qui ſcribunt apud Strabonem. De ijſdem & Silius lib. III:

*Fibrarum & Pennæ, Divinarumque ſagacem*
*Flammarum, miſit dives Gallecia pubem:*
*Barbara nunc patrijs ululantem carmina linguis,*
*Nunc pedis alterno percuſſa verbere terra*
*Ad numerum reſonas gaudentem plaudere Cetras:*
*Hæc requies, luduſque viris ea ſacra voluptas:*
*Cetera femineus peragit labor: addere ſulco*
*Semina, & impreſſo tellurem vertere aratro,*
*Segne Viris, quidquid duro ſine Marte gerendum eſt.*
*Callaici coniux obit inrequieta Mariti.*

*Amphilochi*, quos Galleciæ portionem facit Iuſtinus lib. XLIII *Cilini* vel *Cileni*, ut in alijs Exemplaribus, ſcribuntur, Plinio, Κιλινοὶ Ptol. *Celtici* Pomponio Melæ, circa Celticum Promontorium Κελτικοὶ Ptol. Κελτοὶ Straboni: eorum alteros *Nerias*; alteros *Præſammarcos* cognominat Plinius; vocibus Germanicis, quarũ illa Inferiores Celticos notat, hæc admarinos & Oceano adcolas: habitarunt enim olim longe lateque loca illa Germani. Tamarici ad *Tamarin* fluvium, qui Τάμαρις Ptolemæo, hodieque *Tamar*. *Cæpori* Plinio, Κάτορροι Ptol. *Arotrebæ*. Plinio Ἄρταβροι & Ἀροτρέβαι Straboni ad Artabrum Promontorium. *Lucentes* Plino Κιαλλαϊκοι Λυκένσιοι Ptolemæo; ab his hodieque *Lugo* ad Minium amnem. *Zeelæ* Plinio, qui & *Zeelici* Lini facit mentionem. Alios alijs indagandos, ſuiſque & certis locis ſiſtendos relinquo. *Galecia* Regni titulum adepta eſt circa annum ab Chriſto nato CIↃ LX. Eo enim *Ferdinandus Sanctij Majoris* Regis Navarræ F. Rex Caſtellæ, quum Vxorem duxiſſet *Sanctiam* Alphonſi V. F. Veremundi III Legionis Regis ſororem & heredem; ſicque Regna duo Caſtellanum & legionenſe unijſſet, tres habens filios, *Sanctium* quidem Teſtamento Caſtellæ Regem, *Alphonſum* Legionis & Auſturum: *Garciam* denique Galeciæ (quæ ab Conjugis Majoribus adquiſita Comitatus ad illud uſque tempus fuerat) & Portugalliæ nominavit. *Sanctius*, diviſionis paternæ impatiens, Fratres, *Alphonſum* quidem Regno deturbavit, *Garciam* autem occidit. Quum jam *Sanctius* circiter ſex annos regnaſſet, & ab Vellido per fraudem eſſet obtruncatus, *Alphonſus* qui Toleti apud Maurorum Regem exſul vixerat, non ſolum Legionis, quod ex Patris voluntate obtinebat, recuperavit, ſed & Caſtellæ, Galeciæ, Portugalliæ que regna eſt conſequutus. Alphonſo tres liberi fuerunt legitimi ex totidem Conjugibus: ex Iſabella quidem Franciæ Regina, *Sanctia*, nupta Roderico Comiti, qui novas Colonias duxit in Civitatem, quæ vulgo *Ciudad Rodrigo*: ex Zaida Maura, Sibiliæ Regis filia, *Sanctius* qui acie adverſus Saracenos cecidit: ex Conſtantia denique *Vrraca*, quæ Sancto Sanctiæque inprolibus ſuperſtes, poſt Raimundum Berengarium Toloſæ Comitem, nupſit Alphonſo Aragoniæ Regi, heredemque ex ſe reliquit, *Alphonſum* VII, Regem omnium, qui ante ipſum fuerant, potentiſſimum. Hiſpaniæque Imperatorem nuncupari meritum. Ab eo tempore Galecia unum ſemper habuit cum Caſtella Legione-

*Nomina. Situs.*

*Cæli Temperies. Soli fertilitas.*

*Animaliũ varietas.*

*Imperium. Majorum.*

# GALLÆCIA REGNUM

OCEANUS

OCCIDENS

SEPTENTRIO

ORIENS

MERIDIES

ASTURIÆ

LUSITANIÆ PARS

DENTALIS

C.Ortegal

Vivero

Mondonedo

Rivadeo

Castropol

Navia

Artedo

Ribadeo

Lugo

Villalua

Tierra de Ulloa

Monte Roso

Reboredo tierra

Tierra de Deca

Camba tierra

Corúna

Coruna

Betanços

Ferrol

Puentes Deume

Andrade

Tierra de Soneyra

Finisterræ

Namancos T.

Cea

Noya

Muros

Santiago COMPOSTELLA

Rivadavia

Ponteuedra

Tuy

Bayona

Orense

Monforte de lemos

Sarria

Puebla de Brollen

Cervantes tierra

Ponferrada

Tierra de Limia

Viana

Val de Vaiera

Castro verde

Navia del varca

Peubla de Nauia

Castro del Rey

Meyra M.

Villa mayor

Puebla del Dean

Val de Minor

Monçon

Valencia

Campo de movio

Sobrado M.

Ferreyra M.

Ferreyra de Pallares

Hospital de la Cruz

Porto marin

Paradela

Rua

Gon

Villa soto

Fuen fria

Tria Castela

Nozeda

Layosa

Canedo

Toldao

Meson frio

Riuas altas

Carmorga

Amarante

Chantada

Monterey

Berin

Tamaguelos

Rahal

Lomba

Chaves

Videferri

Villar de Perdizes

Lobios

Araujo

Val de Salas

Entrimo

Milmanda

Lobera

Porquera

Sabuzedo

Villa de Rey

Celmes

Ramirans

Carballo de Berca

Melgazo

Mos

Salvatierra

Redondela

Soto maior

Puente de San Payo

Cangas

Vigo

Porrino

Bouças

Gondomar

Moserte

S. Meaten

Forcadela

La Barca

S. Barth. de las Heras

Hoya M.

Guardia

Camina

C. Siluro

Yslas de Bayona olim Cicas Deorum insula

Yslas de Cies

Grobe ysla

Siſarga Ysla

Camba

Cambados

Villa nueua de Caramiñal

Villa Ioan

P. de Combarro

P. de san Xenſo

P. Noua

Aroca ysla

M.S.Iuan del Poyo

Villa nueua Daroça

Carril

Villa Garcia

Caldas

Aguiar

Torres do Este

P. Valga

Padron

P. Sicuras

Rianjo

Agoeyra

Nebra

Docon

C. de Corribedo

Alqueyrdons

Francos

Luaña

Barcala

Altamira

Labacolla

Yrsua

Lamela

Laxa

Lalin

Rodeyro

Carbogero

Cerdeyra

Chapa

Grava

Prado

Foxo

Barzia

Tabeyros

Amenal

Dos casas

Saleda

Ferreyros

Arzua

Castañedo

Mellid

Montaos

Parada

Polo

Fures

Pambre

Mesia

Hospital

Briues

Trauies

Figueroa

Villar de Francos

Encobras

Penela

Lamas

Saaz

Vergantinos

Villa dabao

Bacarva

Corcalion

Bayñas

Xallas

Moyno

Brandomil

P. de Portomouro

P. Alvar

P. Macoyras

P. Siguoyra

Tierra de Soneyra

Camarinas

Camelle

Laxe

Mongia C.

Mongia

P. Doporto

Viniango

Nehemiran

C. de Finis terræ Nerium Prom. ol

Malpica

Cayon

Mens

Ancobre

Tiniz

Tierra de

Terrio

val de Veyga

Carral

Burgo

Mirabares

Briues

Mero

Mandeu

Parga

Ulla

Sala

Bravio

Ares

R. Eume

R. Mayor

R. Mandeo

R. Mero

R. Mandeo

R. Ulla

R. Cabron

R. Langueilla

R. Tambre o Tamara

R. Lezaro

R. Brandomil

R. Barcala

R. Tambre o Tamara

R. Sarela

R. Sar

R. Ulla

R. Lariz

R. Caldas

R. Verdugo

R. Barcala

R. Deza

R. Arnoya

R. Arnoya

R. Barra

R. Barcala

R. Asnes

R. Asnes

R. Cabe

R. Cabe

R. Limia

R. Limia

R. Mendo

R. Mendo

R. Miño

R. Miño

R. Tea

R. Tea

R. Lor

R. Lor

R. Quiroga

R. Quiroga

R. Neboa

R. Neboa

R. Arnoya

R. Arnoya

R. Limia

R. Limia

R. Burbia

R. Burbia

R. Valcazar

R. Valcazar

R. Cuntela

R. Ladra

R. Dua Ra

R. Chouro

R. Neyra

R. Sarria

R. Ferreyra de Pallares

R. Ulla

R. Mariz

Chanca R.

R. Mariz

R. Ulla

R. Ulla

R. Ulla

que Regem & Principem. Sunt autem in Galecia præter alia minorum gentium Opida, Urbes, una quidem Archiepiſcopatus, quatuor autem Episcopatus dignitate nobiles. Archiepiſcopalis quæ & Metropolis Galeciæ *Compoſtella:* ubi Corpus D. Iacobi quieſcere dicitur, a quo ipſa Urbs, nonnullam etiam ab Academia ſua celebritatem habens, hodie *Santiago: Brigantium* olim, uti cenſent Franciſcus Tarapha, Ambroſius Moralis & Villanovanus. Brigantium autem dicitur Antonino, Dioni Βεργάντιον, *Brigantia* Oroſio, qui ibi Pharum altiſſimam exſtare addit: Ptolemæus cognomen addit Φλαούιον Βεργάντιον. *Flavium* tamen *Brigantium* Beutero, Coquo & Io. Marianæ *Betanços* eſt, Floriano & Gomecio *Coruna.* Compoſtellam autem Io. Gerundenſis Hiſp. lib. 1. dictam ſcribit, tamquam *Compotem Stelam:* ſic enim appellatum fuiſſe Heſperum, Regionibus illis ſalubrem. Ego hoc in medio relinquo. Archiepiſcopatus ſuperbit dignitate, cujus ſedes olim fuerat *Iria Flavia,* unde *Irienſis.* Tranſlatus autem cum omnibus, quæ Irientis Eccleſiæ fuerant, Dalmachij Epiſcopi precibus, ab Urbano II anno CIↃ XCIV Compoſtellam, dici deinceps cœpit *Compoſtellanus,* vel *S. Iacobi,* ab Apoſtoli corpore, quod ibi quieſcere ſcribitur, ac religioſe colitur. Extat Salmanticæ in Bibliotheca Collegij S. Salvatoris Hiſtoria Compoſtellana, in duos libros digeſta juſſu Didaci primi Archiepiſcopi Compoſtellani, in quibus Primordia, Succeſſus, Incrementa Eccleſiæ Compoſtellanæ late deſcribuntur. Conſulendus & L. Marineus Siculus de Rebus Hiſpaniæ lib. v. cap. de Sacris Ædibus & Locis in Hiſpania religioſis, miraculiſque celebratis. Epiſcopales ſunt: *Tuda, Tyde* Plinio, *Tuij* vulgo. Minius eam præterlabitur, multorum jam fluminum acceſſione auctior. *Auria* quæ & *Auringis*, unde Epiſcopus Aureſinus ſive Auriſinus & Aurienſis nomen accipiebat. Hodie *Orenſe* Carolo Cluſio dicitur, ad Minium fluvium urbs; ὕδατα θέρμα Ptolemæo, ut putat Gomecius in vita Franciſci Ximenij: addens eam ab Suevis Germaniæ populis, qui quondam hanc oram ſibi ſujugarunt, proprio idiomate *Warenſe* appellatam. Ortelius ſcribendum monet *Warmzee*, quod nihil aliud, quam *Calidus Lacus*: *Aquæ Cilinæ* dicuntur Antonino, ab *Cilinis* populis, credo. *Lucus* Latinis hodie Lugo: Λύκος Αὐγούστος, Ptolemæo: *Turris Auguſti* Pomponio: *Aræ Sentianæ* Plinio, Σηστὶς etiam βωμοὶ, *Aræ Seſtij*, Promontorium Ptolemæo ad Oceanum Cantabricum in Artabris. Minius etiam hanc civitatem præterlabitur. Sedes eſt Epiſcopi: qui Suevorum tempore Metropolitanus erat, ut pateat ex Concilijs: *Glandomerum* Γλανδόμηρον Ptolemæo. *Mondonnedo* hodie ut putat Villanovanus. Hic aliquando Epiſcopum egit *Antonius de Guevara* Caroli V. a Concionibus, Conſilijs ac Chronicis, author celeberrimi Horologij Principum, Hiſpanice ab eo editi. Alia minorum gentium ſunt, *Pons Vetus, Ponte Vedra:* Ἕλληνες Straboni, ut putat Io. Mariana. *Ribadeum,* vulgo Ribadeo: Δακίδονιον Cilinorum gentis Ptolemæo, ut vult Coquus. *Arzua, Araduca* Ptolemæo, judice Moletio: Florianus tamen opinatur eſſe *Araducam* opidum illud, quod hodie *Gummarez*. Fuit ibidem & Γελὰ φλαυία Ptolemæo, quæ *Padron (Patronium* Peregrinantibus notiſſimum) Cluſio videtur & Morali (cui & alibi *Fuenteençalada)* quibuſdam, inter quos L. Marineus lib. III. *Sancta Maria infinibus terræ.* Commemorat reliqua Opida idem L. Marineus Siculus initio libri tertij. Non deſunt Galeciæ Aquæ calidæ, multis infirmitatibus admodum ſalutiferæ. Prope Orenſe opidum fons eſt nomine *Burga* in altum ſcaturiens, ita fervens ut in eo ova coquantur, & ſues immerſi facile depilentur. Apud Gallæcos naſcitur *Aſtura,* Amnis non obſcuri nominis: a quo *Aſtures* nominati. Mentio apud Oroſium lib. VI. cap. 11. Romanæ Hiſtoriæ. Sunt præterea *Minius, Eume, Bravio, Mandeu, Mero, Iuvia* & alia. Portus habet hæc Regio non paucos, inter quos celeberrimus, qui *Brigantinus* dicebatur: Coruna hodie. *Magnus* Veteribus, ut qui ampliſſimus, tutiſſimaque navium ſtatio ſit. Per hunc in mare ſe exonerant hæc flumina: *Eumo, Bravio, Mandeu, Mero.* Haud procul hinc diſtat Portus *Ferol* alias *Pharus,* per quem in mare influit Fluvius *Iuvia.* Sequitur *Vivero,* per quem in Mare exit *Lambrone, Ribadeo* per hunc *Eu* aut *de miranda,* qui forte Antiquorum eſt *Navia,* mari miſcetur. *Sancta Maria in finibus Terræ,* ſic dictus ab Opido hujus nominis. *Novium* Ptol. *Noela* Plinio. Hodie *Noia* Carolo Cluſio, diciturque etiam *Ria de Muros* ab Opidulo haud longe inde diſtante. Atque hic flumen *Tambre,* quod Veterum *Tamaria* creditur, in mare delabitur. *Ria de Padron,* ſic dictus ab Opido *Padron,* quod nonnulli Irim Flaviam eſſe exiſtimant. Hic Flumen *Vlla,* multis rivulis jam auctum ſe in Mare exonerat, tribus primum ibi parvis, *Arocca, Grave,* & *Salicora* ſalutatis Inſulis. *Ria de Pontevedra,* ſic dictus ab Opido *Ponte vedra,* atque hic *Leris* in Mare decurrit. *Ria de Vigo,* ubi fluviolus *Caldelas* ſe exonerat. Ac denique *Portus Baionæ,* ab Opido Baiona, quod de Gallizia vulgo cognominatur, ad differentiam alterius Baionę quæ *Francica* dicitur & in Vaſconia reperitur. In hunc Gallicianę Baionæ Portum Anglicanæ naves mercibus onuſtæ appellunt, cum Mercatores Angli hic pannorum ſuorum ſtapulam, uti vocant habeant. Regio Montibus aſpera, qui magnam Lignorum copiam Navibus ædificandis ſuppeditant. Ac potiſſima hujus Regni Incolarum pars in Montibus degit, in quibus Domicilia ſatis commmoda paſſim viſuntur exſtructa. Inter Templa autem hujus Regionis omnium celeberrimum D. Iacobi Compoſtellani. Condidit hoc Alphonſus Caſtus in honorem Apoſtoli Iacobi, eo in loco ubi ejuſdem reliquiæ opera Epiſcopi Theodomiri inventæ fuerant. Id ex privilegio ejuſdem Regis huic Eccleſiæ conceſſo, conſtat, accidiſſe anno IↃCCC XXXV, Anno centeſimo vigeſimo primo, poſt jam cœptam Hiſpaniarum recuperationem, cum earum invaſio & vaſtatio in annum IↃCCXIV regnante Roderico, incidiſſet. Poſt hujus Templi ædificationē, varijs ajunt miraculis inclareſcere cœpiſſe D. Iacobi nomen, ut pote qui ſępius viſus ſit Hiſpanis (ſic enim narrant) cōtra Mauros in aciæ ſubſidio veniſſe, maxime Regi Raimero. Quare Hiſpani eum in prelijs inclamare ſolēt, ſub nomine *Santiago,* atque ſibi eū tota Hiſpania tutelarē divum elegit; habentque Hiſpani inſignes ordines militares ſub nomine D. Iacobi, vulgo *Saniago,* in quos nemo adſcribi poteſt niſi claris prognatus fuerit Parentibus Poſt hæc Alphonſus III, cognomento Magnus, Templum, hoc lōge auguſtius ædificari curavit, omneſque conſequēter Reges, miris illud modis ſemper exornarūt ditaruntque. Quin & Pontifices Romani Eccleſiam hanc varijs donis privilegijs ac immunitatibus donarunt. Ioannes enim octavus Brevi ſuo conceſſit ut conſecraretur. Vrbanus II ſedem Epiſcopalem Iris Flaviæ in hanc tranſtulit, eamque a Metropolitano Bracarenſi exemit. Paſchalis eandem libertatem ei confirmavit, & inſuper hac Compoſtellanam Eccleſiam Prerogativa donavit, ut Cardinales XII in ea crearentur. Eliguntur hi Cardinales ex alijs hujus Eccleſiæ Canonicis. Idem Pontifex Epiſcopo Compoſtellano pallium, quo ſoli ſolent uti Archiepiſcopi, conceſſit. Tandem Calixtus II Eccleſiam Compoſtellanam ad Archiepiſcopalem dignitatem evexit, Emeritanamque ei attribuit Metropolim. Solet valde a peregrinis ex toto Chriſtiano Orbe, voti ergo frequentari hęc Eccleſia: atque hæc vota a Pontificibus in ſuis Indultis, excipi cœperunt, uti vota Vrbis Hieroſolymitanæ. Vſque ad tempora Alphonſi VI, qui Toletum a Mauris recepit, corpus S. Apoſtoli in Arca marmorea in qua inventū fuerat, ſub altari ita collocatum erat ut a Regibus alijſque Principibus ſemper conſpici poſſet: verum cum D. Diego Celmires, primus hujus Eccleſiæ Archiepiſcopus, jam Templum in eam qua nunc cernitur amplitudinem, decoremque perduxiſſet, teſtudini ſubter Altare in eadem Arca marmorea reliquias S. Apoſtoli ita includi curavit, ut ab eo tempore amplius nemini earum patuerit aſpectus. Sed de his plus ſatis, ad reliqua pergamus.

*Vrbium nomina.*

*Flumina.*

*Portus.*

*Montes.*

*Opera. Publica.*

# ANDALVSIA.

*In qua Conventus Hiſpalenſis, Gades.*

ANDALVSIA Hiſpaniæ Bæticæ pars, nomen adepta dictaque quondam *Vandalia* putatur ab *Vandalis*, Germaniæ populis, quos olim ad hæc uſque Loca deveniſſe, multi memoriæ produnt. Videndi præter alios Rodericus Sanctius parte 1. Hiſpaniæ. cap. VII. Antonius Nebriſſenſis in Decadum Prolegomenis, Ioannes vaſæus Hiſp. Chronico cap. VIII. Sic igitur, ut nonnullis nomen penitius rimatis placet, *Andaluzia* appellatur quaſi *Wendenhuys*, *Vandalorum Domus*. Marius Aretius *Andaluſiam* vocatam auguratur, quaſi *ante Luſitaniam*, mutatis nonnihil litteris, Ad Ortum habet Granatam, ad Septemtrionem Caſtellam Novam, ad Occaſum Pacenſi Silvenſique Diœceſibus & Ana Flumine terminatur, ad Meridiem Atlanticum ſpectat Mare. Hujus prȩcipua pars *Conventus Hiſpalenſis*. Hic ab Ortu Cordubenſe territorium, ab Occaſu Algarbiorum fines habet; qua Septemtrionem ſpectat, eam Luſitaniæ ditionem attingit, quæ Magiſtratus S. Iacobi vocatur. Cætera vero Meridiem verſus Gaditano Conventu, & Oceano clauduntur. Cælum hic indulgens & felici quadam hilaritate & temperie ridens. Terraque in univerſo hoc tractu ad miraculum uſque Frumenti, Vini, Olei & omnis generis Frugum feraciſſima eſt, quibus longinquas & tranſmarinas Provincias replet. Secundum Plinium Hiſpania, quacumque ambitur mari Italiæ laudibus proxima: quod de ea Bæticæ parte potiſſimum intelligendum putamus, quæ ad Hiſpalenſem Conventum ſpectat; eſt enim Oceano & Zephyri lenibus flabris expoſita. Hæc igitur Regio inſigni rerum omnium fertilitate luxuriat, eo nomine univerſi Orbis provincias longe ſuperans: eamque merito Plinius ante Italiæ laudes poſuiſſet, niſi Homo Italus patriam anteferre voluiſſet. Poëtæ quo felicitatem atque inſignem hujus regionis ubertatem denotarent, campos Elyſios in ea conſtituerunt: quo figmento excellentem præ omnibus alijs terræ fertilitatem efferre voluerunt, ac indicare, ei nihil deeſſe quod ad vitam laute beateque tranſigendam optari poſſit; cum aliæ vel fertiliſſimæ Provinciæ, alicujus tamen rei plerumqne laborent inopia. Hic etiam Pecorum omnis generis magna copia, ſed præcipuę Cuniculorum, quos plerique Lepuſculos vocant, quorum freqùens exercetur venatio; ne malum latius ſerpat; plantis enim vaſtitatem inferunt, & ſata depopulantur. *Andaluziam* nomen a Vandalis habere ſupra diximus, quod hi a Gothis pulſi hoc loco ſedes ſuas fixerint: a quibus poſtea etiam ejecti in Africam conceſſerunt. Res ita ſeſe habet. Rodericus viceſimus quintus Gothorum Rex, in quo etiam Regium Gothorum nomen defecit, Comitem quendam Iulianum præfectum conſtituerat Mauritaniæ Tingitanæ: ejuſque abſentis interea Filiæ ſtuprum intulit. Quo pater audito Saracenos ex Africa evocavit juſtiſſimum dolorem ſuum Regis vindicta ſatiaturus. Hi Anno ſalutis IↃCCXIV Duce Muzamiſſo per anguſtias Freti Herculei ingreſſi, biennij ſpatio totam fere Hiſpaniam occuparunt, præter Aſtures natura loci munitos. Periere tantillo tempore utrimque ſeptingenta hominum millia. Saraceni potiti Imperio, Chriſtianorumque (quantum fieri potuit) Religione extirpata, regna inter ſe varie partiti ſunt. Primum fecere Cordubæ, quod ipſi vocavere *Abenalibeticum*. Alterum apud Hiſpalim. Tertium apud Carthaginem novam: donec a Ferdinando III his locis pulſi Granatam conceſſerunt Anno CIↃ CC XVI & a Ferdinando VI penitus ejecti ſunt Anno CIↃ CCCC, XCIV. Metropolis eſt quæ Hiſpalis Plin. Ἱσπαλις Ptol. *Hiſpal* Silio; *Spalis* Gratiano; Hodie *Sevilla*. Arias Montanus putat *Hiſpalim* nomen eſſe Pœnicum, ex *Spila* vel *Spala* deflexum, quod planiciem ſeu virentem regionem ſignificat. Alij, inter quos F. Tarapha ad *Hiſpalim* Herculis Libyci Filium, nomen conditionemque referunt Ridiculas hic, uti omnibus, Iſidorus, qui quum ab Iulio Cęſare conditam, exque ipſius & Romę Vrbis vocabulo *Iuliam Romulam* notaſſet appellatam, a *Palis* ſuffixis in loco paluſtri ſic dictam memorat. Io Gerunden. Epiſco. non improbans Iſidori Etymon adſcribit videri vocatam Hiſpalim a *Palude* quæ maxima Vrbem circumdat, Vrbs ad Bætim Situ amœniſſimo excellens. Ambitu magna, Forma fere rotunda, Viſu pulchra, Templis celebris, Ædium pulcherrimarum frequentia exculta. Tam multa de hac Vrbe præclara commemorari poſſent, ut natum ſit inde & tritum vetuſtate Proverbium, *Qui no ha viſto Sevilla, no hà viſto Maravilla*. Cum alijs felicis ingenij alumnis gaudet: tum Benedicto Ario Montano, nobiliſſimo & ſummo Theologo, plurimarum Linguarum cognitione ſtupendo. Teſtantur id Opera ab ipſo edita, quæ ſummam ejus admirationem apud omnes excitant. Metropoli viſa, reliquarum Vrbium nonnullas indicabo, Ordinis incurioſior; ſic tamen, ut quaſque Metropoli ſuæ proximas primo loco. Offert ſe quinta ab Hiſpali leuca *Palatium* vel *Palantia*, quod vulgo *Palacios*, ſic dictum ab Arce perantiqua, quam lateri habet adhærentem. Via ſitum, quæ ad S. Lucę Fanum Fretumq; Gaditanum ducit. Huic ſuccedunt *Cabecæ*, opidulum in Montium, qui in Meridiem Malagam verſus ſe extendunt aditu ſitum: & Cabecis verſus Libonotum ad tertiam leucam Opidum, quod vulgo *Lebrixa*: Νηβήϸα Ptol. Plinius *Veneriam* cognominat. Situm fuit olim inter Bætis Æſtuaria, hodie octo paſſ. M. ab flumine, oblimato ſiniſteriore Alveo. Conditor perhibetur Liber Pater. Opidulum eſt peramœnum & pulchrum cum Arce perveteri, Agro undique beatiſſimo cinctum. Cive nobilitatum eſt Ælio Antonio Hiſpaniæ totius Ornamento. Quæ *Carmona* vulgo Κάρμον Straboni eſt, *Carmo* Antonino, Χαρμονία Ptol. *Marchena* hodie, *Colonia* quondam, inquit Onuphrius ex antiqua baſi, *Marcia*. Situm eſt hoc Opidum in Colliculo quodam, ubique planicies ſpectante. Sunt & Andaluziæ Opida *Lora* ad dextram Bætis ripam: *Axalita* vetuſtis lapidibus, teſte Cluſio: *Flavium Axalitanum* Ambroſio Morali ex antiqua item Inſcriptione, inter Hiſpalim eſt & Cordubam. *Moron*, olim Cluſio *Arrucci*, notantibus Plinio, Antonino & priſco Lapide. *Oſſuna*, Ορσῶνα Appiano, Οὐρσὼν Strab. *Vrſo* Plin. cui & *Genua* (forte *Gemina*) *Vrbanorum · Vrſaon* in antiquis hujus loci Inſcriptionibus; *Vrſao* Hirtio. *Ecęia* ad Singulim fluvium hodie *Xenil* vel *Chenil*, Ptolemæo cluit Ασυγίς: *Auguſta Firma* cognominatur a Plinio. Quod Opidum non adeo magnum, hodie tredecim ab Hiſpali leucis viſitur, inter eandem Hiſpalim & Cordubam medio fere itinere, ad dexteram Bætis oram *Pena Flor*, Ptol, putatur Ἰλίπυλα μεγάλη, in mediterraneis Turdulorum, *Ilipa* cognomine *Italica* Plin. qui Hiſpalenſi Conventui attribuit. Decimo hinc Miliari ad ejuſdem Fluvij ripam eſt *Corduba* Κορδύβη Ptol. *Cordova* vulgo: Plinius *Coloniam Patriciam* tradit cognominatam, quod etiam ex antiquis Marmoribus probat Moralis. *Corduba* tanquam *Cor Bætis* dicitur Ioanni Gerundenſi. Alumnos habuit rei militaris gloria doctrinæque ſtudijs præcellentes. Beata hodie eſt *Corduba*, præter alia multa bona, fertiliſſimis Agris, Hortis amœniſſimis, Aquis ſaluberrimis. Solum Cordubæ vocat aureum Silius Italicus lib III.

*Nec decus auriferæ ceſſavit Corduba terræ.*

Quinq; Leucis ab Corduba verſus Meridiem *Mons* eſt *Major*, vulgo *Monte Major*, Οὐλία exiſtimatur Ptol. Turdulo-

*Regio. Nomina. & unde deducta.*

*Situs.*

*Imperium Majorum.*

*Vrbes.*

ANDALUZIÆ NOVA DESCRIPT.
I. Hondius
1606
Medius Meridianus est 15. reliqui ad hunc inclinantur pro ratione tregesimi sexti et tregesimi noni Parallelorũ.
SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
PORTUGAL
CASTILIÆ
ESTREMADURA
ALCUDIA
ANDALUZIA
GRANADA
Campo de Alcocer
PARS.
Sierra Morena, Oropeda mons
Sierra de Alcapaz
Sierra Nevada
Guadiana Rio.
Guadalquivir Rio.
Guadalquivir R.
Guadalimar R.
Xenil Rio. Singylis olim
Guadalete fluvius.
Guadiana Rio. olim Anas fluv.
Anas fluvius hic subter terram se abscondens post 10 miliaria denuo erupit
Emerita Merida
Pax Augusta Badajos
Olivenca
Hispalensis Condado
El Condado
Las Arenas gordas
Aestuarium vulgo la Maresma
Beturia.
Seyilla, olim Hispalis
Cordubensis Diœcesis
Corduba
Andujar
Clastro
Baeça
Iaen Montesa aut Virgaon Alva
Alcala real
Granada
Guadix
Malacitanæ Diœcesis
Malaga
Gaditani Diœcesis
Turdetania Straboni
Ronda, olim Arunda, Munda
Cabo Trafalgar
Mellaria Tariffa
Gibraltar
Algezira
Tanger
Alcasar
Ceuta
C. Spartel
Pars Africae
Fretum Herculeum sive Gaditanum, nunc Estrecho de Gibraltar
Ibericum Mare
Mare Mediterraneum
Abdera Adera
Almeria
Leucæ Hispan.
Milliaria Germanica

rum in Hiſpania Bætica Vrbs: *Vlia* Antonino: *Vlla* vitioſe eſt apud auctorem Belli tam Alexandrini, quam Hiſpanienſis-Decem ab Corduba Milliaribus *Mons Aureus*; eſt *Montoro* vocatur vulgo: *Epora* creditur Antonini. Male apud Ptolemæum *Ebura* pro *Epora*, quum illa ſit non Bæticæ, ſed Luſitaniæ, pejus autem *Ripepora* in vulgatis Plinij Codicibus, ubi *Fœderatorum* cognominatur. Hiſpalim recurro, hincque per Palatium, Alcantarillæ Pontem, Opidaque Cabecas & Nebriſſam, *Luciferi* peto *Fanum*. Sic Latini videntur nominaſſe, quod Stra. lib. III. Φωσφόρου ἱερὸν interpretatur: quodque appellatũ etiam addit, *Lucem Dubiam*: hodie eſt *S. Lucar* de *Barrameda*. Haud procul hinc quarta fere Leuca verſus Vulturnum, Opidum eſt, quod Hiſpanis *Xeres de la Frontera* dicitur, quaſi Hiſpaniæ ex hac ora vel Initium vel Terminus. Hoc Navagierus in Itin. putat eſſe quod *Aſta* Liv. & alijs: *Haſta* Ant. per adſpirationem. *Aſtam* tamen Mor. Scribit adhuc nomen retinere vel locum illum eſſe, circa Guadeleten Amnem, qui vulgo *Maſa de Aſta*. Abrahamus Ortel. haud multum abeſt, quin ſubmerſam putet cum Inſula Terteſſo in Bætis oſtio Centum ſtadijs a Bætis oſtio diſtat *Chipiona* Opidum, Strab. lib. III *Capionis Turris*. Ad oſtium Lethes fluminis, quod hodie *Guadelete*, vel Arabice *Bedelac*, opidum eſt, cui nomen *Portus S. Mariæ*, vulgo *Elpuerto de S. Maria*. Lethen tranſgreſſis occurrit cum alijs *Medina Sidonia*. Meridionaliora verſus Fretum petentibus offert ſe *Conilium*, non ignobile Hiſpaniæ Opidum, ſex Leucis diſtans ab Gadium Vrbe: inluſtriſſimo S. Lucæ, qui & Medinæ Sidoniæ, Duci parens, *Conilium* habetur ab Georgio Auſtriaco apud Ort. *Carteia* Ptol. *Carteiæ* non ſemel meminit M. Tul. cum alijs locis, tum in Epiſt. ad Atticum, eamque ab Corduba abeſſe M.P. CLXX perhibet Auctor Commentarij Hiſpanienſis, cujus verba ſi ſint vera, ſatis arguunt, non bene Cluſium adſerere *Carteiam* hodie eſſe *Carthagenam*: quod videret hanc ab illa non prorſus abludere. *Tariffam*, quam *Carteiam* quidam opinantur, ex Tarteſſo corruptam ſi quis dixerit non admodũ pugnandum videtur. Non procul inde *Vegelium* eſt, vulgo *Vegel*: Opidum exiguum quidem, ſed ſitu opereque clarum, Colli quem latiſſima undique planicies cingit, impoſitum: adeo ut inde circumquaque proſpectus pateat, quouſque oculorũ acies extendere ſe poteſt, tam in lætam laxamque planiciem locaque compaſcua, verſus Solis exortum, quam in Africæ Montes & oram circa Meridiem: nec non in vaſtum & tumultuoſum Oceanum verſus Septemtrionem & Occidentem. Hinc in Caurum iter flectentes obviam habent *Mundam*. Sic nominant Opidum Plinius, alijque Latini Scriptores quod hodie vulgo *Monda*. Putant tamen alij antiquam Mundam eſſe, quæ hodie *RondaVeia*: *Mondam* autem cujus antea memini, duobus inde Milliaribus exſtructã fuiſſe ab Arabibus, priſco retento nomine, ut mos illis. Videndus Didacus Mendoſius de bello ultimo Gratanenſi. Ioannes Gerundenſis Epiſcopus lib. I, & IX Paralip. Hiſpaniæ procul hinc amotam Mundam, eandem, ſcribit eſſe cum *Coimbra* Portugalliæ Opido. De Conflictu porro ad Mundã inter C. Iulium Cæſarem & Cn. Pompei Magni Liberos Cn Sextumque conſulendi Plutarchus in Cæſare, Appianus lib. II. Bellorum Civil. Auctor Commentarij de Bello Hiſpanienſi, Strabo lib. III, Suetonius in Cæſare cap. XXXVI & in Octaviano Auguſto cap. XCIV, Valer. Maximus lib VII. cap. VI, & alij. Lucanus lib. I:

*Vltima funeſta concurrant prælia Munda.* Silius Ital. lib. III Belli Pœnici: *Et Munda Emathios Italis paritura Labores.*

*Flumina.* Inter fluvios quibus hæc regio irrigatur, Bætis eſt Iſidoro dictus quaſi βαθὺ, quod humili ſolo decurrat. Hic nobilis Auro Veteribus eſt, & Olivetis. De Auro Ariſtoteles in Admirand. Audit. & Stephanus de Vrbibus, ubi de Γάδειρα, De Olivetis in Epigrammat.

*Bætis olivifera crinem redimite corona,*
*Aurea qui nitidis Vellera tingis aquis.*

*Mare Portus. Opera publica.* Piſcoſum Mare illis eſt, unde quæſtus haud exiguus, & præter alios Piſces frequens eſt Thynnus, qui quercea glãde ſaginatur, quæ ad Mare iſthic abunde naſcitur. Portus etiam cõmodiſſimos & oportuniſſimos habet. Sunt autem in diœceſi Hiſpalenſi innumera Monachorum & Virginum ~~veſtalium~~ Monaſteria. Multa ex his ſena aureorum millia annui reditus ferunt: Vnum certe Carthuſianorum quod ad Bætim in ipſo Hiſpalis proſpectu magnificentiſſime exſtructum eſt, ſupra viginti quinque millia refert. Longum ſit etiam Xenodochia recenſere, cum in una Hiſpali tantum ultra centum viginti numerantur egregie dotata: ut multa octo millibus aureorum, nonnulla quindecim millibus annuis locupletata ſint. Eſt vero Hiſpalis ædificijs ſacris & Templis omnium Hiſpaniæ Vrbium ornatiſſima, inter quæ Templum Mariæ ſacrum, quo nullum habet Chriſtianus Orbis excellentius, ſi operis amplitudinẽ & majeſtatem ſacra quadam hilaritate & pulchritudine venerabilem, & turrim ſummæ celſitudinis, e qua ad ſtatas horas ſignum datur, editiſſimo & operoſiſſimo faſtigio admirabilem ſpectes, unde in univerſam urbem & latiſſime circumjacentes campos jucundiſſimus proſpectus eſt. Quid Regiæ arcis ornamenta vere Regia deſcribam? qua nullam elegantioris fluctuaræ, aut gratioris voluptatis Hiſpani Reges habent. Quid ſumptuoſa Ducum, Comitum & illuſtrium Procerum palatia: quid amœniſſimis fontibus & viretis ornatas civium ædes memorem? Prætereo antiquos aquarum rivos longe per arcus in varias urbis regiones derivatos, & recentiores S.P.Q.H. ingenti ſumptu & induſtria ad Herculanas vulgo dictas Columnas deductos, & publicæ voluptati dicatos, paluſtri & uliginoſa vaſtiſſimæ amplitudinis area conſitis arboribus, in pulcherrimum viridarium reformata, & latiſſimis ſpatijs in circi ſpeciem ad decurſiones & voluptarias inambulationes relictis. Iam vero ſuburbanos hortos omnibus delitijs & amœnitatibus refertiſſimos totque per agros & ad Bętis ripas magnificentiſſime exſtructa prętoria quis dignis laudibus proſequatur? equibus naves commeantes, & ex utroque Orbe redeuntes quotidie ſpectare licet. Bonarum artium in ea ſtudia, & nobilitatis exercitamenta apprime florent. Et ut nihil de artibus mechanicis quibus adornata eſt, dicam, mercatorum commercijs opulentiſſima eſt. Huc enim ex varijs mundi plagis, potiſſimum vero ex India Occidentali mercimonia adferunt. Nulla enim in Indiam navis ex Hiſpania tranſmittitur, quæ non hic mercibus oneretur, machinis tormentiſque bellicis, reliquoque idoneo apparatu nautico inſtruatur: ac naves reverſæ hic exonerantur. Eſtque in eam rem ampla & magnifica Domus, quæ gubernatores & conſules habet duodecim & a mercimonijs Indicis vocatur *La caſa de la contraction de las Indias*. Vnde fit ut hæc urbs omnes totius Orbis Civitates, ſola vetere Roma excepta, divitijs

*Gades. Nomina.* ſuperet. Reſtat ut de *Gadibus* Inſula quæ hac etiam Tabula comprehenditur, pauca ſubjungamus. Hæc *Gades* Pomponio, γάδειρα Pto. & Apollodoro: *Erythia* Pherecydi, ut Strabo tradit, *Gadir* Pœnis auctore Solino & Plinio, qui *Sepem* eorum lingua ſignificare ait. Pavimentum lapidibus ſtratum interpretatur Tzetza: Hiſpani *Cadiz*. Nautæ noſtrates *Calis* *Malis* vocant. Hæc a continenti anguſto ſpatio, & veluti flumine abſciſſa eſt. Et nunc in ea Vrbs cognominis; *Gadiz* enim ut Inſulam Hiſpani nuncupant. Vrbs hæc quæ Cæſari lib. II de bello civili *Gades* pluraliter nominatur, *Iulia Gaditana Auguſta* nomen habet apud Plinium. Eam Phœnices primi condiderunt. Incolæ navigandi peritia jam olim claruere, neque ab avita virtute adhuc degenerant. Præcipuus autem eorum quæſtus ex Salis confectione & Thynnorum conſtat piſcatione; eorum enim ſolemnis hic eſt captura. Fretum quod inter Hiſpaniam & Mauritaniam eſt, ab his Gadibus dicitur *Gaditanum*, ab Hercule *Herculeum*: Vicini vocant *Eſtrecho de Gibraltar*, vel de *Marocco*. Nautæ noſtrates *De Strate* indigitant.

*Vrbs.*

# VALENTIA.

VALENTIA appellationem a ſua Metropoli aſſumpſit, Emporio Nobiliſſimo, veñe randæque Antiquitatis. Ad Meridiem Murciam reſpicit; ad Occaſum utramque Caſtellam: ad Septemtrionem Aragoniam: ad Ortum littora ejus pulſat Mare Internum. Fruitur Aëre temperatiore ac clementiore Cœlo, atque beatiore quam ulla alia Hiſpaniæ pars: imo tanta Cœli temperie ac Zephyri lenitate Regnum Valentiæ gaudere tradunt, ut quocumque tempore, etiam Nativitatis Ieſu Chriſti feſto, & Ianuario florum manipulos Incolæ manibus geſtent, ſicut alijs in locis Aprili & Majo fieri videmus. Magna hujus regionis præſtantia, omniumque Rerum ut Sacchari, Vini, Olei: item Tritici, Orizæ variorumque Fructuum fertilitas, & copia. Habet & Argenti fodinas, in loco quem *Buriel* dicunt, inter Valentiam & Dertoſam. Reperiuntur & Lapides aureis venis lineoliſque interſtincti, in loco, qui *Aioder* nominatur. Ad Promontorium *Finiſtratum* ſunt Ferri Mineræ: circa *Segorbiam* Lapidicinæ veſtigia, equibus Romam devecta olim Marmora. In *Piacento* Alabaſtrum effoditur. Paſſim Alumen, Rubia Calx, Gypſum. Valentiam Vrbem diu Mauri tenuere longa Ducum ſerie: oppugnatam ſæpe ab Aragonum regibus, donec Rex Iames poſt longam obſidionem tandem ejus potitus eſt, ducemque *Zaen Maure* cum quinquaginta Maurorum millibus coegit urbe cedere & *Deniam* confugere, auro, argento, armis aliaq; ſuppellectile eodem aſportata. Deſertam hoc modo Valentiam rex Iacobus colonia miſſa colere iterum cœpit. Coloni fuere Catoloni & Aragones, ductoribus *D. Berengario Palatiol* Epiſcopo Barcelonenſi: *D. Vidalo Cavelia* Epiſcopo Hueſcano: *D. Petro Ferdinandes d' Acagra & D. Simone d' Vrrea Equitibus*. Hi totam urbem inter colonos novos diſtribuerunt habita cujuſque ratione. Legibus etiam novis Rẽpublicam ornarunt. Inſcripta eo tempore trecenta octoginta quatuor capita familiarum. Cæterum Regni titulum hæc Regio accepit circa annum ſalutis ſeptingenteſimum & octuageſimum octavum, ut Ortelius ex Petro Metinenſi, & Petro Antonino Beutero ſcribit. Hiſtoria ſic habet: Hiſen Rege Cordubę mortuo ei filius Alca nomine ſub annum Chriſti IↃCC LXXXVIII ſucceſſit, cujus patruus Aodala Valentiæ Dominus ex Taviar ad ſe vocavjt alium ſuum fratrem, cui nomen Culema exhæredatuſq; fuerat. Hi duo fratres magnis copijs adunatis profecti Cordubam, Nepotem Regno expellere conati ſunt; prelio autem victi, Aodala fuga ſibi conſuluit, Valentiamque reverſus eſt. Maurorum autem præcipui ſeſe inter Patruos Nepotemq; interponentes eo rem deduxerunt ut inter ipſos convenerit, ut Aodala ſe Valentiæ Regem inſcriberet: Culemæ autem quolibet menſe ex reditibus Valentię, mille Moradini (pecuniæ genus erat) inſtruendę menſæ, & adhuc quinque Moradinorum millia ad res neceſſarias parandas deciderentur. Quibus pactis cum Aodala aſſenſiſſet, primus ſe Valentiæ Regẽ compellavit. *Valentiam* habitaſſe quondam præter alios deprehenduntur *Hedetani* Ptolemæo forte non alij ab *Sedentanis*. *Biſcargitani*: ſic ex membranis legitur apud Plinium: Metropolis ipſorum *Biſcargis*, cujus mentio in Nummo Germanici Cæſaris, teſte H. Goltzio: videntur pars fuiſſe Heditanorum, quum in ijs *Biſcargin* nominet Ptolemæus, *Leonicenſes* Plinio: quorum Metropolis *Leonica* etiam a Ptolemæo in Heditanis collocatur. Mentio ejus in Huberti Goltzij Theſauro, *Conteſtani* Ptol. a quibus *Conteſtania* Hiſpaniæ Tarraconenſis Regio apud Plinium: horum memoria ſervatur hodieque in Opido *Contayna*, vel ut alijs effertur *Contentaina* ad fontem ejus amnis, cujus oſtio adpoſitum videtur opidum *Oliva* contra Pytiuſas Inſulas. *Luſones*, quos ad Iberum fluvium ponit Appianus in Ibericis Numantinis vicinos; ad Tagi fontes pertingere ſcribit Strabo. *Lobetani*, quorum Metropolis *Lobetum* Ptolemæo; quam Beuterus ſcribit antea *Turiam*, poſtea *Averaſin*, tandemque, ut hodieque, *Albarraẓin* dictam. *Torboletæ* Appiano in Ibericis, Saguntinis vicini, a quibus *Turbula* Ptolemæo, *Torres* hodie fortean. *Celtiberos*, ut eos appellant Plinius lib. III cap. III, Pomponius Mela lib. III. cap. I ceterique Latini, qui *Celtiberes* Ptolemæo, quidam Caſtellæ Veteri adſcribunt, plerique Valentiæ. Illud ſatis conſtat Celtiberorum Pomeria huc illuc longe lateque ſe extendiſſe. *Clunia Celtiberiæ* finis Plinio vocatur. Poſidonius apud Strabonem lib. III. auctor eſt M. Claudium Marcellum Tributum ex Celtiberia exegiſſe Talentum IↃC: ex quo conjecturam facere licet, inquit, quod Celtiberorum natio frequentiſſima fuerit, & auri atque argenti copia excellens, tametſi agrum incolerent ſterilem. Nomen compoſitum ex *Celtis* & *Iberis*. Lucanus lib. IV:

*Regio.*
*Vnde dicta*
*Situs.*
*Cæli Temperies.*
*Soli fertilitas.*

*Imperium.*
*Majorum*

*Profugique a gente vetuſta*
*Gallorum Celtæ, miſcentes nomen Iberis.*

Sic Silius Italicus lib. III Belli Pænici II:

*Venere & Celtæ, ſociati nomen Iberis,*
*His pugna cecidiſſe decus, corpuſque cremari:*
*Tale nefas cælo credunt Superiſque referri,*
*Impaſtus carpat, ſi membra jacentia vultur.*

*Celtiberi*, apud eundem Strabonem, & confinales ipſis verſus Boream habitantes Deo cuipiam, cujus nomen ignoratur, plena Luna, tempore nocturno Pervigilium celebrant, choreas ducendo. In Celtiberis vicinos urbi Segedę ponit Appianus in Ibericis *Titthos* populos. Inter Regni hujus urbes *Valentia*, *Valençia* vulgo; Hanc Conteſtanis Ptolemæus (cui Γαλεντία) Heditanis autem adſcribit Plinius. In Nummo quodam æreo apud Goltzium eſt COL. IVL. VAL. id eſt COLONIA IVLIA VALENTIA. Habet etiam Nummum Surita in cujus una facie Mercurij videtur eſſe *Caput*, cum inſcriptione C. LVCIEN. C. MVN. I. Q; altera vero *Cornucopiæ* figura, fulmine tranſverſo; & infra cornu, VALENTIA. Mirum eſt Strabonem nullam facere hujns Vrbis mentionem, quum *Cherroneſi*, *Oleaſtri Dertoſæ* ad Iberi tranſitum meminerit, eaque celeberrima fuerit bello Sertoriano, conflictu, quo. Cn. Pompeius juxta eamdem Vrbem Herennium & Perpennam, magnos Sertorij Duces, devicit. Vrbs primaria eſt, ac ſedes Epiſcopalis. Regi Romo primordia ſua fert accepta, ut ſcribit Vaſæus atque alij, quam ab ea Romam appellatam, Romani multo poſterius amplificatam & nobilitatam Valentiam appellaverunt, vocabulo idem ſignificante. At Reſendio hæc fabula videtur, qui eam a Luſitanis cæteriſque Viriati militibus conditam & nominatam tradit. Sita eſt intimo Sinus Sucronenſis receſſu ad dextram fluvij Turiæ ripam: a mari remotam tribus paſſuum millibus tradit Plinius. Hæc Moribus & Inſtitutis clara, Diſciplinis liberalibus exculta: Mechanicis Artibus nobilis, magnis Ingenijs felix: Pacis Concordiæque Cives inter ſervandæ ſtudioſiſſima: Multorum Equitum ſplendore illuſtris: Mercatorum commercijs dives. Silentio non prætereundum quod de Valentinis notat L. Marineus Siculus: ijs in more poſitum eſſe ſingulis annis feſto D. Matthiæ, fuſis precibus factiſque obteſtationibus, ad locum Supplicijs deſtinatum ire, ibique Damnatorum Corpora, ſive ſuſpenſa ſint, ſive humi jaceant, ſuſcipere, oſſaque ſparſa colligere mox autem omnia feretris impoſita ad commune Civibus omnibus ſepulchretum devecta honorifice, Sacrificijs Orationibuſque peractis, Terræ mandare. Memoriæ prodit Petrus Medinenſis eſſe in hac Vrbe ſupra decem millia

*Vrbes.*

MURCIÆ PARS

CASTELLÆ PARS

ARRAGONIAE PARS

Illicitanus Sinus.

Sucronensis Sinus.

REGNI VALENTIÆ TYPUS

MEDI TERRANEI MARIS

Leucæ Hispan. 1 2 3 4 5

Miliaria German. 1 2 3 4

Murcia
Yella
Almansa
Fuuanella
Oribuella
Punta del pinato
Cabo de Alcalte
Isla de S. Pola
Rodoua
Callosa
Albatera
Cox
Granja
Salines
Casas de costa
Monasterio de las Virtudes
Caudet
Cliuellent
Monarcot
Nouelda
Elda
Petrex
Monfort
Sierra del Cal
Almoradi
Cofra
Hoya les
Almoradi
Almusales
Rafales
Elche
Aspe
Aspe Vieja
Venta de benejto
Font de la figuera
Moxent
Villena
Biar
Molins de Tiors
Vellada
Benicorbi
Millares
Bicorp
Benidaue
Quesa
Navaras
Vallebo
Suma del gel
Cotes
Tous
Ferra bana
Enguerra
Gella
Anna
Sellens
Alcant
Montmont
Ayelo
Castalla
Onil
Feuanella
Punta reuella
Agost
Fuen caliente
Ibi
Tibi
Alcoy
Font del molinar
Xixona
Bugot
Agues
Atalaia
Cabeco de oro
Ares
Val de situ
Sella
Relleu
Orbeua
Vall de gallinera
Benimarfet
Benafalet
Benafan
Benalloba
Benifato
Vall de muro
Benitur
Benares
Calem
Lucben
Monte de la mureta
Alcoleja
Gaiata
Villa longa
Beniarbeig
Rafol fabet
Font dels arcos
Palmera
Gandia
Alfarrasi
Ollins
Molinel
Vall de gaudalest
Bolbaer
Murla
Sagra
Pego
Castell de gaudalest
Callosa
Orba
Bedulla
Alcoy
Col de les Rates
Benimdi
Verger
Pedreguer
Atalaia
Sella
Cenisa
Gata
Teulada
Denia
Xabea
Atalaia Atalaia
Atalaia
Altea
Calp
Bernisa
Vallador
C. Negret
C. de Tras
C. de Hifac
C. Blanco
C. de la Mo
C. de la nao
Punta del Emperador
Sisal del Cabo
C. Portocolon de Alfaq
Canal de S. Antonio
Arcenisium siue Dianium prom. quod et Hemeroscopi um. et Ferraria
Portillo
Xeraco
Xarayo
Potries
Alfarrasi
Alfarrasi
Alcudia de veo
Alcudia
Alcudia
Alcudia

# VALENTIA

Puteorum Aquæ Vivæ. Tritum eſt apud Hiſpanos Proverbium, quo *Barcino* fertur *dives*, *Cæſar auguſta ſatura*, *Valentia Formoſa*. Exacta ejus deſcriptio Lauſque apud Ioannem Marianam lib. XII. cap. XIX & Marineũ Siculum lib. III. extremo. Stetit olim ad ripam Turiæ ſiniſtram, haud procul Valentia (Strabo lib. III Pliniuſque lib. III c. III, mille paſſibus ab Mari ſeparant) *Saguntum*; Heditanorum urbs Σαγῦντον Ptol. Σάγουντ@· Straboni; Ζάκυνθ@· & Ζάκανθα Stephano: *Secundum* & *Secuntum* vitioſe apud Antoninum. Hodie putatur a pleriſque *Morvedre*, ſic dictum, ut quidam cenſent, ab *Muris Veteribus*, *Zacynthorum Coloniam* facit Appianus: & Ζάγυντ@·, κτίσμα, inquit Strabo lib. III Ζακυνθίων quidam *Saguntum* Herculis filium conditorem opinantur: ſunt & qui ab *Sagis Ibericis* nomen accepiſſe volunt. Situm deſcribit Silius Italicus lib. I Sagunti Muris Cæmenta tribuit Livius lib. XXX; quæ calce durata erant, ſed intermixta luto, ſtructuræ antiquæ genere, Conſtat ex Plinio Saguntinos olim coluiſſe Dianam, eodem ab, Zacynthijs ipſorum Progenitoribus, advectam, annis ducentis ante excidium Troiæ. *Saguntus*, Fide & ærumnis incluta, Pomponio Melæ. De expugnatione Vrbis nobiliſſimæ Cladeque, quæ ob admirabilem conſtantiam, & egregiam in Romanos fidem incidit in annum ab v.c. IↃXXXV M. Livio Salinatore, L. Aimilio Paullo COSS. conſulendi Livius lib. XXI, Polybius lib. III. Oroſius lib. IV. cap. XIV, Eutropius lib. III. Florus lib. II. Hiſtor. Rom. cap. VI, Silius Ital. lib. I, Valerius Maximus lib. VI, cap. VI. Auguſtinus lib. III de Civit. Dei, cap. XX, Auctor de VV. Inluſt. cap. XLII. Aemilius Probus in Annibale, Cicero in Philippicis, & qui non? Supereſt memoria *Senatus Populique Saguntini*, quo loco Vrbs fuit, in Muro Veteri, his verbis:

SENATVS. ET. POPVLVS. SAGVNTINORVM
CLAVDIO. INVICTO. PIO. FELICI, IMP. CAES
PONT. MAX. TRIB. POT. P. P. PROCOS

Non ignobilis in Valentia loci ſunt hodieque *Segorbia*, *Segobriga* Ptolemęo & Straboni, uti placet Vaſæo, Cluſio, Taraphæ, Emanueli Enrico, & alijs: *Segrobigam* habent Numini Auguſti. Incolæ Plinio *Segobricenſes*; eos in capite Celtiberiæ ponenti. *Segobriga* tamen Morali cenſetur *Inieſta*, vel *Cabeça el Griego*, cujus ſententiæ eſt Ioannes Mariana. Hieronymus Surita, ubi fuerit *Segorbia*, dicit ſe ignorare. *Segobricæ* meminit antiquũ Marmor, quod Tarraconæ,

L. ANNIO. L. F. GAL
CANTABRO
FLAM. ROMAE. ET. DIVOR
AVGVST. P. H. C.
OMNIBVS. HONORIBVS
GESTIS. SEGOBRICÆ
DECRETO. ORDINIS. PECV
NIA PVBLICA SEGOBRICENSES.

*Denia*, *Dianium* (ut volunt Florianus, Moralis, Cluſius) apud Ciceronem & Plinium, qui *Stipendarium* cognominat: Ἀρτεμίσιον & Ἡμεροσκοπεῖον eſt Straboni, haud procul *Ferraria* Promontorio. *Caſtrum Altum*, arx Hiſpaniæ Citerioris valida, Amilcaris Pœni cæde inſignis apud Livium, hodie, ut vult Beuterus, *Caſtralla* vocatur: Floriano eſt *Caſtel-Seras*. *Incibilis* Livij; quæ *Indibilis* Frontino, ubi Annonem Carthaginenſium Ducem ab Scipione fugatum narrat, *Chelua* cenſetur Floriano ſubdubitanti tamen. *Illici* Plinio Ἰλικίας Ptol. *Illice* Pomponio, *Ilce Colonia* nummis ΙΛΙΚΙΤΩΝ@· etiam Ptol. (unde *Illicitanus Sinus*) hodie alijs *Alicanta* alijs *Elche*, quod propius accedit. *Belgida* Celtiberiæ Vrbs nomen adhuc retinet. Λέιρια quæ & Ἔδητα Ptol. (unde *Heditani populi*) *Liria* hodie eſt Cluſio & Morali. *Oliete* Ὀρκέλις Ptolemæi Floriano, *Horivela* & *Oriola* Gomecio eſt & Cluſio; *Zamora* Nebriſſenſi. *Bigerra* Livij Βίγερρα Ptol. hodie *Bejar* Beutero & Vaſæo Cluſio *Villena* eſt. Quæ *Setabis* Strab. vel *Sætabis* antiquis Lapidibus, teſte Cluſio, hodie Floriano Iudice *Xativa* cluit. Fluvios habet hæc regio multos, imprimis vero *Turiam* quem Pomponius *Duriam Doriam*. Pto. nominat. Incolæ Arabicam vocem *Guetalabiar* ſervarunt, quæ vox aquam puram ſignificat. Magnas hic fluvius commoditates, locis per quæ fluit adfert. Non eſt admodum profundus, nec ejus ripæ multum attolluntur, ſed terræ fere æqualis fluit: omnes alios hujus regni fluvios pulchritudine excellit, ultra modum, ob ſemper virentes ripas, roſis varioque genere florum coloratas, amœnus. Nemoribus hic a fonte (qui in Aragonia haud procul Opido *Tervelo*) uſque ad oſtia utriumque a Natura pulcherrimo adſpectu veſtitur: ubique Vitex, Platanus, Pinus, aliæque numquam fronde carentes arbores: ita ut vere de eo Claudianus, *Floribus & roſeis formoſis Duria ripis*. Eſt & *Sucro* fluvius *Xucar* novo nomine dictus. E montibus hic oritur Oroſpedanis. Habet Valentia duos Montes, quibus nomẽ *Mariola* & *Penna goloſa* (Rupem cupedinariã Latine diceres) in quos, quum Stirpibus rarioribus Herbiſque varijs abundent, quotidie magnus Medicorum & Herbariorum numerus ex diverſis Hiſpaniæ partibus cõfluit. Nunquam non rari quid ibi ſe offert. Valentia Urbs antiquitate venerabilis eſt, ibique ad noſtram ætatem multa perdurant antiqua marmora, Romanis inſcriptionibus inſculpta, quarum quædam videri apud Beuterum, Ambroſium, Moralem, Hotomannum in Cæſaris Ephemerides, & alios, poſſunt. In urbe Sagunto nunc *Morvedre* Theatrum & Scena, aliaquæ multa Antiquitatis veſtigia, ut Sepulchra Sergiorum, L Galbæ, Sergij Galbæ, & aliorum ejus gentis, ex quorum Lapidibus conſtructum eſt cœnobium fratrum Trinitatis. Academiam habet Valentia celebrem, in qua S. Dominicus, Ordinis prædicatorum auctor, bonis artibus Sacræque Theologiæ operam dediſſe ſcribitur. Præter hanc in regno Valentiæ eſt & Academia *Gandiana*, quam non ita pridem erexit Illuſtriſſimus Gandiæ Dux, ut ibi præcipue Patres Societatis Ieſu, ad quam ſeipſum quoque contuliſſe fertur, philoſopharentur. Valentia quod ad adminiſtrationem Reipublicæ attinet, facile omnes antecedit Hiſpaniæ Civitates. Ager hujus urbis maxima ex parte a Gente e Mauris oriunda, & paternum ſive avitum ſermonem ac fere vitæ morem adhuc retinente, colitur. Illud autem non omittendũ quod M. Tullius in Valentia laudem protulit oratione in Verrem ultima: *Valentinorum* (inquit) *hominum honeſtiſſimorum teſtimonio*. Multum Byſſi hoc in regno paratur: & (ut de lanificio & pannis ceteris totius Hiſpaniæ melioribus taceam) vaſcula etiam Porcellana conficiuntur æmula Italicorum. *Valet & Valentia commercio* (ut ſcribit Olivarius Valentinus) *Mercatorum maximo. Nam inde exportantur variæ & multæ merces, inprimis holoſericæ telæ fere omnium colorum & fila ſerica ex vermibus, panni optimi in Inſulas Baleares, & Siciliam & Sardiniam, & ij panni vocantur contracti: exportantur inde Oriza, Saccharum albedine admirabili, uvæ paſſæ & Ficus, nec non & fructus Saccharo conditi: tum Oleum dulciſsimum, ſi videres diceres aquam eſſe alicujus fontis, tam eſt clarum: adhæc coria ſunt ibi omnium colorum a Valentinis hominibus, & his quidem præclaris artificibus parata.* Plura de hoc Regno videat Lector apud Bernardinũ Gomecium IX, XII & XIII lib. Vitæ Iacobi I. Aragonum Regis. Petrus etiam Antonius Beuterus Theologus Valentinus Rex Hiſpaniæ memorabiles tribus Tomis ſe complexum profitetur: cujus præcipuus videtur fuiſſe Scopus, ut Valentiam Patriam ſuam quam maxime inluſtraret.

*Flumina.*

*Montes.*

*Opera. Publica.*

*Scholæ*

*Mores*

*Opificia Mercimonia.*

# CATALONIA
## SPECIALIVS

CATALONIA *Marcha Hiſpanica, Comitatus Barcinonæ* ac *Hiſpaniarum Marchionatus* Olim nuncupabatur. Primam ſe hæc Regio in Hiſpanias ab Ortu Solis ingredientium pedibus calcandam præbet. Ad Occaſum proximos ſibi Valentinos & Aragonenſes habet: ab illis Alcanare ſeu Cenia fluvio, ab his Arneſio alicubi flumine, alibi amnium Iberi, Sicoris, ac Nogueræ Ripacurtianæ quibuſdam partibus ſeparatur. Ad Meridiem in Mediterraneum Mare converſis frontibus omni ſua longitudine tenditur. Ad Ortum in Salſulæ Lacu munitaque hujus nominis Arce, ibi a Carolo V Imp. exſtructa, contra expugnatu difficile Leocatæ Caſtellum, quod in fronte eſt aut aditu Galliæ, vicinam tangit Aquitaniam. Ad Septemtrionem denique Pyrenæis Montibus terminatur. Habet in circuitu amplius milliaria Italica octingenta: in longitudine a Salſulæ lacu uſque ad Valentinos ducenta & quinquaginta: in Latitudine vero a Carolitana valle, ſeu a Coronata Abiete ad Barcinonenſe uſque littus nonaginta quatuor. Aere gaudet æſtate ubique commodo, hieme temperato, in littorali præſertim, quæ Auſtralis eſt, ſui parte. Nam qua Septemtrionem ſpectat, frigidum ſatis & nivoſum illum habet. Tota eſt plurimum montoſa, præterquam in nonnullis ſuis regionibus. Prata habet herbida, paſcua late florea, grataſque ſupra modum convalles. Terra univerſim Frumenti, Leguminum, inprimis vero Malorum, Vini & Olei adeo ferax, ut horum proventu nulli alteri regioni cedat. Nec deſunt ei Auri, Argenti reliquorumque Metallorum Fodinæ. Teſtantur illud Auri Argentique ramenta, quæ Sicoris fluvius, nonnullaque alia Cataloniæ flumina ex locis, per quæ fluunt, cum inundant, abradunt. Ferrum in ſuo genere optimum magna copia hic effoditur, minori Æs. Stannum, & Plumbum. Nuper inventa eſt prope Signimontem Vena ferax gemmæ violaceo perlucentis colore, Amethyſti nomen ſortitæ, quod uſque ad vini colorem accedens prius quam eum deguſtet in violam deſinat. Gemma Onyx unguis humani ſimilitudine candorem præferens, intervenientibus venis quibuſdam Sardæ & Iaſpidis colorem imitantibus, in Opidi Tivicæ confinio: Hæmatites vero ſiſtendi ſanguinis virtutem habentes, in Rubricati ortu reperiuntur. Copioſa eſt apud Dertoſanos Iaſpidis lapidicina, multis coloribus tranſlucentis Purpureo, Viridi, Pallido, Roſaceo, Albo & Obſcuro. Tarraconæ & Beudæ varia Marmorum genera ex Terræ viſceribus eruuntur: & in Sarrealenſi Opido ſolidi ac tranſlucentis Alabaſtritæ effodiuntur, ex quibus cum fiant ſpecularia, hoc eſt feneſtræ admittendæ luci & excludendo vento idoneæ, ipſi ſunt profecto ſpeculares illi lapides, quibus Citeriorem Hiſpaniam ſcatere fatetur Plinius. Populeti confinium Alumen, atque etiam Chalcanthum, vulgo Vitriolum, quod & Atramenti ſutorij nomen accepit, confert. Vtiliſſima funibus Cannabis ſeritur in Catalonia: ipſaque eſt, quæ teſte Plinio, habet ſplendorem lini præcipuum, tenuitatemque miram, Torrentis in quo politur, natura, qui alluit Tarraconem, ibi primum Carbaſis repertis. Ex ipſis olim fiebant Navium velæ: unde & Carbaſa appellabantur. Et quoniam in hanc rem incidi, non poſſum in laudem Catalonicæ rerum omnium indigenæ copiæ non referre, Regionem hanc a fundamento ipſo carinæ ad ſuprema uſque carbaſa conficere onerarias naves, & præſertim triremes, omnibuſque armamentis inſtructas, Mari paſſim apud Barcinonam committere. Innumeræ præterea per ſaltuoſa Nemora Feræ vagantur, Pecoriſque omnigeni vis ubique magna. Collocantur hac Hiſpaniæ parte ab Veteribus varij Populi *Caſtellani* Καστελλανοὶ Ptolemæo, Ducatum *Cardone* interpretantur Villanovanus & Verrerius. *Indigeti*, Avieno: Ε'νδιγέτοι Ptol. Γ'νδικῆτοι Steph. qui & *Indicam* urbem ubi nominat. *Ilergetes* Livio & Ptol. Γ'λεργήτας Polyb. lib. III. *Laletani* Plin. unde *Laletania* Martiali; Λαιτανοὶ Ptolemæo: Λεητανοὶ Strab. cui & Ε'λητανοὶ; omnia corrupte pro Λαλητανοὶ: his adhærebant, notante Strab. Λαρτολαιητανοὶ. *Cempſi* Aimonio, Κεμψοὶ Dionyſio & Euſtathio. *Cerretani* Plin. qui eoſdem & *Iulianos* & *Auguſtinos* cognominat; Κερρεταvοὶ Ptol. Κερρητανοὶ Strab. *Ceretani* Silio; *Ceretes* Avieno; Κέρετες Steph. horum veſtigia latere adhuc videntur in *Cerveira*, *Puigcerda*, *Condado de Cerdania*. *Vetteres*, ſic enim Xilander interpretatur Hiſpaniæ Tarraconenſis populos. qui inter Iberum & Pyrenæos ad Mare Βέτηρος Strab. Iſaacus Caſaubonus mallet Antonini *Secerras*. *Ligyes*, Λίγυες ad Sicanim fluvium Thucydidi lib. VI; & Halicarnaſſ. lib, I. forte qui Avieno *Ligures*, *Auſetani* Livio & Plinio, Α'υθητᾶνοι Ptol. *Larnenſes* Plin. ad Larnum fl. ad Pyrenæi radices. Γ'λερκαόνες Ptol. apud quod Dertoſa urbs, Livio *Ilercaonenſes*, & Cæſari fortean *Ilurgavonenſes*. Μαραθῶν item Πεδίον, *Fœnicularium Campum*, ponit hoc loco Strabo.

*Regio. Nomina. Situs.*

*Cœli Temperies.*

*Soli fertilitas.*

*Animalium varietas.*

Splendet autem Catalonia hominum robore, prudentiaque mirabili rerum geſtarum memoria, victoriis multarum gentium alternantibus. Nam Pœni in Incolas, Romani in Pœnos, in Romanos Gothi, Sarraceni in Gothos, ac in Sarracenos Galli, pluresque ſuperſtites Gothi regionis adhuc Incolæ, ac deinde Barcinonenſes Comites in Catalonia plurimum decertarunt. Bella autem, quæ mox Barcinonenſium Comitum filij Reges Aragonum Nationibus exteris intulerunt, victoriaſque magna cum omnium admiratione partas quis valebit referre? Baleares, vulgo *Majorica* & *Minorica* Ebuſa, Murcia, Valentia, Sardinia, Sicilia & Neapolis, ac in Græcia Athenæ, Neopatriaque indicare id poſſunt. De Cataloniæ Metropoli reliquiſque Vrbibus & Opidis vide Deſcriptionem proximam. In ſummo Montis *Cani* in Roſcellionis Comitatu altiſſimi cacumine Lacus quidam eſt magnus, immenſæ altitudinis, multis illiſque miræ magnitudinis Turturibus piſcibus abundans: in quem ſiquis conjiciat lapidem, tumultuantur illico Aquæ, ac vapores in altum mittunt, quibus in formidabiles Nubes converſis, continuo tempeſtas adeſt, fulgurat, tonat, ac grandinat. Fontem habet Balneolenſis ager, aurei coloris, quidquid in ipſum projicitur oſtendentem. Eſt & in Catalonia fons ſaluberrimus, cujus aqua frequenter etiam ac abunde ſumpta non ſolum non eſt ſtomacho gravis, verum & multiplici languore detentis hominibus miraculoſe medetur. Hunc S. Maginum in arido, montoſo, ſaxeoque loco, fuſis ad Deum precibus, baculo ſuo aperuiſſe, fabulantur. Contra Aulotum Opidum, XII ferme ſunt aerei fontes, noctibus ac diebus, hyeme & æſtate tenuem ſemper ſpirantes aërem, hieme calidum, æſtate vero adeo gelidum, ut vix exiguo etiam temporis ſpatio quis illum ferre poſſit, & aquæ hydrias ibi in antris quibuſdam data opera ab incolis conſtitutas, frigidas ac pene nivoſas reddat, delicatum contra ſtomachi æſtum præbentis potum. Sunt & Fontes non pauci aquarum ſemper calidarum, quæ ignem ibi indicant

*Majorum virtus.*

# CATALONIÆ PRINCIPATUS DESCRIPTIO NOVA

REYNO DE ARAGON

REYNO DE VALENCIA

COMPTAT DE COSERANS Y DE COMENGE

COMPTAT DE FOIX

PARTE DE FRANCIA

MONTANYES DE URGEL

LA PLANA DE URGEL

P. DE PEDRES

P. DE VIELLA

P. DE MARTELLAT

P. DE LA SACORBA

P. DE SEGUER

P. DE LARGENTERA

P. DE BOET

BISBAT DE COMENGE

ESPI

CERDANYA

P. DEL COMPTE

ASPRES

MONCON

SAGARRA

SOLSONA

LA SELVA

VAL DARO

PARAOLD

CANIGO M.

COLL DE NURIA

COLL DE TOSES

COLL DE MEYANS

COLL DE PAGUERA

COLL DE AGUER

COLL DE BALAGUER

COLL DE CREUS

COLL DE SIN

COLL DE SANT

COLL DE PANISSARS

COLL DE LA TORRA

COLL DE LA GARRAF

COLL DE LA TORRE

COLL DE LA TORRE

COLL DE LA TORRE

# CATALONIA.

latentem in terræ viſceribus. Plures enim quam quatuor ſunt ejuſmodi calidi fontes in Catalonia, illique omnes non parum uberes, & multis opitulandi generibus præſtantes : ad quos propterea plures undique confluunt infirmi. *Flumina.* Rivis item Catalonia affluit ac abundat, cum quinquaginta ferme per ipſam decurrant, ijque omnes piſcoſi: quidam parvi, ſed ſpectabiles, quidam mediocres, & quidam denique celebres, *Tettus* nempe (qui & *Ruſciſon*) *Techum* (qui & *Tetrum*) *Fluvianus* (qui & *Clovianus*, & *Plumialbus*) *Ticer Tordera* (qui & *Tarnum*) *Beſotium* (qui & *Biſocto*, & *Betulo*) *Rubricatus*, *Cinga*, *Sicoris* & *Iberus*. Hi omnes in Mare influunt, præter Cingam & Sicorim, quorum ille in *Mare.* Sicorim, hic vero in Iberum, qui & horum aliorumque fluviorum aquis auctus unus e majoribus efficitur Hiſpaniæ Amnibus. Coralium naſcitur optimum in Mari Catalonico ad Solis ortum. Montes & Colles paſſim in Catalonia ijque excelſi, non nudi, ſed ita & viridibus ſemper Herbis, ac Arbuſtis, & vario multiplicique arborum genere conſiti, ut fere omnes ſint nemoroſi, ſilvis Nemoribuſque referti. Fagus in eis plurima, multiplex Pinus, numeroſa Quercus, Ilex non pauca, Abies innumera, Corylus ac Caſtanea abundans, infinitumque propemodum Suber, cujus cortex præcraſſus & renaſcens. In Nuriæ Montibus, Cadinenſibus in Rupibus invenitur Cryſtallum. Et quod mirabitur aliquis, ut profecto admiratione dignum, reperitur in Cardonæ opido, nativi ſaluberrimique ſalis multicolor Mons, contra ſolem varie refulgens, in quo (ſicut de Oromeno Monte Indiæ refert Plini.) Sal cæditur renaſcens. Renaſci enim omnibus eſt perſpicuum; imo & eo amplius in altum creſcere Montem, quo magis ſal in ejus cæditur Fodinis. Aliud etiam in eo mirabile, quod cum locus in quo reperitur Sal. ſterilis ſit nihilque gignat, Pinos tamen ac Vites plures habeat hic Mons. Magnum provenit ex eo Ducibus vectigal. In Epiſcopatu Gerundenſi ad Auſtrum Collis eſt albæ tenuiſque arenæ, quæ (ſicut in Libya) vento hinc inde, magno cum iter facientium periculo, circumfertur. Magnum provenit ex eo ducibus vectigal. Hoc autem loco *Montem Serratum* ſilentio præterire non poſſum, ad Occaſum ſeptem Leucis a Bercinona diſtantem. Æditiſſimus eſt, ac ſcopuloſus undique ad modum ſerræ, ſaxis eminentibus quaſi laſpideis plenus, ex quibus in Pyrenæos, ac Inſulæ Majoricæ remotiſſimos Montes patet proſpectus. Vndecim milia paſſuum in circuitu habet. Nonnulli in eo ſcaturiunt fontes: plures gignit herbas quibus inſignes ſunt & peculiares vires; Rubricatoque fluvio ad Septemtrionem alluitur, & tandem ſicut Soractus in Italia, & in Galilæa Tabor, ſolus ibi conſurgit. Quapropter ſuo aſpectu non parum delectat. *Opera publica & privata,* Nunc ut ad opera publica & privata veniamus. Plurima in hac Regione paſſim Templa, multaque ubique clara Cœnobia. Inprimis memorabile S. Michaelis a Fago Templum, intra ſpecum conſtructum, pervetuſtumque Benedictinorum Cœnobium, ſuper cujus tectum fluvius quidam parvus, quem Incolæ *Tanez* vocant decurrit, & inde ſtatim delabitur, ac præceps ruit, præcipitationeque ſua, & aura inde conſurgente plurimum oblectat adſtantes. Tot præterea ſunt ædes, & luculenter quidem exſtructæ, quæ ab urbibus, opidiſque ſejunctæ per totam Regionem ita in planiciebus, Agris, vallibus, Collibus, Montibus, ſilvis ac Nemoribus paſſim ſunt ſparſæ, ut tota Catalonia urbs una quodammodo cenſeri valeat. Caſtellis, Arcibuſque natura, loco, ac arte munitis ubique abundat. Principatus ti- *Ratio gubernandi.* tulo gaudet Catalonia, complectiturque Archiepiſcopatum *Tarraconenſem*: Epiſcopatus VIII, *Barcinonenſem*, *Gerundenſem*, *Vrgellenſem*, *Vicquenſem*, *Ilerdenſem*, *Dertoſanum*, *Herluæ*, ac *Celſonæ*. Ducatus duos, *Montis albi*, & *Cardonæ*. Marchionatus V, *Ilerdenſem*, *Dertoſanum*, *Pallearienſem*, *Camaraſenſem*, & *Itonenſem*: Comitatus XVIII. *Barcinonæ* (hic autem omnes alias longe ſuperat Cataloniæ dignitates) *Gerundæ*, *Vrgelli*, *Cerretaniæ*, *Biſuldini*, *Roſſellionis*, *Emporiarum* *Auſoniæ*, *Minoriſæ*, *Pratarum*, *Palmoſij*, *Petrælatæ*, *S. Columbæ a Queralto*, *S. Columbæ a Scintillijs*, *Savallanij*, *Vallisfogonæ*, *Guimerani*, & *Montis acuti*. Longum eſſet Lectorique tædioſum, hic commemorare Vicecomitatuum Baronatuumque numerum. Academijs omnium ſcientiarum ſex eſt inſignis. Lanificio, Artiumque omnium opificijs *Scholæ.* *Opificia.* ſcatet, ex quibus Incolæ magna ex parte victum quærunt, æs alienum diſſolvunt, familias ſuſtentant, opes qualeſcunque conquirunt, aut partas tuentur. Sed hæc de Catalonia ſufficiant, ad alia tranſeamus.

ARAGONIA vel ab *Autrigonibus*, Hiſpaniæ populis, teſte Laurentio Valla: a *Tarracone* antiqua civitate, ut Antonio Nebriſſenſi & Vaſæo placet, nomen accepit. Alij ab *Aragone* fluvio, qui illic ortus Iberum influere perhibetur. Nonnulli ab Herculis *Ara Agonalibuſque Ludis* derivant: quod ſi verum, mirum tam altum obſtinatumque apud Veteres Scriptores de *Aragonia* eſſe ſilentium. *Regio. Vnde dicta.*

Huic Regno adhærent ad Caurum Navarra, ad Vulturnum Catalonia, qua Africo expoſita, Caſtiliam ſpectat, qua Aquiloni, Pyrenæos habet montes. Regio ut plurimum aſpera & ſicca eſt, maxime verſus Pyrenæum, unde ad multum itineris ſpatium nullæ habitationes reperiuntur: ſunt tamen hic Valles nonnullæ feraciſſimæ optimi Frumenti, & Fructuum, quæ mirum in modum ab aquis adjuvantur. *Situs.* *Soli fertilitas.*

Hujus Regni primum Regem omnium Scriptorum Calculi *Ranimirum* faciunt. Hic factus eſt Rex Aragoniæ anno Chriſti CIↃ XVI. Huic ſucceſſit Filius *Sanctius*: Sanctio *Petrus* qui nonnulla Opida Aragonenſi adjecit imperio: Mortuo autem eo & fratre Alphonſo ſine Prole Maſcula tertium fratrem *Ranimirum* Monachum in cœnobio agentem Regem conſtituunt, qui unicam filiam in Regno ſuſceptam Vrracam nomine Raimondo Barcinonis Comiti locavit. Hic poſtea Socero in Regno ſucceſſit, adjecitque ei civitatem Barcinonenſem. Deinde ex ſucceſſione *Iacobus* circiter annum CIↃ CCL. annis XL id regnum tenuit, qui Alfonſi X Caſtellæ regis ſocer fuit, & Baleares Inſulas expugnavit, ac Valentiam civitatem regno ſuo adjecit. *Petrus* huic filius deinde ſucceſſit, cui Nicolaus III Pontifex conceſſit regnum Neapolitanum: quique navali prælio cum Gallis decertans: ex vulnere occubuit. Cui multi ex ordine Reges ſucceſſerunt. *Imperium Majorum.*

Sed de Origine Regni Regumque Aragoniæ, Valentiæ & Cataloniæ, a quibus & quomodo initium habuerint, deque unione eorum, legendi Rodericus Sanctius Hiſtoriæ Hiſpanicæ Parte I cap. XIII. Lucius Marineus Siculus lib. VIII de regibus Hiſpan. & alij. Metropolis & Regni caput *Cæſar-Auguſta* Plinio alijſque, *Cæſarea Auguſta* Pto. Nominatur ſæpe in Nummis Veterum. In duobus æneis Auguſti Vexillum erectum viſitur, haſta in baſi adfixa; quod ſignum erat deducendæ Coloniæ: in uno eorum adparet Auguſti effigies, & hic titulus, DIVI F. AVGVSTVS: in averſa parte, qua Vexillum eſt CÆSAR-AVGVSTAL. CASSIO CN. IIVIR. In altero circum Auguſti effigiem AVGVSTVS DIVI F; & averſa parte, CÆSAR-AVGVST AM. POR. CN. F. A. II VIR. Alios alijs legendos relinquimus. Sic Prudentius de Martyribus Cæſar-Auguſtanis: *Cæſar Auguſtam vocitamus Vrbem.* *Vrbes.*

Hodie *Carragoça*, Academia nobilis. Conditorem ejus ferunt Iubam Mauritaniæ Regem, & ab eo *Saldybam* appellatam, quaſi *Iubæ domum*: poſtea vero, priore repudiato nomine *Cæſaris Auguſti* nomen illi fuiſſe inditum. Sita eſt in ripa Fluminis Iberi, loco plano, ex quo Iberus inſigni Ponte lapideo longoque (cujus etiam Strabo facit mentionem lib. III) trajicitur. Urbis autem ſitus Soleæ Calcei formam refert. Portas habet quatuor ad totidem Mundi partes ſpectantes. Validiſſimis muris cincta, crebriſque Turribus probe munita. In hac Urbe Reges Aragoniæ ab ejus Archiepiſcopo, qui Primus Regni, Diadema ſoliti accipere. Civitates reliquæ, *Oſca* Latinis Οὐέσκα Ptol. & Plutarcho in Sertorio, hodie *Hueſca*: Cives ejus *Oſcenſes* Cæſari nominantur: *Oſcenſis Argenti* meminit Livius lib. XXV: Plutarchus auctor, Sertorium hanc Vrbem delegiſſe, in quam Filij Principum Virorum Hiſpaniarum Obſides, ſtudiorum ſpecie, accitis Diſciplinarum Magiſtris, mitterentur. Eſt ibi hodieque non ignobilis Academia: *Eteoſca* mendoſe vocatur Velleio Paterculo, ubi Sertorium interemtum ſcribit: in Vetuſtis Nummis *Vrbs Victrix* videtur cognominari; ſi ita notas VV. OSCA liceat cum Antonio Auguſtino interpretari. *Tyriaſſona* Civitas apud montem Caci quam a Tyrijs & Auſonijs conditam fuiſſe nonnulli opinantur. *Iacca*, jacens in convallibus, Iacetanorum quondam ſedes: *Calajuta*, campeſtri loco, ex ruinis nata Bilbilitanis, quæ cum multis alijs Antiquitatum monimentis, medio Milliari Hiſpanico ab hoc opido hodie viſuntur, in Colle, qui vulgo *Bambola* vel *Baubola*: Cingitur Mons ille in orbem fere ab *Salone* flumine, quem ſitum *Bilbili* tribuit alumnus ejus & Civis (vide lib. I. Epigr. LXII) Valerius Martialis lib. X, Epigram. CIII:

*Municipes Auguſta mihi quos Bilbilis acri*
*Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.*

Sic Paullinus ad Auſonium, *Bilbilim* acutis ſcopulis pendentem, prodit. Quod autem in Monte, altam vocat idem Martialis ſcribens ad Licinianum lib. I. Epigram. I.

*Vir Celtiberis non tacende Gentibus* — *Videbis altam Liciniane Bilbilim,*
*Noſtraque laus Hiſpaniæ,* — *Equis & Armis nobilem.*

Inter Bilbilim & Segobrigam (quæ hodie *Segorbia* putatur) Sertorius & Metellus memorabili prælio conflixerunt ut apud Appianum & alios eſt legere; Βίλβις Ptol. corrupte. *Auguſta Bilbilis* cognominatur Martiali, ut jam vidimus, quemadmodum & in multis Veterum Numiſmatum inſcriptionibus. Sunt & alia Aragoniæ Opida: *Barbaſtrum*, Arcubus ferreis nobile: Βερτίνα Ptol. *Bortina* Antonino, ut nonnulli cenſent. *Monſonium* in Regni ſitum umbilico, ad Cingæ ripam, cui Collis imminet, a quo nomen Opido: conventibus Regnorum Aragoniæ, Valentiæque & Principatus Cataloniæ celebris Sedes: Vulgo *Monçon*, fertilis agri & aprici ſitus. *Fraga*, inter Ilerdam & Cæſar-auguſtam; Γάλλικα φλαυία Ptol. *Gallicum* Antonino, ut Varrerius cenſet: Alij *Gallicum* locant, ubi nunc *Zuera*, in cujus agro vetuſtorum Pavimentorum veſtigia viſuntur, *Gurrea* olim *Forum Gallorum*, Antonino inter *Cæſar-Auguſtam* & Pyrenæos. *Aierbium*, in cujus ſolo quondam ſtetiſſe creditur *Ebellinum*, Antonino cum alijs nominatum. *Vrgella*, *Orgellum* Aimonio, Ὄργια forte Ptol. Opidum haud procul Sicoris fonte. Fuerunt & alia opida, ſed quæ diruta, quorumque nulla hodie Veſtigia. Inter illa non ignobilis *Calagurris Naſica*, alia ab ea quę in Navarra. Hanc Iuliæ cognomine decoratam fuiſſe loquuntur Veteres Nummi: In æreo quodam effigies eſt Iuvenis Auguſti, cum hac Inſcriptione NASSICA, in averſa facie, Taurus eſt ſculptus, inſigne Municipiorum, cum Inſcriptionibus, ſupra quidem Taurum CALAG, infra vero IVLIA: in alio cum Auguſti imagine AVGVSTVS. MV. CAL. IVLIA, in averſa parte ſupra Tauri effigiem, L. BÆB. PRISCOC. CRAV. BROC. II VIR: in tertio cum Auguſti effigie MVNCAL. IVL. in averſa facie ſupra Taurum II VIR. L. CRAVIO, infra alterius Duumviri nomen eſt vetuſtate extritum. Poſteriores nummi docent hanc Calagurrim Municipij nomen obtinuiſſe. Cives ejus *Callagurritani* nominantur ab Cæſare I belli Civilis Commentario: eoſque corporis ſui Cuſtodes habuiſſe Auguſtum notat Suetonius in ejus vita cap. XLIX. Plinius *Naſicos* cognominat. *Flumina.*

Fluvij hic ſunt *Iberus* de quo in Generali Deſcripitione diximus. Item Fluvius qui *Gallego* nominatur: cui jure vetuſtas *Gallici* nomen tribuit, quod ſummo tranſcenſo Pyrenæo ſupra Opidum, cui *Salientis* nomen impoſitum, in ipſa terra Gallia oriatur: Et alij. Eſtque hic fons Sicoris qui ſe Ibero comiſcet. Aureas defert arenas. Potus valde ſalubris. Σίκοεις Græcis. Notat Beuterus Catalonica lingua vocari *Aguanaval.*


GVIPUSCOÆ PARS
VASCONES
NAVARRA
Auſtrigones
ARA
GONIA
et
Catalonia
PELENDONES
Idubeda M.
Idubeda Mons
Sierra
Balb.
Montes Pyrenei
Pyrenei Montes
AUSETANI
CERRETANI
ILERGETES
LACETANI
CATALONIA
VALENTIA
GALLIÆ PARS
MARE GALLICUM
MARIS MEDITERRANEI PARS
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Leucæ Hiſpanicæ
Miliaria Germanica
Pamplona Pompeiopolis
Oleron
Tarbes
Caſtellon
Mont Rouge au de riviere
Cazeres
Panier
Bolaigne
S. Gabelle
Vabres
Ville pointe
St Pons
Clermont
S. Baſile
Mirepois
Villefeque
Carcaſſone
Puerie
Lonarie
Tarnaſſon
Trebes
Bire
Olmis
Nouſt
Nizas
Cabeſtan
Agde
Villa nova
Beſiers
S. Guillam
Nilen
S. Tiberius
Montpellier
Lupian
Magalone
Frontignan
Foix
S. Girons
Salſes
S. Gaudens
S. Beat
Candalieu
Cauſſrane
Ayſa
Sigues
Martos
Ruesta
Sangueza
Arragon Rio
Caſpe
Saduba
Jornojate
Coſerans
Ataxe
Cete
Quilla
Aleth
Lagraſſe
Lunoux
Canet
Leſignon
Laſparet
Narbona
Nizza
Syjan
Leucata
Guarde
Montreal
Vaneranis
Biviſcas
Jacca
Iaccetani
S. Juan de gena
Ecya
Anſanigo
Venaſque
Ayerve
Maracos
Huſca
vol: Oſca
Vrgel
Xendarget
Orguera
Vnſa
Villa franca
Lapuebla de ſuſoa
Treps
Ponis
Cardona
S. Loreta
Bagan
Vich
Auſſa
Salſona
Berga
Fordlon
Caldas
Farrera
Granollers
Roca
Munistro
Moeddo
Molin de rey
Barcelona
BARCINON
Taulera Rio
S. Celoni
Palafigel
Palamos
C. Draconis
S. Filea
Blanos
Culella
Starlich
Linas
Matara
Penisa
Ionquere
Girona
Gerunda
Rosas
Rhoda
C. de Creux
Argiles
Elvole
Montſpic
Colibre
Iliberi
Baſſi
Piani
S. Iean de
Lepine
Cornilan
Comigo
Millas
Baxa
Perpinian
Ribeſaltes
Cleira
S. Maria al Mare
Aluta
Coret
Sallſes
S. Lorens
Aſlag
Poggioreale
Illa
Sallches de Corvera
Bulla
Mopeta
Montreal
Xerta
Tortoſa
Dertoſa
Balaguer
Mora
Galera
Hoſtalet
Peniſcola
Alfages
C. de Alfaques
P. Real
Iberus flu.
Alcanar
Rapita
Vineros
Benicarlon
Chiverta
Cabanes
Oropeſa
Peniſcola
Caſtellon
La Puebla
Burriol
Villa Real
Las Baracas
Xerica
Vivel
Nules
Sogorbe
Almenara
Cati
Matheo
Salſadella
Cinca Rio
Segra Rio olim Sucoris fluvius
Scatorn
Garta
Flix
Miravet
Alcani
Torroſella
Belmont
Sorollena
Valivenna
Mirabel
Morella
Fintaner
Hortanet
Montaguda
Ventacigerra
Cornalla
Villarquemada
Alhambra
Alava
Celda
Villa franca
Calamocha
Caſrilla
Montalban
Huerta
Caſtilla
Albarazin
Lacerva
Lauoloyas
Xendal batuſin
Tervel
La Puebla
Ventoſa
Laqueſa
Las Baracas
Villa Real
Xerica
Vivel
Nules
Sogorbe
Villora
Moya
Cardnera
Rovllo
Guadalaviar Rio
Turia
Xalo Rio
Eſtrmo Rio
Ebro Rio
Gallego Rio
Riſſuel Rio
Segra fluvius
Iberus fluvius
Lobregat fluvius
Tamaris
Ayala
Hecho
Aiſa
Suberi
Anſo
Colina
Monreal
Stella
Trevas
Puente la Royna
Larago
Muanda
Tafalla
Oliva
Caparoſa
Carcar
Iuliobriga
Lagronno
Lapuebla
Nauarrete
Naiarrari
Ahelada
Forzillo
Enalda
Calahorra
Villar
Quel
Arnedo
Alcanadra
Alfaro
Marzilla
Excea
Tudela
Cervera
Caſcante
Aguilar
Varillas
Taracona
Turiaſo
Binoſca
Agreda
Numantia
Otvega
Sotia
Abagar
Monay no monte
Nepas
Duero Rio
Almaſan
Tatveco
Montagudo
Cetina
Harriza
Arci
Retortillo
Medinaceli
Eceleſia
Huerta
Myades
Atiença
Siguenca
Sergu antia
Vaides
Caſtilla
Lucſia
Fadah
Biel
Orres
Elfrago
Tauſt
Cortes
Lurcenich
Boria
Alagon
Villa major
Caragoca
Cæſarauguſta
Epila
Trafoyares
Rida
Nra s de la panna
Lamuela
Muel
Callatajut
Bibila
Almunia
Fresno
Langares
Carinnena
Villa real
Romanos
Lechon
Doraca
Azuara
Moyvela
Cuera
Sarinenna
Peralta
Villa major
Elguenbierta
Perdiguera
Alfajarin
Oſetta
s. Lucia
Burialaros
Candaſnos
Fraga
Lerida
Ilerda
Aytona
Pina
Fuentes
La Puebla
S. Scerin
Toriſilla
Alcolea
Cinca Rio
Seroſo
Miquinenſa
Fyualada
Taraga
Belpuche
Villa de nadins
Cornualla
Prats
Momanen
Cervera
Manqueſa
Colibato
Martoal
Selva
Poblet
S. Creux
Garraf
Sitgues
Conſtancia
Moblat
Reus
Tarragona
Cabrils
Arco de Bara
Conil
Scalador
Satzal
Gintalop
Tivica
Falſet
Gimſtar
Miramar
S. Jorg
Balaguer
Xixena
Alcalla
Lapuebla de ſuſoa
Ballbaſtra
Grans
Manſon
Balaguer
Monreſa
Severia
Monſerrat
Agramont
Olcadas
Lobregat fluvius
Sarret
Xendaret
Vrgel
Villa franca
Lepine
Penisa
Bagan
Vich
Auſſa
Salſona
Berga
Fordlon
Caldas
Farrera
Granollers
Roca
Munistro
Moeddo
Molin de rey
Barcelona
BARCINON
Taulera Rio
S. Celoni
Palafigel
Palamos
C. Draconis
S. Filea
Blanos
Culella
Starlich
Linas
Matara

*Opera Publica.* *naval*. Extra Muros priores Cæsarauguſtæ quam plurimę ſunt Domus,& quaſi altera Civitas,quas Cęſar Auguſtani *Populationes* appellant. Duo ſunt ibi memoratu digniſſima: *Xenodochium* inter alia Chriſtiani orbis opera loci non poſtremi,alia item *Domus* prope Vrbem in campo amœniſſimo ſatis grandis & inſignis, quæ vulgo *Aliapharia* nuncupatur,de qua conſulendus Marinæus Siculus.

## CATALONIA.

*Regio unde dicta.* CAtalonia, vulgo *Catalunna* ſequitur. Nomen illi impoſitum putat Volaterranus ab Gothis, & Alanis, ſcribēdamque eſſe *Gothalaniam*. Beatus Rhenanus lib. 1 Rer. Germanic. *Cattalaniam* arbitratur appellatam ab Cattis & Alanis,qui junctim in eam Hiſpaniæ portionem proruperunt. Alij ab Caſtellanis, antiquis Hiſpaniæ populis, qui hiſce locis ſua habuerunt domicilia,denominatam judicant. Sunt etiam, qui nuncupatam *Cathaloniam* tradunt ab Othogerio Cathalone; de quo multa præter alios, Marineus Siculus lib. IX de Reb. Hiſpan. & L. Valla de Ferdinando Aragon. Rege lib. 1. Hæc Pyrenæis Montibus,Mari Mediterraneo,fluminibuſque Ibero & Cinga terminatur. *Situs.* Regio ipſa ut plurimum ſterilis eſt, ac magis Fructuum quam Frugum abundans & ſilveſtrium quam domeſticorum. Metropolin habet hodie *Barcelonam*, Vrbem pulcherrimam,quæ in Maris Mediterranei littore ſita meram redolet Antiquitatem,complures ſervans rei probandæ lapides vetuſtos. Conditor ejus fertur a pleriſque Hiſpaniarū Inluſtratoribus Amilcar Barcha cognomine, Filius Annibalis Carthaginienſium Ducis, qui victa claſſe, a militibus *Solè qualitas.* in crucem fuit ſublatus, pater autem Annibalis, Magni iſtius Imperatoris : Βαρκίνων Ptol. *Barcinus* Paullino in epiſtolis *Barcilona* Iornandi Faventia etiam quondam, teſte Plinio. Laudat hanc Vrbem multis verbis Marineus Siculus *Vrbes.* Rer. Hiſp. lib. XIII, qui & Situm ejus deſcribit lib. XV. Fuit olim multo minor,quam hodie cōſpicitur,ab Littore Maris uno fere ſtadio remota. Habebat Portas quatuor,quæ totidem Mundi plagas ſpectabant, æquo fere omnes ſpacio inter ſe diſtantes,quæ adhuc in ipſo pene umbilico Vrbis viſuntur: cęlata gerentes Capita Bubula,altæ pacis,ut nonnulli volunt,& quietæ Agriculturæ Symbola. Lapſu temporis bis prævalidis Muris ſuperbiſque Turribus eſt cincta, inque tantam paullatim magnificentiam excrevit,ut multo merito Caput hodie cenſeatur Catalonię. De Barcinonis Comitibus,eorumque origine conſulendi Rodericus Toletanus lib. VI. de Reb. Hiſp. cap. III. & L. Marineus lib. IX. Sequuntur hanc *Tarraco* Ταῤῥακών Ptol. & Strab. *Tarragona* hodie, *Colonia Tarraconenſis* apud Tacitum, lib. 1 Annal. Vrbs olim tam celebris,ut potiori Hiſpaniæ parti nomen dederit. Maritimarum opulentiſſima Melæ lib. II. *Viqua, Vicque* vulgo,vel *Vich*, Αὐσα Ptol. Authetanorum Vrbs *Girona*, *Gerunda* Plin. & Antonino: Γερῶνδα Ptol. *Gerundenſes* etiam Plinio noti. *Tortoſa*,que Δέρτωσα Ptol. *Dertoſa* vetuſto Lapidi,qui ibi extat; *Derdoſa* Antonino Δέρτοσσα Stra. *Dertoſani* (ſic enim legendum) Populi ſunt apud Plin. *Lerida*,quæ Ptolemæo, Stephano & alijs Ἴλερδα Ilergetum Vrbs. Situs ita delineatur ab Lucano lib. IV. Belli Pharſalici:

*Colle tumet modico, lenique excrevit in altum*
*Pingue Solum tumulo : ſuper hunc fundata vetuſta*
*Surgit Ilerda manu : placidis prælabitur undis*
*Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes.*
*Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,*
*Hibernas paſſurus aquas;*

Et quæ alia ibi de devictis ad Ilerdam ab C. Cæſare Cn. Pompei legatis, M. Petreio & L. Afranio: qua de re plenè Cæſar. lib. I. Belli Civilis. qui etiam Opidum in Monte poſitum notat, Pontis item faciens mentionem *Emporiæ* Silio Lib III. Polybio lib. III. & Ptol. Ἐμπόριον Stephano *Empurias* vel *Ampurias* vulgo. *Blanda* Pomponio & Ptol. *Blanes*, vulgo, ut volunt Beuterus,Florianus & Navagierus *Manreſa*,quam Florianus, *Athanagiam* ab Livio vocari cenſet. *Roſæ. Roſes* vulgo; *Rhoda* Livio, Ῥόδη Stephano, Ῥοδόπη Strab. Ῥοδόπολις Ptol. *Colibra*, Ἰλίβερις Ptol. *Iliberis* Livio & Plin. Ιλβίῤῥις Stra. *Eliberri* Pomponio, Vicus Magnæ quondam Vrbis,& tenue Magnarum opum,addenti,veſtigium: *Cliberræ* Tabulæ Peutingerianæ, Alij tamen *Iliberum* non *Colibram*, ſed aliud Opidum volunt: *Salſulas* Poldus. *Eunam* Olivarius; *Illam* Mercator. Prope ſalſas ſane ſub Pyrenæis montibus fuerunt,quarum meminerunt Mela & Antoninus. *Salſulæ*. Lacus prope Narbonem Galliæ. Is eſt,quem Strabo juxta Ruſcinonem,locat,paullum ſupra mare, Salinis nobilem & Mugiles foſſiles habentem; cujus rei Ælianus ex Polybio facit mentionem. Fuit &, ubi nunc Catalonia, quondam *Iulia Lybica* cujus rudera putantur eſſe haud procul *Linca* Opido. Item apud Pyrenæos, *Cinniana* Antonino; *Deciana* Ptol. Hiſpaniæ ſub Catalonia adcenſeri *Terram Ruſcilionis* in Pyrenæis montibus diſputat varie Io. Gerundenſis lib. 1. Paralipom. Hiſp. ſic dictam ab Opido, quod Plin. *Ruſcino*, Strab. Ῥουσκινών Ptol. Ῥουσκινών: *Ruſcinus* Avieno. Vrbis veſtigia extant haud procul Opido Perpigniano juxta Turrim, quæ nomen ejus retinet. Vocant enim *Turrim Roſcilionis*. *Scholæ* Academiam habet Catalonia *Ilerdæ* celebrem & inſignis antiquitatis,quam Horatius putatur intellexiſſe lib. 1. Epiſt. ult. *Aut fugies Vticam aut unctus mitteris Ilerdam.*

Hic Calixtus III. Pont. M. publice Iuris prudentiam docuit, teſte Platina.

Sed de Hiſpania quæ dicta ſunt hactenus, ſufficiant. Nefas ſit autem non adſcribere, Coronidis quaſi loco, præclarum hominis Galli de Hiſpania Teſtimonium : quo quidquid in ejus laudem & commendationem hucuſq; a nobis Variorum indicio prolatum, tamquam per ἀναικεφαλαίωσιν ſuccincte nervoſeque repetitur. Gallus cujus meminimus, Latinus eſt Pacatus, qui Panegyricum doctiſſimum ſcripſit Theodoſio Imperatori, Hiſpano. In eo ſic inter alia loquitur: *Iam profecto conſtabit, eum Principem declaratum qui & ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus. Nam primum tibi mater Hiſpania eſt: Terris omnibus Terra felicior: cui excolendæ atque adeo ditandæ impenſius, quam ceteris Gentibus ſupremus ille Fabricator Rerum indulſit, quæ nec Auſtrinis obnoxia æſtibus, nec Arctois ſubjecta frigoribus, media fovetur Axis utriuſque tēperie: quæ hinc Pyrenæis Montibus, illinc Oceani æſtibus, inde Tyrrheni Maris Littoribus coronata, Naturæ ſolertis ingenio velut alter Orbis includitur. Adde tot egregias Civitates; adde culta incultaq; omnia, vel Fructibus plena, vel Gregibus; adde auriferorum opus Fluminum; adde radiantium Metalla Gemmarum. Scio Fabulas Poetarum, auribus mulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuiſſe miracula, quæ dum ſint vera, ſint ſingula: nec jam excutio veritatem: Sint (ut ſcribitur) Gargara proventu læta tritici; Menavia memoretur Armento: Campania cenſeatur Monte Gaurano: Lydia prædicetur Amne Pactolo: dum Hiſpaniæ uni quidquid laudatur, adſurgat. Hæc duriſſimos Milites, Hæc expertiſſimos Duces, Hæc facundiſſimos Oratores, Hæc clariſſimos Vates parit: Hæc Iudicum Mater, Hæc Principum eſt: Hæc Trajanum illum, Hæc deinceps Hadrianum miſit Imperio : Huic te debet Imperium. Cedat his Terris Terra Cretenſis, parvi Iovis gloriata cunabulis, & geminis Delos reputata Numinibus; & alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem conſtare neſcimus auditis, Deum dedit Hiſpania, quem videmus.* Plura de Hiſpania qui volet, conſulat Ioannem Vaſæum, Marineum Siculum, Marium Aretium, Damianum a Goes, Franciſcum Taraffam, Epiſcopum Gerundenſem, Annium Viterbienſem & Hiſpanica Linguæ Florianum a Campo, & qui eum ſequitur, Ambroſium Moralem, & alios. Ex veteribus quoque conſulendi Cæſar, Strabo & cæteri, quos Damianus a Goes, in libello Hiſpania inſcripto, indicat.

# STVDIOSOET BENEVOLO LECTORI.

QVANDOQVIDEM nobis ſolis nati non ſumus, ſed quantum quiſque poteſt ad commune bonum, tantum a beneficentiſſimo generis humani Conditore & Parente ab illo exigitur, juſtum exſtimavi opus hoc Geographicum cujus hic partem damus, ad Reipublicæ utilitatem quam poſſum maxime accommodare. Eſt autem Geographiæ in legendis Hiſtorijs ijſquę retinendis facilior notiorque uſus & utilitas, quam ut meo documento aut commonefactione ſit opus; ſed alia eſt ejus & multo præclarior dignitas, ſi recte quo valet dirigatur, nimirum ad Politici Regiminis cognitionem plurimum conferet, ſi locorum non Situs tantum, ſed & natura ſive legitima conditio deſcribatur, quod alioqui etiam Geographi officium poſtulat. Nam ut ſuæ profeſſioni non ſatis facit Pictor, qui hominem aliquem juxta membrorum proportionem delineat, verum neglectis coloribus & Phyſionomicis ſignis ejus Naturam & affectus non proſequitur; ita veluti mortuum cadaver Geographicum figurabit, qui locis tantum juxta ſuam ſymmetriam poſitis, nullam eorum ad invicem rationem politicam aſſignaverit. Quapropter hoc ſummopere curandum duxi, ut quæ in ſingulis regionibus eſt dominiorum locis appendentium natura & ordo, eam convenienti diſtributione ipſis Tabulis præfigam, quo politicæ diſtributionis & rerum publicarum ſtudioſis aliquid noſtra conferre poſſint. Quod ſi in multis ſit imperfecta & deficiens, aut etiam alicubi erronea conſcriptio noſtra, non mireris Lector : non enim Rerump. formæ per ſingulas ditiones ſcriptæ extant, neque mihi eas paſſim perveſtigare eſt integrum, ſed quatenus ex Hiſtoriarum inſpectione deprehendere potui, ſaltem formam aliam & rudimentum politici ſtatus collegi, unde rei propoſitæ rationem & ordinem intelligas, ac quod in tua regione deerit ſupplere poſſis, & caſtigare, quod ſi facere non gravaberis, ac mihi communicare placuerit, tuo id nomini atque honori in caſtigato Tabulæ frontiſpicio acceptum referam. Idem ſi quiſque in ſua patria præſtiterit, nemo credat quantum emolumenti ſtudioſis omnibus ex Geographia ſit acceſſurum.

Itaque cum tria præcipue ſint in adminiſtratione regnorum, principatuum, & provinciarum conſideranda capita, videlicet, Status Eccleſiaſticus, Politicus & Iuſtitiæ Iuriſque adminiſtratio, primum ſub regionis in tabula deſcriptę titulo, quot in ea regione ſint ſtatus politici membra recenſebo, juxta earum dignitatis ordinem ibi obſervatum. Deinde nobilium locorum diſtinctione ( quando penes Nobilitatem præcipuum eſt regimen ) eos locos primum enumerabo qui Principi ſunt feudales, deinde & liberos, idque ordine a ſummo nobilitatis gradu deſcendendo, veluti Ducatus, Comitatus, Baronias, Dominia. Tertio in quas Præfecturas regio ſit diviſa. Atque his tribus Politicum ſtatum ſufficienter declaratum iri exiſtimo. In Iuſtitiæ adminiſtratione notandæ erunt dicœceſes juridicæ, ſuperioreſque Senatus ad quos fit appellatio. Denique in Eccleſiaſtico ſtatu primum Archiepiſcopi, ſi qui ſunt, tum eorum Suffraganei Epiſcopi, & qui præterea alijs ſuffragantur ordine ponendi erunt. Hæc omnia enumerare ſtudium quidem eſt, verum cum deficiente materia in paucis id detur, præſtabo, quod potero, ut ſaltem patriæ cultores ad meliora perfectioraque provocem. Singula autem loca numeris deſignabuntur, ut in ſubſequenti tabula continuo inveniri poſſint, prior numerus gradus & minuta Longitudinis continebit, qui in latere Boreo aut Meridiano Tabulæ quęrentur; poſterior Latitudinis numeros habebit, in occiduo aut orientali latere quærendos. Ab horum terminis, hinc Meridiani, inde Paralleli Latitudinis ductu ad communem eorum ſectionem & locum propoſitum pervenies. Quæ vero in generalium Tabularum indicibus ſunt, eorum ſitum inde petere oportet. Quod ſi quæ nomina in ſubjecta tabula non reperiantur id Chorographi qui eam prior delineavit factum eſt vitio, propter quod principatuum & dominiorum deſignatio omittenda non erat.

Quoniam autem penes nobilitatem eſt regionum dominium & regimen, utile & jucundum eſt ejus gradus ordine, & proprias cujuſque conditiones internoſcere. Summus ejus gradus eſt Imperatorius aut Regius, quem ordine ſubſequuntur Dux, Comes, Baro, Tribunus militaris, quem *Banderheer* vocant Belgæ, quaſi Bendæ hoc eſt Turmæ, quam ſub ſuo baniere, hoc eſt ſigno equeſtri ductat, Dominum. Poſt hunc eſt Eques auratus, ſive equeſtris ordinis dignitatem adeptus, quem Galli *Chevalier*, Belgæ *Ridder*, vocant. Poſtremo loco eſt *Vn Eſcuyer*, id eſt Nobilis Scutatus, qui inſignia quidem nobilitatis geſtat, verum ordinis dignitatem publicam necdum aſſecutus. Iam Comitum tres ſunt gradus, qui primo eſt a Gallis *Viconte* dicitur, hoc eſt, ut opinor, Procomes, aut Princeps Comes, qui cæteris apud Ducem ſuum dignitate & privilegijs præſtat, quem Lodovicus Guicciardinus Borgravium hodie dici vult. Et fieri poteſt hunc Comitum ordinem eo diminutionis dilapſum eſſe, ſed principio excellentior fuit ejus dignitas, ut mox ejus deſcriptio indicabit. In ſecundo gradu eſt provincialis Comes, *Land-grave* Belgice. In tertio Marchio, *Marc grave*. Hi ſunt præcipui Nobilitatis gradus atque ordo, juxta quem regionis cujuſque dominium diſtribuitur. Sunt & aliæ quædam in his gradibus ſubdiviſionis differentiæ, ſed quæ privilegijs magis quam regiminis forma diſtinguuntur. Ejus porro ordinis quem recitavi legitimas differentias & conditiones, quemadmodum in Gallico quodam

libello inſcripto: *La diviſion du Monde*: inveni, tradam, ab ima nobilitate aliorum graduum creationem deducens, unde illorum proprietates & regiminis ordo elegantiſſime eluceſcunt.

*Eques auratus*, inquit ille ſive *Chevalier* ex ſcutato Nobili, ex *Eſcuyer*, ſic creabitur. Si diu hic bella ſecutus arma exercuerit, pluribus conflictibus interfuerit, atque unde ordinis ſtatum honeſte ſuſtinere poſſit habeat, ſitque ex magna, inſigni ac divite familia, tum in aliquo conflictu duci exercitus aut ſtrenuo & generoſo equiti petitionem ſuam ſignificabit, & finito conflictu ipſe ducem aut equitem dictum accedet, præſenſque in nomine Dei ac S. Georgij orabit, ut ſibi ordinis inſignia donet. Quo ille audito gladium ſuum educet, terque ſupplicantem feriet, dicendo: Ego te facio equitem (*Chevalier*) in nomine Dei & S. Georgij ad fideliter conſervandam, Fidem Iuſtitiam, Eccleſiam Viduas & Pupillos. Quod ſi vero ſupplex, etiam ſi ſtrenuus, ſit tamen pauper, admittendus non erit, niſi tot illi reditus annui aſſignentur ac donentur, quot ad ordinis honorem & dignitatem conſervandam opus eſt habere Atque hic primus eſt ab imo Nobilitatis gradus.

*Tribunus militaris*, *ein Banderher*, ex equite aurato fiet, ſi diu ſecutus bella ſatis terrarum ac redituum poſſideat, ad tenendum & ſtipendijs alendum L nobiles, hoc eſt unam *bendam*, quæ ipſius ſignum equeſtre in militia ſequatur. Nemo enim ſignum ſive vexillum erigere poteſt, niſi qui turmam hoc eſt *Bendam* L ut minimum Nobilium ſtipendiariorum ſuo ſumptu adducere poteſt.

*Baro* ex Equite aurato, aut etiam Scutato Nobili creari poteſt, quando ille in ſuo Dominio quatuor Caſtellanias habentes juriſdictionem altam, mediam, & baſſam (ut vocant) poſſidet, tum enim Rex illi conferre poteſt vexillum Baronatus. Cæterum hoc illi conferri non poteſt, niſi rebus in bello fortiter geſtis. Itaque ex primo conflictu equeſtris fit ordinis, ex ſecundo Tribunus, ex tertio Baro.

*Comes* aſcendendo ſequitur, & quidem primo *limitaneus* quem *Marchionem*, hoc eſt *Marckgrave* vocamus. Is autem talis creari poteſt, qui duas aut tres Baronias in uno Ducatu concluſas poſſidet; Creari autem poteſt a ſuo Duce in cujus ditione eas poſſidet.

*Comes Provincialis* deinde, id eſt *Landgrave*, fieri poteſt, qui quatuor Baronias uni ducatui incluſas habet, quem Dux in Comitem creat, aut etiam Rex per Ducis inſtantiam aut permiſſionem.

*Viconte*, *Princeps Comes*, fieri poteſt qui tenet quinque Comitatus aut plures in uno Ducatu conprehenſos aut junctim ſitos. Et poteſt a Duce in magna ſolennitate permiſſu Regis creari. Quod ſi Rex ipſe præſens adſit honorabilior fit Principatus.

*Dux* ex Comite qui futurus eſt inprimis in Regno in quo coronandus eſt, poſſideat quatuor Comitatus Principales, & in quolibet horum habeat alios quatuor Comitatus, ſive Baronias illis quatuor Comitatibus fide & clientela obſtrictos, ſic jus Ducalis dignitatis conſequendæ liberum habebit. Coronandus eſt autem a Rege vel Imperatore cui ſubjectus eſt, galero margaritis & gemmis precioſiſſimis exornato, in florentiſſima ſuarum ditionum urbe, idque in magno conventu Principum virorum, Ducum, Comitum, ac Baronum ſolenni etiam feſto celebrato quemadmodum in coronatione Regum conſuetum eſt.

Qui *Rex* futurus eſt, neceſſe eſt, ut quatuor Ducatus inter ſe cohærentes & continuos ſibi ſubjectos habeat & in quolibet Ducatu civitates quatuor, in quas ipſe ſolus Dominium habeat. In qualibet etiam harum civitatũ Archiepiſcopum unum, ſub unoquoque rurſus horum decem Provincias Epiſcopales. His dotatus exornatuſque Dominijs & dignitatibus Imperatoriam Majeſtatem tanquam ſuum ſuperiorem adibit, aut ad ſe ut veniat honorifica legatione invitabit, & efficiet quo ab illo coronetur.

Recentior autem hæc eligendi Regis cæterorumque Principum lex eſſe videtur, quamdiu enim vagæ nationes Goti. Wandali, Longobardi, aliæque plures ſuos ſecum Reges adducebant, non ex ampla terrarum poſſeſſione regiam dignitatem metiebantur, ſex ex viribus populique adducti multitudine. Nec Ducum etiam qui primum a Longino Exarcho Ravennatenſi anno Domini CIↃ IↃIXIX & mox a Longobardis inſtitui cœperunt, alius fuit delectus, quam pro fortitudine, & rerum gerendarum prudentia. Adde quod Paulus Aemilius teſtatur: Duces Comiteſque principio ab Regibus ea lege gentibus civitatibuſque præfectos fuiſſe, ut quoties ex uſu eſſet dimitterentur aut mutarentur. Neque vero dicte creandorum Principum leges, cum hereditarias terrarum poſſeſſiones emetiantur & poſtulent condi potuerunt, quamdiu temporario tantum beneficio Ducatus Comitatuſque a Regibus & Imperatoribus conferebantur. Quapropter licet præciſe ejus inſtituti tempus indicari nequeat (nullam enim ejus notam adfert Gallicus ille libellus) tamen ſub Ottone II Imperatore, aut circa annum Domini milleſimum, vel paullo poſt eam conſtituendarum confirmandarumque dignitatum rationem a Monarchis ordinatam fuiſſe omnino eſt veriſimile. Enimvero uſque ad Ottonem ſecundum pro ſua quiſque Princeps potentia & ambitione, ad majorem dignitatem, regiamque Majeſtatem aſpirabat. Sic ex uno Lotharingiæ regno, quod a Rheno ad Scaldim uſque extenſum, Mari Friſico terminabatur & unius Lotharij Ludovici Pij Filij erat, poſt plura ſunt nata, videlicet transjuranæ Burgundię, quod a Iura monte ad Alpes uſque extenſum totam Helvetiam, Rauracos, Allobroges, & Burgundos Transjuranos complectebatur; & Provinciæ regnum quod ſimul partem aliquam Burgundiæ ac Sabaudiæ comprehendebat, & poſtea appellatum eſt Arelatenſe, cujus etiam hodie Trevirenſis Elector Archicancellarius appellatur, Regnum item Lotharingiæ, quod Lotharingiam nunc dictam, & deinceps reliqua inter Rhenum & Scaldim uſque ad mare Friſicum continebat, & olim Auſtraſiæ regnum vocabatur. Rurſus hoc ipſum Lotharingiæ regnum Carolus Calvus, & ejus frater Ludovicus inter ſe partiti ſunt, utrobique Regis titulo ſervato. Omitto alia eodem ſæculo pro imperandi libidine orta regna. At vero Otto II Imperator Lotharingiam ablato regni nomine in novos Ducatus, Comitatuſque diſtinxit veluti membris e corpore divulſis & diſtinctis, ut habet Cuſpinianus, factaque diviſione anno CC IↃIXXXI primum ejus quæ nunc eſt Lotharingiæ Ducem conſtituit Carolum Lotharij Regis Francię fratrem, ut latius tractat Richardus Waſſenburgius. Ab eo tempore videtur arbitraria illa Regnorum & principatuum erectio defeciſſe Monarchis nunc omnia ad ſtabile imperium componere cogitantibus, quod in juſta partium imperij, quemadmodum in homine membrorum ad caput proportione & harmonia maxime ſitum eſt. Vt ergo in Principatibus & rerum adminiſtratione ordo aliquis perpetuo ſervaretur, tandem eo fere quo dixi tempore has leges dictas excogitatas fuiſſe arbitror.

Habes Lector totius Nobilitatis diſtinctos gradus & dignitatum differentias. Iam obſerva in unoquoque Regño quo modo Provinciæ pro illorum ratione ſint diviſæ, quomodo regimen & univerſitatis gubernatio, & qua portione in hos gradus ſint diſtributa, quod cuique ſit proprium officium, quæ cujuſque ad alterum & præcipue ad caput ſit habitudo & neceſſitas; videbis inſignem harmoniam ad pacem & tranquillitatem, ad robur & potentiam, ad divitias & faſtum, ad virtutem & ſapientiam, ad regni majeſtatem, ad limitum extenſionem, ad inſtabilitatem, ad declinationem & interitum, aut quocumque alio tendentem, ut ſunt adminiſtrationum rationes variæ. Quæ minus recte ſuc-

cedere

cedere videris, aut judicaveris, unde id procedat contemplare, quæ ita bona & ſucceſſu fœlicia invenis, cauſam illorum diſquire: ſic optimam politiam in Regnorum adminiſtratione ſpeculaberis & utiliſſime Geographica tractaveris. Quo autem meliore Methodo in hanc ſpeculationem ingrediaris, hic ſubjungam tanquam fundamentum univerſi hujus negotij: De Politico ſtatu regni Galliæ compendium, quod meo rogatu vir nobilitate & eruditione clariſſimus D. Dominicus a Burmannia in ornamentum hujus operis, & ſtudioſorum gratiam ſcripſit & communicavit, cujus exemplum in alijs quoque Regnis & Rebus publicis viros doctos ſequi maxime optandum eſſet, quo omnes adminiſtrationum Reip. varietates in contemplationem duci poſſint.

# DE POLITICO STATV REGNI GALLIÆ.

GALLI omnium Scriptorum judicio populi ſagaciſſimi ac bellicoſiſſimi optimum ſibi politiæ ſtatum conſtituere conantes, Monarchiam Regalem elegerunt. Natura enim ita comparatum videbant, ut unum aliquem excellenti dignitate plus revereantur, & metuant homines, quam coactum aliquem numerum delectorum, qui tempore commutantur. Ratio quoque ipſa præſcribit in omnibus rebus ad unum aliquem velut ad caput atque fontem neceſſario confugiendum, & rem eſſe plenam incommodi atque periculi cum plures ſimul imperium obtinent. Quinetiam exempla teſtantur Monarchias, etiam ſi vel interitu Principum, vel alio quoquam humano caſu fuerint immutatæ, diuturniores fuiſſe & tranquilliores quam vel Optimatum vel Popularem ſtatum, ut in Aſſyrijs & Ægyptijs & Parthis, imo ut propioribus exemplis utamur, in Britannia, Hiſpania, Galliaque noſtra videmus, quibus ſane Provincijs, nullæ aliæ Reſpublicę temporis longinquitate conferri poſſunt. Fit vero plerumque, ut Optimatum ſtatus, qui Ariſtocratia dicitur, commutetur in Oligarchiam, quæ paucorum eſt dominatus, quando ex Optimatibus & primis civitatis pauci quidam, velut conjuratione facta, honores & emolumenta omnia inter ſe partiuntur, & ſuas privatim fortunas amplificare ſtudent, neglecta communi utilitate, quam ſolam & in primis curare debebant. Alterum genus quod ad promiſcuum vulgus pertinet, & popularis Status, ſeu Democratia dicitur, ſemper habitum eſt tumultuoſum, & periculi plenum, & viris prę ſtantibus inimicum. Prudentiſſime ergo Galli populi ab omni tempore uni magis, quem ex Virtute & Iuſtitia æſtimabant cæteris prę cellere, quam vel pluribus ac præcipuis, populi, vel multitudini rei ſummam commendandam eſſe cenſuerunt; prout & ſingularis aliquis, qui ſolus rerum potitur, facilius aut promptius incommodis & periculis mederi poteſt, quam multi ſimul gradu & dignitate pares. Neque vero effrenatam in Regem ſuum tranſtulerunt poteſtatem, ſed certis legibus & conditionibus optime limitatam aut conſtrictam, ne tyrannidi ullus locus detur, ut in progreſſu oſtendemus Cæterum quemadmodum nihil in humanis actionibus ſtabile eſt ac perpetuum, ſed cuncta vel temporis lapſu collabaſcunt, vel ſæculorum pravitate immutantur; ſic in Gallia quoque licet idem ſemper ſtatus, hoc eſt Monarchicus Regalis fuerit, non omni tamen tempore eadem gubernandæ Reip. ratio fuit; quam omnem ab initio conſtituti Regni breviter ac dilucide, quantum ex variorum Scriptorum lectione aſſequi potuimus, ordine exponemus.

Status Galliæ priuſquam a Romanis in Provinciam redigeretur is fuit, ut neque univerſa unius Imperio regeretur neque ſingulæ civitates vel in Populi vel in Optimatum poteſtate eſſent; ſed ita diviſa fuit. ut pleræque; Optimatum conſilio regerentur, quæ liberæ dicebantur, cæteræ Reges haberent. Omnes quidem id inſtitutum tenebant, ut certo anni tempore publicum gentis Concilium agerent, in quo quæ ad ſummam Reipub. pertinere videbantur conſtituerent. Civitates autem LXIV Tacitus libro III. numerat, hoc eſt, ut ex Cæſare intelligitur, Regiones, quæ non modo lingua, moribus & inſtitutis, verum etiam ijſdem magiſtratibus utebantur, qualis ipſe multis locis Æduorum, Avernorum, Rhemorum civitates præcipue commemorat.

Reges vero vel Regulos potius Galli eos tum appellabant, qui non ad tempus, ut civitatum Magiſtratus, ſed in perpetuum regium imperium quantumvis exiguis finibus obtinebant, quos immutata temporum conſuetudo Duces, Comites, Marchiones nominavit.

Erant hi Reges non hæreditarij, ſed a populo propter Iuſtitiæ opinionem eligebantur, neq; habebant infinitum, ſolutum, & effrenatum Imperium, ſed certis legibus ita circumſcriptum, ut non minus ipſi in populi, quam populus in ipſorum ditione ac poteſtate eſſent, ut fere illa Regna nihil aliud niſi Magiſtratus perpetui viderentur. Nam multos nominat Cæſar privatos, quorum tamen parentes ac majores Regnum obtinuerant. Optimatum ergo & delectorum authoritate, quibus eam poteſtatem populos permittit tanquam freno coërcebantur, quę optima Reipub. forma, teſte Platone, Ariſtotele, Polybio & Cicerone fuit.

Porro Gallia a Romanis in Provinciæ formam redacta, eodem modo Reges ipſorum ex virtute & nobilitate (inſtar Germanorum teſte Tacito) totius populi judicio ac ſuffragijs electi ac conſtituti ſunt, quorum tres tantum in hodiernum uſque diem annis fere CIↃ CC, quibus illud regnum duravit, familiæ recenſentur.

I. Merovingiorum, qui orti a Meroveo ſtirpem ad annos CCLXXXIII propagarunt.

II. Carolovingiorum, qui orti a Carolo Magno ſobolem in annos CCCXXXVII produxerunt.

III. Capevingiorum, qui ab Hugone Capeto prognati annis fere IↃXC Regnum obtinent. Nam licet deferendi Regni judicium arbitriumque penes Ordinum Comitia, publicumque totius Gentis Concilium ſemper fuerit, & etiamnum omni jure ſit: Filiis tamen & ijs, qui ex Regis demortui ſtirpe eſſent propter nobilitatem (more Germanorum) & innatam quodammodo virtutem, prærogativam illam fere reliquerunt, ut eos quaſi hæreditarie alijs pari virtute præferrent; ita tamen, ut ſi Regis defuncti filij annis XXIV minores eſſent, eos creari jus non eſſet, atque adeo alium ætatis legitimæ creari neceſſe eſſet, cujus exemplum extat anno Chriſto CCCIX in Clogio Rege. Sed & ſubinde

hoc

hoc ipſum Regnum quod Francogalliæ dicitur, ex quo inter plures Regum demortuorum Filios, ex Procerum Regni voluntate & arbitrio diviſum fuiſſe, plurima extant exempla. Si vero Populus Filio repudiato alium eligeret (prout ſæpius id factum eſt) relinquebantur Filio repudiato ad tuendam ſuam dignitatem res quæ propriæ Regis, & ut Iuriſperiti loquuntur ipſius matrimoniales fuerunt, & quas ſine publico gentis conſilio alienare non poterat. Cætera quæ Regni & Reip. erant,& Reip. dicuntur,ei ad quem Regnum deferebatur,attribuebantur,ſicut & eæ res quæ Fiſci dicuntur, quæ ſcilicet ad tuendam dignitatem ſuam partim ad uſus Reipub. repentinos attributæ ſunt, ut erant Ducatus & Comitatus varij,qui etiam in populi Comitijs illis aſſignabantur.Secundo & illud obſervatum ſemper fuit, ut Filiæ a Regni ſucceſſione removerentur (non quidem lege Salica, ut quidam male exiſtimant, nam ea de privato tantum patrimonio, nec de Feudis quidem,ſed de Allodijs, autore Salagaſto uno ex Regni Proceribus, unde Salica ab ejus nomine dicta eſt,conſtituta fuit)& ijs neglectis, Fratribus vel Patruis, ut etiam extraneis per Proceres Regnum ſemper delatum ſit; atque hæc de regibus primo Reip. capite. Antequam autem reliqua de Regis electione, ejuſque, & Reipub. concilio rationeq; adminiſtrationis Regni progrediar, operæ præcium facturum me eſſe arbitror, ſi prius membra illa Regni quę Regem conſtituendi & abdicandi poteſtatem habere diximus, paucis deſcripſero, quo magis dulcis illa harmonia qua regnum hoc a Majoribus prudentiſſime conſtitutum eſt, eluceſcat.

Illud in primis magni eſt momenti: Regiam poteſtatem,ac reliquos omnes regni ordines adeo commodis & æquis rationibus interſe devinctos eſſe, ac velut coagmentatos, ut vix ullum poſſit inter ipſos magnum diſſidium oriri. Sunt autem Ordines in Gallijs tres præcipui,penes quos legitimum gentis Concilium, Regnumq; adimendi ac conſtituendi facultas omnibus temporibus fuit, Nobilitas ſcilicet, Populus, Vulgus. Hi ſinguli pro ſua quiſque conditione ſuas habent leges ac inſtituta, quibus utuntur, & adeo commode ſunt invicem aggregati, ut ægre facultatem habeant alij alios opprimendi, aut etiam adverſus regem conjurandi. De Eccleſiaſticorum ordine, qui quartus cenſeri poteſt,quanquam hodie,cum in tantam excreverit potentiam,primum obtineat,deinde dicturi ſumus.

*Nobilitas* igitur Galliæ, ſive *Equeſtris Ordo* maximis fruitur commoditatibus ac privilegijs, eoq; fit ut magno quodam affectu Regem complectantur, & vitam quoq; pro ipſius ac patriæ ſalute profundant. Neque enim ullum pendunt tributum, & armatis licet ipſis eſſe quocunque loco, & multa habent vitæ præſidia, ſic ut non ſit opus illiberalem aut quæſtuariam aliquam artem exercere. Hoc enim noſtris moribus minime illis conceditur, niſi forte domi maneant, ac Rei familiari ſtudeant. Sed ſi Regem ſectari velint, habent quo ſe honeſte alant. Plurima enim ſunt domus & aulæ Regiæ miniſteria, quę ſolis nobilibus attribuuntur, qui ſinguli partem aliquam anni in ijs procurandis conſumunt, & reliquum tempus vacuum habent ac liberum rebus privatis atque domeſticis adminiſtrandis. Hi omnes annuum a Rege accipiunt ſtipendium, & ampliora ſperandi magnas habent occaſiones. Principes autem viri ac majoris dignitatis Proceres, quoniam & ipſi Regis beneficentiam experiuntur, ac partem Reip. procurant, nobilibus qui re ſunt familiari minus lauta victum & alia ſæpe communicant. Deinde Reges perpetuum alunt & ampliſſimum equitatum,exercendæ & alendæ cauſa nobilitatis,ac in tanto Equitatus numero plurimæ ſunt Præfecturæ,quę in illos diſtribuuntur, eaque ratio non minus pacis quam belli tempore durat. Majores quidem loci nobiles pro ſua quiſq; conditione ac virtute præficiuntur Equitibus, ex reliquis autem alij ſunt Legati, alij Signiferi alij Sagitarij, & qui per ætatem non poſſunt ferre arma reliquis famulantur, & cum nullum intercedit bellum, licet ipſis manere domi, ejuſque ſtipendij partem non mediocrem parſimonia conſervare. Adhæc nemo credat quam multæ ſint per Galliam præfecturæ, ut ſic dicam, urbanæ,quæ ſoli Nobilitati committuntur,nam alij Provincijs, alij finibus,alij caſtellis & arcibus, alij vicis præficiuntur, ut interim nihil dicam de majoribus illis muneribus, quæ Principibus tantum tribui ſolent, cujuſmodi ſunt qui ipſorum lingua dicuntur Conneſtabuli, Mareſcalli, Ammiralij, & id genus alij, ſed & annuam pecuniam, velut honorarium quoddam Reges libertate quadam elargiri ſolent in multos Nobiles, qui nulli ſunt addicti miniſterio. Hi appellantur eorum lingua Penſionarij. Satis igitur ex ijs quæ diximus apparet, ordinem equeſtrem valde honeſte & liberaliter in Gallijs haberi, & recte quidem, nam & patriam ab hoſtibus defendunt, & natura fere ceteris antecellunt, & non ſolum ipſis, verum etiam majorum ipſorum meritis atque virtuti illud tribuitur.

Alter Ordo ſuas etiam habet commoditates non exiguas: ad hunc pertinent mercatores, qui eo faciunt majorem quæſtum, quod tuto ipſis par Galliam proficiſci ac negociari licet, tum quod nobiles & mercaturam nullam exercent, & ſplendide fere ac ſumptuoſe veſtiuntur. Huic etiam ordini conveniunt ac fere tribuuntur quæſturæ & rationes nummariæ, item præturæ & quicquid ad juriſdictionem pertinet, qua ſane in re plurimum eſt honoris ac emolumenti. Sunt enim in hoc Regno Iuris adminiſtri Iudices, Advocati, cauſarum Procuratores, Scribæ,& id genus alij: multo plures mea quidem ſententia, quam in reliquis omnibus Orbis Chriſtiani Provincijs, quod peroportune illis accidit,qui relicta mercatura his rebus operam navare volunt. Et adeo quidem eſt fructuoſus hic Ordo, ut Nobiles etiam invideant,quamquam certe dignitate atque ſplendore reliquis præſtant. Et qui ſunt alterius ordinis fere ſtudent ad hunc pervenire, ut poſtea dicturi ſumus.

In tertio genere eſt vulgus & promiſcua Hominum multitudo, qui & agros colunt, & omnis generis artificia tractant. Vt autem hi vel nimia utantur libertate,vel admodum ſint divites,vel in armis etiam exercitati, non eſt conſultum. Nam quia conditionem ſervitutis oderunt omnes, & natura ſua fortunas amplificare ſtudent, facile fit ut arma capiant,& potentiores opprimant, quod & in Gallijs & in alijs locis non ſemel accidiſſe conſtat. Vt autem ejuſmodi ſint Ordines, ac veluti gradus in omni Republica neceſſe eſt. Quemadmodum in corpore humano videmus infirmiora & ignobiliora membra ſubminiſtrare dignioribus. Neque tamen eſt quod hi ſuum ſtatum deplorent ac indigne ferant, quoniam & jus ipſis communicatur æquabiliter, & quam a majoribus acceperunt, ea utuntur libertate,& multis etiam Reip. miniſterijs adhibentur,& ſola virtute & induſtria & aſſiduitate poſſunt ad ſecundum ordinem emergere, quod ſecundo non licet, ut ad primum videlicet evadat, niſi Regis beneficio ſingulari, quod ille ſolet ijs impartiri,qui aut jam fecerunt,aut pro Rep. videntur poſſe aliquid facere egregie. Et prudenter quidem iſtud inſtitutum eſt,primum ut ordo conſervetur Equeſtris,qui propter belli exercitium fere minuitur,& ſumptus vix tolerat. Deinde ut homines tantis excitati prę̃mijs virtute contendant, & ad ſupremum gradum eluctentur. Hac etiam ſpe confiſi qui ſunt plebei & infimi ordinis aſpirant ad ſecundum, & cum in eo verſati fuerint aliquamdiu, ad primum. Itaque fit ut minus ſit inter ipſos invidiæ ac malevolentiæ, quando vident meritis ac virtuti patefactam eſſe viam ad ampliſſimos honores & propoſitum eſſe periculum, ſi malis rationibus eoſdem obtinere ſtudeant. Quod ſi vel conatus nimium difficilis, vel ſpes eſſet nulla ampliora conſequendi,tum qui ſunt mediocris & infimi gradus magni præſertim animi,cauſam reperirent & occaſionem excitandi motus, & ſui ordinis homines contra potentiores armandi nunc autem minime difficilis eſt ratio, & videmus quam multi ex humili ſæpe loco ad ſummum faſtigium evadant

dant. Hanc quoque rationem diligenter olim ſervabant Romani, nam a populari ſtatu gradum faciebant ad ordinem equeſtrem, & hinc deinde ad Patritiam & Senatoriam dignitatem patebat aditus. Eſt præterea ordo Eccleſiaſticus nulli non communis, qui modo animum huc adjiciat, & pro Galliæ conſuetudine non raro accidit, ut etiam Homines plebei virtute ac eruditione præſtantes ampliſſimos in eo genere conſequantur honores, Cardinalatum aliquando, vel Pontificatum etiam, quę ſane res ad virtutum ac literarum ſtudia homines inflammare poteſt.

Ex jam dictis liquet quam apte & venuſte inter ſe cohæreant omnes Regni Ordines, e quibus ſi quis aliquid delinquat facilis eſt medicina; nam ſi nobiles injuriam cæteris faciant, coercentur ab ijs qui jus reddunt, quorum eſt tanta authoritas, ut quantumvis magni Principes eorum cogantur parere decretis. Quod ſi populus etiam atq; vulgus aliquid moliatur, ut nonnunquam accidit, non eſt difficile Nobilitati propter potentiam & uſum armorum illos ad æquitatem & officium adducere, eoque fit ut ſuarum rerum finibus ac veluti cancellis ſeſe contineant omnes, ac pacem alij cum alijs colant, quando neque cauſam habent, neque facultatem etiam aliquid conandi, & periculum in eo ſummum eſſe vident. Itaq; regem tanti beneficij auctorem complectuntur & amant omnes, ac cum tempus incidit libentiſſime imperata faciunt, & publicis neceſſitatibus magno ſtudio ſubveniunt, quod ſi privatim aliqui ab officio diſcedant, parata ſunt remedia, ſic ut malum non poſſit longius progredi. Et hæc quidem de ordinum Regni ſtatu ſatis.

Ex quibus equidem conſtat quam concinne hæc Monarchia juxta juſtitiam diſtributivam ſit temperata, atq; adminiſtrata, & Ariſtocratice, hoc eſt Optimatum Imperio, & Democratice, hoc totius populi interventu, quippe cum ad omnes honores pateat aditus. Quæ quidem eſt illa Reſpublica quam tantopere propter dulcem illam harmoniam, omniumq; Reip. generum temperationem, omnes Philoſophi commendarunt, & ubi vetus illa Lex aurea locum habet *Salus populi ſuprema lex eſto.*

Verum ut redeamus unde digreſſi ſumus. Ex tribus hiſce Ordinibus ſeu ſtatibus Regni ſolet quotannis Calendis Martij publicum ac ſolenne Concilium ſeu Parlamentum vulgo haberi, atque adeo quoties maior aliqua res inciderit, cui Rex in aureo tribunali ſedens præerat : Et huic primum Princeps Regniq; Magiſtratus, tum inferiori loco legati ex ſingulis civitatibus ſubſidebant, quos vulgo Deputatos appellant. Carpento autem Rex in atrium vehebatur bubus tracto, quos auriga ſtimulo agebat. Vbi in atrium ac potius in Reip. ſacrarium ventum erat, tum Principes Regem in aureo ſolio collocabant, reliquique ut jam diximus, ſuo quiſq; loco atque ordine ſubſidebant, eoq; demum in ſtatu atque ſacrario Regia Majeſtas dicebatur.

Auctoritas vero hujus Conſilij omni tempore ſumma fuit, & hæc potiſſimum in eo agi ſolebant. Primum de creando vel abdicando Rege, tum de pace & bello, de legibus publicis, de ſummis honoribus, Præfecturis & Procuratoribus Reip. de aſſignanda patrimonij parte liberis defuncti Regis, vel dote Filiabus conſtituenda, quam Germanico verbo Abbannagium, quaſi excluſoriam partem appellarunt. Denique de ijs rebus omnibus, quæ vulgus & nunc negotia ſtatuum populari verbo appellat, quoniam de nulla (ut diximus) Reip. parte, niſi in Statuum ſive Ordinum Concilio agi jus eſſet. Item ſi quis Princeps atque illuſtriore loco natus criminis alicujus inſimularetur, in judicium ad illud Conſilium vocabatur, ibique cauſam dicere cogebatur. Quinetiam ſi quando Rex majores ſumptus facere inſtituiſſet, veluti in Templis ędificandis, & Monaſterijs fundandis, Rex Ordinum Concilium exquirebat. Poſtremo ne illud quidem prætermittendum eſt, tantam hujus Concilij apud cæteras gentes authoritatem fuiſſe, ut etiam Principes exteri, ſi quid controverſiæ haberent, id interdum, hujus Concilii arbitrio ac judicio permitterent.

Atque hoc Concilium Hiſtorici alias Curiam aut Conventum, alias Parlamentum, alias Placitum appellare ſolent, quod re in multorum conſilio, quæſita & deliberata, tandem inter ipſos placuiſſet & conveniſſet. Vnde & placita Philoſophorum apud Ciceronem & alios dicta ſunt. Atq; hinc etiam promanaſſe videtur illud hodiernum in mandatis ac literis Regis : *Quoniam ita placitum eſt*, quod male nunc a Scribis Gallicis traductum eſt : *Car tel eſt noſtre plaiſir.*

Eligi etiam ſolebant in eodem hoc Ordinum Conventu ſeu Concilio præfecti Reip. qui Merovingijs temporibus, *Majores domus*, hoc eſt *Magiſtri Palatij* dicebantur. Horum eadem apud Reges poteſtas fuit, quæ quondam apud Imperatorem Romanum erat Præfectorum Prętorio, qui etiam Aulæ Præfecti dicebantur. Qui cum regiam poteſtatem deſidia Regum aliquamdiu obſediſſent, eandem facultatem nacti, eam pro ſua uſurparunt ac occuparunt. Nam cum omnia fere Reipub. munera obirent, & ſi quod gerendum eſſet bellum exercitibus præeſſent, hi domi nudo atq; mani Regũ nomine contenti propter deſidiam in otio vivebant, unde eo progreſſa res eſt, ut Childerico Rege XVIII Regnum obtinente, Pipinus Magiſter Palatij, qui Regis nomine magna diuturnaq; bella geſſerat, Saxones devicerat ſuamq; in poteſtatem redegerat, oblatam Regij nominis occupandi facultatem non repudiarit, exercitu præſertim eoque victore & glorioſo inſtructus. Tanta autem Præfectorum potentia initium (ut diximus) cepit tempore Clotharij ſecundi, circiter annum Chriſti IↃIXXXVIII, id eſt, circiter annum CXXX poſt Regnum Francogalliæ conſtitutũ.

Porro hic Pipinus in Regnum, depoſito Childerico, ſublimatus eſt. De quo vide (Lector) hæc in appendice Hunibaldi apud Io. Tritemiũ, præter Marſil. Patavin. de Tranſlatione Imperij cap. VI. Eodem anno (inquit Tritemius) Proceres totius Regni convenientes in unum, ſuper abrogatione Regis Childerici inutilis, cœperunt habere Concilium, placuit autem in commune omnibus, ut Regem Childericum nullam regnandi vel peritiam, vel poteſtatem habentem deponerent, & Pipinum penes quem totius Regni ſumma manebat authoritas, in Regem ſublimarent. Sed Pipinus in hanc rem conſentire noluit, niſi prius Conſilium Pontificis Zăchariæ inquiratur, cauſas allegans ſe moventes.

In Magiſtri hujus Palatij locum ſucceſſiſſe videntur, *Comites ſtabuli* vulgo *Conneſtablii* Comites vulgo dicebantur omnes, qui ampliſſimos quoſque honores in Regia obtinebant, & Remp. pro parte adminiſtrabant. Erat autem Comes ſtabuli fere is qui apud Romanos Magiſter Equitum dicebatur, id eſt, qui Equitatui præerat, cui cuſtodes equorum ſuberant, qui vulgo *Scarieri* appellantur *Mareſchalcus* Germanis vocatur, hodie eandem obtinet dignitatem quam olim præfecti Prætorio, ſeu ut diximus Magiſtri Palatij, & ſub eo hodie ſunt quatuor Mareſchalci id eſt Magiſtri Equitum, ad quos introducuntur lites rei militaris.

Poſt hæc erecti ſunt tempore Hugonis Capeti (licet non ſatis inter Scriptores de hac origine conveniat) quos *Pares Franciæ* vocant. Ille enim remoto legitimo hærede cum Regnum occupaſſet, Proceres aliquot novo aliquo honore ac beneficio ſibi devinciendos putavit; nam ejuſmodi aliquid ab eo factum eſſe omnes conſentiunt.

Horum Parium conſtituendorum cauſa duplex fuiſſe videtur. Primum ut regni inaugurationi, atque, ut tum loquebantur, inveſtituræ præeſſent, hoc eſt, ut Regem Imperij ſui inſignibus, atque infulis ſolemniter in principum atque Optimatum Conventu exornarent. Deinde ut ſi quis e Potentium & Principum Franciæ numero fraudis capi-

talis reus, fieret, judicium illud exercerent; nam cum antiquitus judicia illa in publico gentis Coñsilio exercerentur, ut dictum est atque is mos majorum paullatim Capevingiorum instituto ad Iuridiciale Parlamentum traduci cœpisset, neque Principes Regni facile illi Parlamento suas fortunas committendas putarent, regibus illis ad suas rationes commodissimum fore visum est, præter illius Parlamenti curam suum hunc Parium consensum instituere, quæ Parium Curia vocitata est, quorum tamen ordo ac numerus aliquandiu varius fuit; neque enim duodecim Viri semper fuerunt, ut nonnulli existimant, sed interdum plures, interdum pauciores erant, prout Regi, a quo in summi honoris ac beneficij loco Magistratus ille deferebatur, commodũ videbatur: idque varijs exemplis probari posset, sicut & Parium dignitas sæpe varijs Principibus attributa est, & ad illorum judicia nonnulli insuper alij & Franciæ Proceribus. & Satrapis, Episcopis, adhiberi soliti sunt. Postremo in illorum numero etiam Reges ac Principes exteri fuerunt.

Porro etsi hac Parium institutione, & quod Hugo ille Capetus ad conciliandos sibi retinendosq; (ut diximus) Procerum animos, dignitates quæ temporariæ erant, puta Regni Ducatus, & Comitatus, perpetuas fecit, haud parum publici (de quo diximus) Concilij authoritatem, licet cum ejusdem Concilij consensu, astute imminuerit; cætera tamen cuncta, adhuc ab eodem pro more pendebant Consilio, adeo ut etiam Budæus, & Carolus Molineus tradant rei nummariæ jus hoc est potestates nummorũ vel augendæ, vel minuendæ semper penes populũ Francorũ fuisse. Memorabile est illud bellum quod propter publicum bonum Proceres Regni assiduis plebis querimonijs & expostulationibus incitati adversus Lodovicum undecimum Regem decreverant. Quin nec illud omittendum, sub eodem Lodovico Consilium publicum apud Turones ad Calend. Aprilis anno CIↃ CCCCLXVII coactum fuisse, in quo placuit ut certi probatique viri, XXXVI scilicet Curatores Reipub. ex singulis ordinibus deligerentur, qui Rempub. constituerent & juri ac Iustitiæ providerent, duodeni scilicet ex Clero (qui unum ordinem jam obtinebant) totidem ex Equitibus, & totidem juris ac Iustitiæ periti ex populo, fidemque Rex Regali dicto promissoque dedit ratum se habiturum quicquid illi XXXVI Viri constituerent.

Atque hæc quidem in genere ad Capevingiorum usq; tempora totius Reip. gubernandæ Regniue administrandi ratio fuit. Eaque recensuimus Officiariorum Regni munera, quibus qui præsunt vel funguntur proprie Regni seu Coronę administratores, Officiales vel Sapientes dicuntur, quales sunt cum primis illi quos publicum Concilium constituere diximus. Item *Pares Franciæ*, deinde *Conneſtablius*, *Ammiralius*, *Cancellarius*, *Quæſtor generalis Franciæ* &c. Alij etiam omni tempore fuerunt Consiliarij ac Officiarij Regij, qui privata ipsorum negotia curabant, Regique famulabantur aut ministrabant, quales sunt *Camerarij* & alij Ministri & Officiales Aulę Regiæ.

Præter hæc publica munera instituta sunt successu temporis alia atque alia *Parlamenta juridica*, qua in re sciendum ad hęc fere Capevingiorum tempora, & simplicem facilemque jus reddendi rationem, rarasque omnino lites fuisse, quod vel hinc licet cognoscere, quod Rex Lodovicus cognomento Dives, qui regnavit circiter annum CIↃ CC XXX (ut ex Ionvillio, qui ejus vitam descripsit, constat) ipse vel controversias disceptabat, vel disceptandi negotium nonnullis e suo comitatu mandabat. Quod idem de Carolo Magno proditum est, qui vel dum calcearetur, vel amiciretur, lites dirimebat Hujus lex talis in capitulari extat. *Hoc missi nostri notum faciant Comitibus & populo, quod nos in omni septimana unum diem ad causas audiendas sedere volumus.* Crescente deinde pravitate temporis, litium multitudine, primum Basilica magnifica Regis Lodovici Huttini, vel ut alij volunt Philippi Pulchri Imperio circiter annum CIↃCC XCII ædificata est; Tum ex mediocri Iudicum numero tres Decuriæ factæ, Magnæ, Cameræ, Inquisitionum & Postulatorum Sed anno CIↃ IↃ XXII Rex Franciscus quartam deinde Cameram XX novis Consiliarijs adjecit, rursus idem Rex anno CIↃ IↃXLIII alios XX creavit Sed hic Iudicum conventus non fuit perpetuus & perennis, ut hodie, sed indictivus, nec nisi certo Principis mandato exerceri solitus. Ad diem idem D. Martini, id est II idus Novem, a Rege dictum proponebatur, quo Parlamentum inchoandi Iudicibus a Rege authoritas datur.

Verum paullatim in tantum hujus Consessus seu Parlamenti authoritas excrevit, ut nulla Regia Lex, nulla constitutio rata esset, nisi cujus illi Consiliarij auctores comprobatoresque fuissent. Deinde ut nullus tota Gallia magistratus, non modo urbanus, verum & militaris esset, quem non ab illo consessu inaugurari, & apud eundem in leges jurare oporteret, tum ut ab eorum judicijs appellandi jus non esset, sed ut eorum decreta rata & fixa essent, postremo quicquid potestatis, imperij, authoritatis, penes publicum Consilium & Satuum Parlamentum (cujus scilicet & nomen & authoritatem obtinet) fuisse diximus, id totum in Senatum illum translatum fuerit.

At hodie quando solus Rex pro suo judicio cum Secreto ac Privato suo Consilio quidvis decernit, prorsus in Ordinarium Iuridicum Consilium conversum est, non amplius circa Remp. Regnique negotia occupatur, fixamque suam sedem Parisijs habet.

Quod quidem latissime patet, & amplissimam præ cæteris ordinarijs Curijs seu Parlamentis (quæ septem omnino per Galliam nunc sunt) jurisdictionem habet. Cognoscunt autem singula de causis & criminalibus omnibus & quod a singulis definitum fuerit, ei standum est. Illud Parisiense præ cæteris habet, quod in id aliquando ipsi Reges venire olim solent, quoties aliquid magni decernere vellent, quod vel bellum vel pacem concerneret. Hodie adhuc pactiones Regum, & quicquid omnino ad Regni constitutionem pertinet in eo recitetur, & scriptis publicis, quorum ipsi custodiam habent, inseratur.

Sic quæ ab omni antiquitate & primordio Regni Francogalliæ ad publicos Ordinum Conventus referebantur & post ijs abolitis, ad Senatum seu Parlamentum Parisiense, ea hodie ad solum Regem, & quos ille in Consilium adhibere vult, translata sunt. Verum ut pergamus ulterius.

Est aliud in hoc Regno constitutum Consilium quod Magnum vocatur, quod ex veris principibus ac præcipuis Aulæ & Regni consistit, quod tempore Caroli Septimi & Octavi, non nisi circa negotia Status Regni ac ipsius Reip. incolumitatem occupari solebat, sed & hoc ipsum adeo multitudine causarum ac litium successu temporis obrutum fuit, ut Carolus octavus Ordinarium ex eo Concilium XVII Consiliariorum fecerit, quos deinde Lodovicus duodecimus ad viginti adauxit, addito Concellario Consilij Præside, adeo ut sub Francisco & ipsa Cancellarij dignitas in Præsidatum erecta fuerit, atque deinceps solum vacarent cognitioni causarum extraordinariarum a privato Consilio ijs commissarum & fere ordinarie appellationibus Præfecti hospitalis, ut vocant.

Præter ordinaria jam dicta septem Iuridica Parlamenta, ut familiari utamur vocabulo, & Magnum Consilium, habet Rex priuatum adhuc Consilium, quod perpetuum & ordinarium est Regemque fere comitatur, & circa negotia Regni prȩcipue occupari solet, quanquam & id hodie in Ordinarium quasi Consilium conversum sit, quando scilicet causis civitatum & Parlamentorum fere vacat, plerumque etiam aliorum privatorum non ita magni momenti causis, adeo ut hi viri spectabiles & illustres alijs occupati negotiorum publicorum & Statum Regni concernentium, cognitionem & curam propemodum omnem amiserint, totaque Regni administratio & cura, Regis arbitrio

& paucorum

& paucorum decretorum electorum judicio commissa esse hodie videatur, quod *Secretum Consilium* nuncupatur, in quo cunctæ fiunt deliberationes summam rerum concernentes, & super quibus deliberatum a Privato & Finantiarum Consilio fuit, si ejusmodi modo negotia fuerint, quæ Regis peculiarem cognitionem requirant. In hoc cuncta beneficia, literæ & mandata Regia signantur, aliorum Principum, Legatorum, Præsulum, & Capitaneorum literæ referantur, eorumque responsa concipiuntur, & Secretarijs Statuum committuntur.

Est ergo & aliud *Consilium* quod vulgo *Finantiarum* vocant, quod universi Regij ac Regni Thesauri curam agit, cui adjuncti quoque sunt *Intendentes*, ut vocant, *Secretarij Finantiarum*, item *Quæstores ærarij*.

# IN VSVM TABVLARVM AD MONITIO.

QVVM ad cœlestem rationem universam Geographiam reducere fuerit institutum, ut justa locorum symmetria, qualis in Sphærica Terræ figura existit etiam in plano quam proxime servaretur, debita graduum Longitudinis ad meridiani sive Latitudinis gradus proportio constituenda fuit. Cum ergo paucos Latitudinis gradus contineret proposita tabula, ad medium fere parallelum tabulæ eam proportionem redegi, sicut quæ illius Paralleli ratio est ad Meridianum, ea etiam esset graduum Longitudinis in eodem parallelo ad gradus Meridiani sive Latitudinis proportio. Ac tum Meridiani omnes inter se paralleli existunt. Cum vero plures erant Latitudinis gradus, quia multa ibi in summo unoque parallelis fit proportionis ad meridianum differentia, ne nimium a vero recederet, locorum symmetria, duos delegi parallelos æqualiter fere a medio & extremis distantes, ad quorum rationes, Meridianos graduum Longitudinis designatores constitui, qui tum non paralleli fiunt, sed pro sumptorum parallelorum inter se distantia majore vel minore, plus minusve ad se mutuo & ad medium Tabulæ meridianum inclinantur. Quo autem modo ea Meridianorum designatio sit invenienda, in Geographico Ptolemæi opere ostendi.

Gradus porro Latitudinis ac Longitudinis in lateribus Tabularum' designatos invenies, & quidem pro maxima parte Latitudinis in utroque Tabulæ latere, Longitudinis vero in summo atque imo, quando videlicet usitato Geographis more Septemtrionem in superiore parte collocare licet. Quod si Regio describenda magis inter Meridiem & Boream exendatur, quam inter Orientem & Occidentem, tum fere Occidentem sursum locavimus. Vtut fiat, Orientale Occidentaleque latus semper tibi Latitudinis, reliqua duo Longitudinis gradus repræsentabunt. Suntque singuli gradus in lx partes, quas minuta vocant divisi, aliquando in singula, cum magnitudo id patitur, alias in bina, quina, aut etiam dena.

Hoc fundamento posito optimas quasque descriptiones in delineandis regionibus sequutus sum, qua in re non parum subsidij mihi attulit insignis Chorometer & solertissimus Regis Hisp. Geographus Christianus Sgrothenius, qui multas regiones perlustravit, & præ cæteris amplius exactiusque descripsit. Tum ejusdem quoque Majestatis Geographus diligentissimus Abrahamus Ortelius, ipse candor & humanitas, qui quid uspiam tabularum nactus fuit, mihi communicavit liberaliter, tametsi in eodem mecum esset instituto. Qui præterea aliquid attulerunt auxilij, eos suis locis commemorabo, quo justum sui beneficij encomium apud studiosos consequantur, nec ego ingratus reperiar. Omnia autem quæ ab alijs oblata simulque quæ ipse conquirere potui, diligentissime inter se contuli, quo quam fieri posset, emendatissimas descriptiones exhiberem. Vnum tamen interim, quod maxime in votis erat mihi defuit, nimirum Principatuum & Nobilium locorum exactior enumeratio ac designatio, quæ in æditis tabulis quam maxime desiderantur. Proinde huic defectui nostro veniam dabis (Lector) & ad celebrandum Nobilitatis ordinem politicum suppetias ferre dignaberis, loca hujusmodi situmque ac nomina, qualitatemque eorum indicando, tuo id nomini decus erit. Orbiculi exigui locorum quorumlibet verum situm indicant, atque hinc eorum distantia sumenda est. Cæterum his subinde signa adhærent, quibus internoscantur loca. Simplices pagi solis orbiculis, ubi ornatui locus deest contenti sunt, castra quoties nota occurrunt extante unco notamus hoc modo ♂ cœnobia cruce sic ☧, Opida turres ut minimum duas habent, pagi nobiles unam. Hæc observavimus quatenus nobis fuerunt nota. Facilia porro factu signa ad has distinctiones sumpsimus quo quilibet omissa facile supplere queat,

Si quis Longitudinem ac Latitudinem loci alicujus explorare velit, ubi Meridiani Paralleli sunt id efficiet, distantiam ejus a latere Tabulæ circino sumendo, circinumque sic expansum ad aliud latus applicando. Si distantiam ab Orientali latere sumpsisti, circinus ex eodem latere in Septemtrionali latere gradum & minutum longitudinis ostendet. Sin a Boreo latere distantiam habes, ex eodem in Orientali latere Latitudinem designabit. Cum vero Meridiani non fuerint paralleli, eodem quidem modo loci Latitudo reperietur; at in universalibus Tabulis, ubi paralleli sunt circulares, distantia loci a proximo parallelo sumpta idem in latere Orientali ostendet. Longitudo autem quærenda erit filo aut regula loco superimposita versaque, donec in Boreo Australique latere idem utrimque ejusdem gradus minutum designetur, quodcumque tum illud erit, loci assumpti longitudo existet.

Milliaria in diversis regionibus multum subinde differunt, si ergo lubeat ea ad invicem comparare, eadem circino ad gradus Meridiani refer, & quot in uno gradu comprehendantur revoluto circino explora, videbis quot unius, quot item alterius regionis milliaria gradum unum emetiantur; Sic Germanica communia milliaria (quæ xv sunt in uno gradu quadrupla invenies Italicis communibus, & subdupla fere quibusdam Suevicis ac Westfalicis.

Nonnumquam occuret simplex linea orbulo annexa, sic ⚲, ea nomen ad locum pertinens indicat, ideo addita, ne in locorum pressura, quod cuique nomen debeatur ambignum fiat.

INDEX

# INDEX TABVLARVM GALLIAE


I Gallia universalis.
II Brittannia Normandia &c.
III Lemovicium.
IV Aquitania.
V Provence.
VI Francia Picardia & Campania.
VII France
VIII Bouloigne
IX Aniou.
X Berry.
XI Poictou.
XII Lotharingiæ pars Septemtrionalis.
XIII Lotharingiæ pars Meridionalis,
XIV Burgundia Ducatus.
XV Burgundia Comitatus.
XVI Helvetiæ tabula generalis.
XVII Zurichow.
XVIII Wiflispurgergow.
XIX Lacus Genevensis.
XX Argow.
XXI Belgij universalis.
XXII Flandria.
XXIII Flandriæ pars Orientalior.
XXIV Brabantia.
XXV Hollandia.
XXVI Zelandia
XXVII Geldria.
XXVIII Artesia.
XXIX Hannonia & Namurcum.
XXX Lutzenburg & Trier.
XXXI Limburg.


GALLIÆ

# GALLIAE
tabulę geogra-
phicæ

*Per*
*Gerardum Mercatorem*
*Illustrißimi Ducis Julię*
*Cliuię Montis*
*&c*
*Cosmographum*

*Cum gratia & priuilegio.*

# GALLIAE VNIVERSALIS TABVLA

*GALLIAM pro maxima parte duo potentiſsimi Reges Obtinuerunt, Belgium inferius Hiſpaniarũ Rex, cuius Principatus ſecundo loco explicabo: at Galliæ Regnum, quod maiorem Galliæ partem comprehendit, Francorum Regi, cuius Metropolis Lutetia Pariſiorum eſt, paret. Huius regni in ſua membra & officia diviſio primaria hæc eſt. Nomina vulgaria ponam.*

Regno & Coronæ Francorum, XVIII *ſubſunt Ducatus cum illorum clientelaribus Comitatib.* XXXV *tanquam perpetuum patrimonium & hæreditas.*

- Orleans.
- Burgundia, *cui clientela res ſunt Comitatus.* — *Nevers,* / *Charrollois, ſed de hoc vide in tab. Ducatus Burgund.*
- Narbona.
- Britannia *cui fidem præſtant Comites.* — *Pontieure.* / *Porthoix.*
- Anjou *cui fidem debent Comites.* — *Maine.* / *Vendoſme.* / *Beaufort.* / *Laval.*
- Berry, *cui fidem præſtat Comes Sancerre.*
- Normannia *cui hi ſubſunt Comitatus;* — *Alençon.* / *Mortaigne.* / *Arcourt.* / *Eureux* / *Malle.* / *Tenquarville.* / *Longueville.* / *Chaumont.* / *Montpenſier.* / *Daulphin.* / *Auvergne* / *Vie.* / *Eu*
- Avernia *cui homàgiũ ſive fidem debent Comites* — *Clermont* / *Vaudemont.* / *Pithon* / *Rodes.*
- Guienne *cui fide obſtringuntur Comites.* — *Armignac.* / *Marche.* / *Perdriac.* / *Angouleſme.* / *Perigort.* / *Ventadour* / *Benon.* / *Lymoges.*
- Tours.
- Barleduc.
- Valois.
- Nemours.
- Alençon.
- Reims.
- Laon.
- Langres.
- Bourbon *cui ſubeſt Comes Foreſt.*

Comitatus *qui immediate ſubſunt Coronæ Franciæ, Regno patrimoniales* XVI *fuerunt, nunc vero* XIV *tantum.*

- *France.*
- *Dampmartin.*
- *Beaumont.*
- *Champaigne.*
- *Vermandois.*
- *Meſsi.*
- *Chartres.*
- *Montfort.*
- *Melun.*
- *Perche.*
- *Eureux.*
- *Eſtampes.*
- *Dunois.*
- *Tholouſe.*

Artefia & Flandria *olim ſub Corona Franciæ erant, nunc ad Regis Hiſpan. ditiones pertinent.*

Pares Franciæ XII *ab Hugone Capeto inſtituti, qui Regis conſtituendi, cum de ſucceſsione eſt controverſia, poteſtatem haberent.*

- Seculares.
  - *Dux Burgundiæ.*
  - *Dux Normanniæ.*
  - *Dux Guiennæ ſive Aquitaniæ.*
  - *Comes Flandriæ.*
  - *Comes Campaniæ.*
  - *Comes Tholoſæ.*
- Eccleſiaſtici
  - *Dux & Archiepiſc. Remenſis.*
  - *Dux & Epiſc. Laon.*
  - *Dux & Epiſc. Langres*
  - *Com. & Epiſc. Noion.*
  - *Com. & Epiſc. Beauvois.*
  - *Com. & Epiſc. Chalons.*

Flandriæ Comitatum *Carolus V, cum Franciſco Valeſio pactus a fide exemit, qua Galliæ Regibus erat obſtrictus Duces etiam & Comites reliqui ſeculares, quia Coronæ ſubjecti nunc ſunt, Parium poteſtate uti nequeunt. Soli Eccleſiaſtici, ut Eccleſiaſtici, ſuo loco manent, & quando eſt opus alij ſeculares Principes pro arbitrio advocantur,*

Status Civilis: *Septem ſunt ſummi Senatus per Galliam, quos vulgo Parlamenta vocant, a quibus appellare non licet:*

- Pariſienſis, *cujus lxxx perpetui provocationum ſunt definitores, teſte Ioanne, Aubano; & dividitur in* IV *Curias.*
  - *Prima eſt Camara,* IV *Præſidentes & Conſiliarios xxx habens.*
  - II. *Inquiſitionum.*
  - III. *Arreſtarum.*
  - IIII. *Requeſtarum vel Supplicationum.*
- Tholoſanus.
- Rothomagenſis, *Roan.*
- Divionenſis, *Dijon.*
- Burdigalenſis.
- Aquenſis, *Aix in Provincia*
- Grationopolitanus, *Grenoble*

Academiæ in Regno Galliæ ſunt hæ *Paris, Poictiers, Bourges, Thoulouſe, Bordeaux, Nantes, Lyon, Orleans, Montpellier Cahors, Grenoble, Valence, Reims, Angiers, Caen,* quæ *Cadomenſis* dicitur, *Niſmes, Romans.*

Status Eccleſiaſticus.

*Archiepiſcopatus duodecim, quorum Suffraganeos in particularibus Tabulis notabo.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Lion, Lugdunenſis Primas.* | *Reims, Remenſis.* | *Bourdeaux Burdegalenſis.* | *Tours, Turonenſis.* |
| *Aix, Aquenſis in Provincia,* | *Narbone, Narbonenſis.* | *Aux, Auxitanus.* | *Roan, Rotomagenſis.* |
| *Vienne, Viennenſis* | *Thoulouſe, Tholoſanus.* | *Bourges, Bituricenſis.* | *Sens, Senenſis.* |

Ducatus *Comitatuſque hic ſupra nominati, qua parte quærendi ſint, Index poſt Tabulam ſequens indicabit, quem in hunc uſum collegi, ut ſaltem clariora quæque Galliæ loca mox inveniri poſsint, quando quæ in particularibus ſunt tabulis comprehendere immenſi operis eſſet, nec admodum neceſſarium.*

Medius Tabulæ Meridianus eſt XXIII. reliqui ad eum inclinantur juxta rationes XLIV & XLIX Parallelorum.

# GALLIA

Nova totius Galliæ geographica descriptio, denuoque collatis omnibus, quæ extant, particularibus Provinciarum descriptionibus) non sine magno labore et cura emendata, in eaq3 Archiepiscopatus, Episcopat? omnes, Academiæ item & Parlamenta singula suis queque notis destincta. à Iudoco Hondio.
Ann D.ni 1622 Amsterodami.

Notarum explicatio
Archiepiscop. Academiæ
Episcopatus Parlamenta

Se vend aussi a Paris, chez Melchior Tavernier, demeurant aupres du Palais.

Miliaria Gallica com.
Miliaria Germanica communia

OCEANUS OCCIDENTALIS

BRITANNICUS

AQUITANICUS

MARIS GERMANICI PARS

GERMANIÆ PARS

ITALIÆ PARS

MARIS MEDITERRANEI PARS

CORSICÆ PARS

HISPANIÆ PARS

Montes Pyrenæi

Montes Alpes

Maris Germanici Pars

ANGLIAE PARS

SEPTENTRIO

MERIDIES

ORIENS

OCCIDENS

ANGLIA

Penbrok
Willbey cast
Newport
Wormshead point
Llandaf
Bristol
Bathe
Oxford
London
Rochester
Canterbe
Dover
Wilton
Winchester
Cichester
Brichthelmston
Winchelsey
Okehampton
Exceter
Pole
The east
Wicht I.
Tintagel cast
Plymmouth
Por Land
The landes end
Darmouth
Lizard point
Stard point

OCEANUS

Alderney
Sasoye
Barsleu
Garnesey
S. Marten
Jarsey I
Les 7 Isles
Pomenit
Roscou
Le four
Heysant
Les Molins
Comiret
La Baza ferde
Fontenau
Belle Isle
Isle de Rez
S. Martin
S. Denis
Isle d'Oleron
Guaronne
Anchises
Bayonne
Tabernes Pal.

BRETAGNE
Le Chasteau Blanc sablon
Conquet
Brest
Landernau
Landevilian
La Saille
Chenge
La fueille
Brasser
Roselan
Rohan
Guimeney
Le Faweit
Quimperwesin
Quimperley
Auberne
Pol David
Landevan
Fontenau
Le Chasteau
Lesneven
Lanbaer
Peacaut
Guingamp
Quintine
Tregier
Morlaix
S. Pol de Leon
Briac
Guilcle
Soldery
La Cr
Dol
Fenieres
Dinan
Montcontour
Tinteniac
Hede
Montfort
Vitre
Rennes
Ch. Giron
Ch. Briant
Redon
Nantes
Belley
Clisson
Machecoul
Croisic
Guerande
Le Croisic
Le Pouliguen
Le Croisic
Le Croisic
Le Croisic

# GALLIA

HISPANIAM ejuſque prȩcipuas Provincias perluſtravi; Pyrenæo tranſgreſſo, *Gallia* ſe offert. Hanc, qua fere illam Methodo percurram. Partem Europæ quȩ hoc tempore *Francia*, dictam olim multi memoriæ produnt γαλατίαν ab γάλα Lac Latinis ſonante, quod lacteos, id eſt, albi coloris Homines producat: Montibus (hoc enim addunt) nimium Solis ardorem inde excludentibus. Diodorus nomen natum ſcribit ab *Galata* Herculis filia. Alij alia tradunt. *Celtogallatiam* Ptol. nominat lib. II, ceteriq; Græci γαλατία *Gallia* putatur formata, quā tamen vocē alij aliunde derivant. Hæc talia non tanti, ut Lectorē multis morentur. Certe *Galliæ* appellatio Latinis Scriptoribns olim fuit latiſſima, ut ex ſequentibus plenius diſcemus. Hebræis *Tzarphat* vocari ſcribunt Poſtellus & Arias Montanus. *Francia* nuncupatur hodie ab Francis Germaniæ ad Rhenum Populis; qui vi Regionem hanc & armata manu occuparunt; vulgo *Le Royaulme de France*. Gallos Græci *Celtas* univerſim & *Galatas* vocarunt. Iidem *Gomeritæ*, teſte Ioſepho, olim dicti fuerunt. Atque hæc breviter de nomine. Sequitur Situs & Quantitas. Eam explicabo in Finibus, Longitudine, Latitudine, Circuituque. Quod ad fines Regni quod *Franciæ* nunc dicitur, ad Septemtrionē, qua quidem Germaniā Inferiorem reſpicit, Limes ſtatui ſolet inducta ab Caletibus in Argentoratenſium uſq; Agros Linea: quę ab ſiniſtra relinquit Arteſios, Hannonios, Leuceburgenſes & alios; ad dextram Picardos & Lotharingos: qua vero Angliæ jacet obverſa, vaſtus æſtuoſuſq; Oceanus cui ab Vetere Britannia cognomen *Britannici*. Ad occidentem idem eam pulſat, ingenti facto in Aquitaniam Sinu, Oceanus. Ad Meridiem, qua quidē Hiſpaniæ adhæret, Pyrenęos habet Montes; qua vero apertior, liberiorq; & ſui quaſi fit juris placidiore, nempe Mediterraneo, terminatur Mari, quod ab ipſa *Gallicum*. Ad Ortum deniq; Alpibus ſeparatur ab Italis, Iura ab Helvetijs, Rheno ab Germanis. Galliæ vel Franciæ (nam voces has ἀδιαφόρως uſurpabo) Longitudo ſi ab Occaſu recta in Ortum, ab Inſula, inquam, Iuris Francici *Heyſſant*, olim *Sena*, extremo Britannię, quæ in Gallijs, Littori oppoſita, uſq; ad Rheni ripam conſideretur, milliarium Gallicorum eſt paullo amplius ccc; ſin ut alij menſurandam cenſent longitudinem, ab Cauro vel Argeſte in Vulturnum vel Euronotum, id eſt, ab Inſula Normanniæ, *Aldernaij*, quæ Veteribus *Ebodia*, Niceam uſque, ſupra trecenta, numerantur triginta, quantum fere Terrarum inter Pariſios jacet & Romam, Latitudo ab Meridionaliſſimis ad Mare Mediterraneum Littoribus ab Caletenſium uſque urbem milliarium fere ccxxcv; quantum Itineris Pariſios inter & Venetias. Circuitus ſupra mille viginti milliarium. Ea igitur eſt Quantitas; ſequitur jam nunc Qualitas: cuius cauſa plurimum Clima. Subjacet parti quidem Quinti, totis autem ſexto ſeptimoque Climatibus, Parti quoque Octavi inter gradus latitud. xli, & lii: Longitudinis autem xx & xxxviii. Et licet univerſim Ventis obnoxia ſit plurimum Septemtrionalibus, propter Aeris tamen ſalubritatem & temperiē optimis Europæ Regionibus adcenſenda. Conſtitutione feliciſſimā facit Claudianus: ſaluberrimā dicit Cæſar lib. iii bel. Civ. fertiliſſimam hominū Genitricem lib. ii de Bell. Gall. Strabo ubi de Arvernis, & alij. Ager magnam partem eſt planus: amœnos hic ibi habens colles, interque eos valles jucundiſſimas: ſua cum has, tum illos fœcunditate admirabiles. Arva bene culta Triticum aliaſque Segetes luxurie magna producunt. Multum fert Gallia Frumenti, teſte Strabone, Milij, Glandis. Nihil in ea ocioſum, niſi qua paludes, aut Silvæ obſtant. Vino abundat, eoq; optimo, idque partim ſuis Britannis, Normannis, Picardis, partim confinalibus Germanis, Belgis. Anglis, alijſque quibus uvarum maturitatem negare ſolet Aeris frigiditas, ſubvehunt. Auri quoque & Argenti apud Gallos eſſe Metalla, teſtatur, præter Strabonem etiam Athenæus; ea nunc creduntur exhauſta. Ager, qui aliunde non occupatus omnis generis nutrit Armenta; quæ faciunt, ut Carnis, Lactis, Butyri, Caſei, Lanæ, rerumq; aliarum abundet copia. Franci omnes Gallias pacifice obtinuerunt ſub Rege Clodoveo, qui primus omnium totius Galliæ Monarcha eſt factus, primuſq; Chriſti nomen profeſſus, ea, quibus in hodiernum uſque diem Francorum Reges utuntur, Trium Liliorum Inſignia, cœlitus, ut volunt, accepta uſurpavit. Regnaſſe poſt eum ſcribuntur ſucceſſione nunc directa, nunc collaterali, Childericus, Clotarius I, Cherebertus, Childericus II, Clotarius II, Dagobertus Magnus, Clodoveus II, Clotarius III, Childericus III, Thoedoricus I, Clodoveus III, Childebertus II, Dagobertus II, Clotarius IV, Chilpericus I, Theodoricus II, Childericus II. Hic anno Regni XI, Chriſti vero IↃ CCLI, auctoritate & juſſu Zachariæ Pontificis, cui Pipinus vituperabilem & probroſam Regis vitā, tranſmiſſo libello, depinxerat, Regni jure privatus ad Monachatū eſt coactus. In locum ejus factus eſt Accuſator ipſius Pipinus Caroli Martelli F. Pipini N. Brevis cognomine, ex præfecto & Majore Domus. Hunc ſequuti commemorantur Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Carolus Calvus, Ludovicus III Balbus Ludovicus IV & Carolomanus, Carolus Craſſus, Odo, Carolus Simplex, Rudolphus Burgundio, Lotharius V, & Ludovicus V, ultimus ex Caroli Magni poſteritate: quo veneno necato habenæ Regni tranſlatæ ſunt ad Hugonem Capetum, primum Gallum, Comitem Pariſienſem, Ducemq; Francorum & Burgundiæ titulo-tenus. Capeto ſucceſſerunt Robertus Pius, Henricus I, Philippus I, Ludovicus VI Craſſus, Ludovicus VII Iunior, Philippus II Adeodatus Auguſtus, Ludovicus VIII, Divus Ludovicus IX, Philippus III, Philippus IV, Pulcher Ludovicus X Hutinus Philippus V longus, Carolus IV Pulcher; cui ſine prole maſcula defuncto ſuffectus eſt Philippus VI Valeſius, Caroli Valeſiorum Comitis I filius. Sequuti hunc Ioannes Valeſius, Carolus V Sapiens, Carolus VI Benenatus, Carolus VII, Ludovicus XI, Carolus VIII Gibboſus, Ludovicus XII Caroli Aureliani F. Franciſcus Valeſius I Caroli Comitis Angolimenſis F. Henricus II Valeſius, Franciſcus II, Carolus IX, Henricus tertius; cui Iacobitæ Monachi manu obtruncato legitimus pronunciatus eſt Succeſſor *Henricus* IV *Borbonius*, Antonij Borbonij Ducis Vindocinenſis F, Rex Navarræ *Galliarum Rex Chriſtianiſſimus*. Sunt autem Galli alacres & ad arma proni, de quorum bellica virtute operæ pretium eſt audire Strabonem virum peritiſſimum, genere Cappadocem, eruditione Græcum, judicio priſcum incolatu Romanum, terrarum multarum peragratorem: *Vniverſa*, inquit, *natio eorum qui Galli nunc & Galatæ appellantur Martis ſtudio flagrans animo eſt ſtrenuo & celeri ad conſerenda prælia: alioqui mente candida & ſimplici, & ab improbis moribus abhorrente, itaque injuria laceſſiti; conſerti coëunt in certamina aperte, nulloque periculi adeundi reſpectu.* Nemo etiam ignorat quāto fuerit olim Romanis, Græcis & Aſiaticis terrori Gallorū nomen, quum quondā ab ſuis ſedibus uſque ad Apolinem Pythium, atque ad oraculum Orbis Terræ vexandum ac ſpoliandum profecti ſunt: quum Romam ceperunt & incenderunt, Capitolium obſederunt, urbes in Italia condiderunt, *Mediolanum*, *Comum*, *Brixiam*, *Veronam*, *Bergomum*, *Tridentum*, *Vincentiam*: Quum recenti adhuc memoria Borbonius Romam vicit. Cæterum *Gallia* hodie non æque late patet atq; olim; nam & Italia pars ea, quæ inter Alpes & Anconam ſita eſt Gallia Ciſalpina quondam dicta fuit, nunc autem *Lombardia* appellatur: & Belgarum magna pars hodie Germaniæ adſcribitur, quæ ex Cæſaris, & Ptolemæi, veterumque omnium deſcriptione ad Galliam pertinebat. Galliā enim *Tranſalpinam* quam Plinius *Comatam* Ptolemæus *Celtogalliam* vocat, in tres partes diviſere *Celticam*, *Belgicam*, & *Aquitaniam*. Ptolemæus in quatuor, *Aquitaniam Lugdunenſem*, quæ eadem eſt cum Cęſaris Celtica, *Belgicam* & *Narbonenſem* Definiverunt eam Pyrenæis

*Regio. Nomina. & unde deducta.*

*Situs.*

*Aeris temperies.*

*Soli fertilitas.*

*Imperium Majorum.*

*Majorum virtus.*

Montibus

Moñtibus, Rheno, Oceaño & Alpium jugis : quum hodie quicquid a Caleto Orientem verſus ſpectat, non Galliæ ſed Germaniæ adcenſeatur, & Rheni utramque ripam Germani late ſibi vindicent. Vrbes præcipuæ ſunt *Lutetia Pariſiorum, Maſſilia, Narbona, Lugdunum, Pictavium, Burdigala, Næomagus, Iuliomagus, Aurelia, Rotomagum, Rupellæ*, alięque plurimæ, de quibus in particularibus deſcriptionibus fuſius. Lacubus non caret Gallia. Inter eos principis loci qui latinis *Lemanus* : pleriſque Galliæ Lacus habitus. De quo cum peculiarem in hoc Volumine Tabulam habeat, plura hic non addam, eo Lectorem remittens. Quarta ab Opido Arverniæ Beſſo milliaris parte Mons eſt, inque eo Lacus late ſe extendens; tam altus, ut fundo exiſtimetur carere. Nulla in eum, quod quidem intuentium oculis parere poteſt, influit Aqua. Si quis quid in eum projiciat, Tonitrua dicitur mox auditurus, Fulgetra viſurus, Pluviam & Grandinem habiturus. Haud procul inde Crypta eſt, cujus os rotundum, vulgo, *Creux de Soulcis*: & Abyſſus, cujus profunditas explorari nequit : & huic ſi quis injecto lapide aurem admoveat, Murmur percepturus auribus perhibetur ingens & mirabilem ſtrepitum, Tonitruo ex remotioribus venienti locis non abſonum. Æſtivis menſibus etſi nihil injiciatur, Strepitus tamen in Cavitatibus intelligitur. Putantur ineſſe Venti, inter ſe quaſi belligerantes. *Abitacini* vel *Avitaci*, cui ab avito nomen. Lacus in Arvernia apud Claromontem tam graphica eſt apud Sidonium lib 11 Epiſt. 11 reique conveniens deſcriptio, ut hodie primum delineata videatur, qua dexter, qua lævus, De *Rubreſo Lacu* legendus Pomponius Mela lib. 11 cap. quo Gallia Narbonenſis depingitur : Plinius *Rubrenſem* nominat. λίμνη Ναρϱωνῖτις Straboni eſt & Stephano. Lętatur etiam Gallia Fluminibus, quæ magna, quæ parva, innumeris. Nominat ſimul Fluvios non paucos Auſonius Eidyllio 111, ubi de Moſella.

*Vrbium nomina.*

*Lacus.*

*Flumina.*

*Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps,*
*Matrona non, Gallis Belgiſque inter ſita fines:*
*Santonico refluus non ipſe Carantonus æſtu,*
*Amnis, & auriferum poſtponet Gallia Tarnem;*
*Iuſanumque ruens per ſaxa rotantia late*
*In mare purpureum, Dominæ tamen ante Moſellæ*
*Numine adorato, Terbellius ibit Aturnus.*

Et paullo poſt;

*Te druna, te ſparſis incerta Druentia ripis,*
*Alpinique colent fluvij, duplicemque per urbem*
*Qui meat, & dextra Rodanus dat nomina ripæ;*
*Te Stagnis ego cæruleis, magnumque ſonoris*
*Amnibus, æquoreæ te commendabo Garumnæ.*

Primum autem inter fluvios agmen ducunt *Sequana, Ligeris, Garumna, Rodanus*. Qui *Sequana* Lat. Σηκσάνα Ptol., Σηκσανὸς Strab. Σηκόαν Steph. *Siban*. Benjamino, *Seyne* vulgo. Oritur in Burgundiæ Ducatu, in Alſeti Regione paullo amplius leuca verſus Septemtrionem a Burgo, qui S. Sequano Sacer; duobus rivulis, quos inter Pagi jacent *Billij* & *Perriere*. Luſtratis fectiſque cum alijs, tum Lutetia Pariſiorum, cui nobiliſſimam facit Inſulam, Rotomagoque, Mare Britannicum vel Normannicum oſtio ſatis lato irrumpit. Æſtuarium ibi ſatis eſt navigantibus periculoſum ; ideoque provide magnaque ſolicitudine adeundum. Normannis vulgo vocatus *La Bare*. Sequana enim Mare ingreſſus repente contra Fluviorum ceterorum naturam refluit, horrendo ſonitu aſcendens ad haſtæ longioris altitudinem. Inexpectata ſolent hic negligentibus & incurioſis oriri diſcrimina. Currens Sequana fluvios ſuſcipit varios, in quis nobiliores ceteris, Antiquis etiam noti *Matrona*, vulgo *Marne Eſia, Oyſe*, vel *Ayſe* vulgo *Axona*, vulgo *Ayne, Aiſne* vel *Æſne*. *Ligerim* ſecundo loco nominavi, ab Cæſare alijſque nobilitatum : Λίγηρ (vel ut in alijs Codicibus melius, Λίγηρις) & Λείγηρ Strab. lib. 1v & Ptol. Hodie *Loire* & *Leire*. Caput ejus in Pago Velauno : Locus vulgo *La Font de Leire*. Amplior eſt reliquis, ut merito *Pater Galliæ Fluviorum* audiat : aquæ Limpidiſſimæ. Facto inter varios Populos (Celtas ab Aquitanis olim ex Strabonis notatione dividebat) procurſu, exonerat ſe in Oceanum Occidentalē, inter Nannetes & Pictiones : oſtio quatuor fere Leucas amplo, Pulvillis aliquot infeſto : interius ad duas cum ſemi leucas Rupes ſunt, quibus a Porcis cognomen. Ingentes & Navigiorum patientes excipit Fluvios non paucos, *Elaver*, vulgo *Allier* ; *Carim*, nunc *Cher* ; *Vigennam*, hodie *Vienne*, *Viane* & *Vignane* : *Meduanam*, hodie *Mayne* & alios. *Garumna* ſequitur, Cæſari Gallos ab Aquitanis disjungens : Strab. lib. 1v Γαρουνᾶνς, Ptol. Γαρουνα, *Garonna* Frontino : quod nomen integrum hodieque retinet ā capite ad Blaviam Caſtrum, ubi lingua Romana incipit. Nam inde *Geronde* & *Girunde* dicitur. *Gerunnam* etiam vocat Guilielmus Brito in ſua Philippeide. Oritur ex Pyrenęis haud procul opido, quod vulgo *Cadalup*. De eo diligentiſſime Pomponius Mela lib. 111 : *Garumna ex Pyrenæo monte delapſus, niſi cum hiberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus & vix navigabilis fertur: at ubi obvius Oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, ijſdemque retro remeantibus ſuas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior fit, ad poſtremum magni Freti* (manet & nunc eadem facies) *ſimilis, nec majora tantum navigia tolerat, verumetiam more Pelagi ſævientis exſurgens jactat navigantes, atroçiter utique, ſi alio Ventus alio Vnda præcipitat*. Et quæ alia ſequuntur de *Antro* Inſula ad Garumnæ oſtium ſita. Non abſimilia de eo tradit Claudianus in Rufinum lib. 11.

*Quouſque rigat retro pernicior unda Garumnæ,* *Oceani pleno quoties impellitur æſtu.*

Hic hodie perluſtratis cum alijs, tum Toloſa & Burdigala, Mari ſe miſcet Aquitanico, duarum fere Leucarum oſtio; quod intrantibus occurrunt Scopuli, quibus ab Aſellis cognomē. Septemtrionalior Nautis Belgis *Noorder-Eſel*, Auſtralior, *Suyder-Eſel*, Pharum vel prælatam ſuſtinens Turrim, quæ vulgo *La Tour Cordan*. Excipit navigeros Fluvios *Tarnim*, Lo *Tarn* vulgo, Gallice Le *Tar*, *Egercium*, Vaſconibus hodie *Gers* : *Oldum* Arvernatibus & Montanis Cadurcis *Ooldt*, vel cum articulo *l'Old l'Oolt*, *l'Ould*. *Duranium* hodie La *Dordogne*, & alibi *Dordonne* & alios. Vltimum *Rodano* dedi locum. Fluvius hic Scriptoribus omnibus & Græcis quibus Ῥοδανὸς & Latinis notiſſimus. In univerſum Gallis nuncupatur Le *Roſne* : ſed indigenis Lo *Ros Eridanum* nominat Oppianus in Halieuticis lib. 1v & Philoſtratus in Vitis Sophiſtarum. Plinius ab *Roda*, Rodiorum in illo tractu Colonia nomen impoſitum ſcribit. Oritur haud procul Danubij, Reni, Arolæ, Ticini aliorumque fontibus, prope montem, qui vulgo *Briga*. Lacum Lemannum apud Pagum Novam-Villam (*Neuf-ville*) ingreſſus, ſervato fere colore permeat, & ad Genevenſium opidum egreſſus, rapido curſu pergens in mare Mediterraneum erumpit : ſeptem oſtijs, ut ſcribit Apollonius in Argonauticis : quinque, ut Diodorus & alij, tribus, ut Artemidorus apud Strabonem, Plinius & Ammianus: duobus, ut Polybius eodem Strabone teſte, & Ptolemæus: pluribus, ut prudenter ſibique, ne mendacij argui poſſet, cavens Livius. hodie quinque, & plura numerant nominantque Adcolæ, *Gras Neuf*, *Gras d'Orgon*, *Gras Paulet*, *Gras Grāt*, *Gras d'Enfer Gras de Paſſon*: quorum poſtremum, quod verſus Maſſiliam ſit, *Maßaleoticum* appellat Plinius, *Maſſalioticum* Polybius, qui hoc *Primum* vocat, quod ad *Gradus* Mercellino & Antonino : a quo ceteris etiam Oſtijs *Gradus* nomen inditum. Excipit Rodanus *Arvam*: *Ararim* hodie *Saone*: vel *Sone Ifarim*, hodie *Iſere Drunam*, qui hodie *Droma* eſt vel *Droſne* : *Druentiam* hodie

*Mare.* die *Durance*. Sed hæc de Fluminibus in preſentia ſufficiant. *Oceanus Britannicus* a Septemtrione, qua Angliæ opponitur, eam pulſat, ut & ab Occaſu, uti ſupra diximus. A Meridie *Mare Mediterraneum*. Cum ad hoc, tum ad illum Sinus Gallijs ſunt inſignes. Ad Oceanum eſt cumprimis ille, qui *Aquitanicus* Æthico, & alijs. *Tarbellicus Ancon* elegantiſſimus, opida, Diepam, Conſtantiam, & alia. Ad Mare Mediterraneum *Gallicus (Gallaticos)* ſinus eſt duplex, *Major*, & *Minor*. *Major* ea Mediterranei pars appellatur, ubi ſe in illud effundit Rodanus. *Angulus Gallicus* M. Porcio Catoni, *Gallicus Sinus κατ' ἐξοχήν* Livio Iuſtino & alijs *Minor* apud Strab. ſcribitur ad Promontorium Montis Pyrenei, quod *Aphrodiſium* dicitur. Hic *Salſus* vocatur Melæ *Gamblacitanum* etiam ſinum ponit ad Galliam Narbonenſem Anto-

*Portus.* ninus. Portus, ut hodie, de quibus plene Lucas Aurigarius charta V, & quatuor ſequentibus ſic olim habuit Galliæ celeberrimos. Principem obtinet locum *Staliocanus*, *Vindana*, *Brivates* & alij quidam veteribus nominati, Qui *Stoliocanus* Ptolemæo alijs *S. Paul de Lion* in Britannia exiſtimatur, *Roſcou* alijs : quibus ut ſubſcribam, facit, quod poſterior priore multo ſit fidior & commodior, quamvis enim oppoſitam habeat inſulam, cui cognomen vulgo *De Bas*, facilem tamen & tutum ſeptemque altum hodie ulnas, utrimque præbet nauibus ingreſſum. Priori, cui ab D. Paullo nomen, minax objacet Taurus (Inſula eſt, vulgo *Le Taureau*) qui circumpoſitas habet rupes innumeras & latentes & eminentes ; a quibus magnum nautis male providis creari ſolet periculum. Haud procul inde in eadem Britannia verſus Meridiem poſt flexum Promontorij Gobæi, *Vindana* occurrit portus. *Fenſtiers* hodie, vel *Conqueſt*, Iovio male *Breſt*. Adſcribit hinc *Briouaten* Portum Ptolemæus. Nomen hodie fere retinet, *Breſt*, Sequitur apud eundem *Secon* Portus : *Luſſon* vel *Luxon* hodie. Hinc *Santonum*, Portus Ptol. ſcribitur, hodie *La Rochelle*, ut arbitratur Villanovanus. Succedunt Montes & Silvæ. Quod ad montes, Gallia alijs, quam alijs locis eſt montoſior. Eminent hic Delphinatus, Provincia, Sabaudia, & Burgundia. Andegavenſis ager ſuos etiam habet montes, qui in Bri-

*Montes.* tannorum Pictonumq; fines late ſe inſinuant. Montes Galliæ cum primis celebrant veteres ſcriptores *Cebennam*, *Vogeſum*, *Iuram*. *Cebenna* mons eſt, qui, ut Cęſar ſcribit, Arvernos (*ceux d'Auvergne*) ab Helvijs (*ceux de Vivarets*) diſtinguit. *Gebennã* Plin. *Gebennas* Lucanus & Auſonius nominant; *Gebennicos* Mela. Vera genuinaq; ſcriptura eſt, ut Scaliger ſuis ad Merulam literis monet, *Cebenna* per C. Dici enim hodie *Montagnes de Cebenes* & *Cevenes*; ut rectius Κεμμενοὶ Ptol. & Strab. *Cebennæ* Latinis quibuſdam dicantur. *Cebenne* Vineto, Nozoreno, Villanovano, *Montagnes d'Auvergne* nominantur. Horum Montium pars hodie *Tarara*, teſte Gulielmo Budæo lib. 4. de Aſſe, qui Lugdunum euntibus eſt ſuperandus. In vertice ſedes viſitur Petræ inciſa, cui mercatores imponunt eos, qui mercatum Lugdunenſem nunquam frequentarunt : vulgo *La Chaire de Verité* vocatur. Iurare namque coguntur veritatem, Lugduni fuerint unquam, nec ne : eoque nomine nonnihil, quo genio ſimul indulgeant, polliceri. *Vogeſus* Galliæ mons Cæſari lib. de bel. Gallico 4. Lucano lib. 1. Plin. & alijs. *Vocetus* vel *Vocetius* corrupte dicitur apud Tacitum lib. 1. Hiſtoria. & alibi, ut jam ab doctis viris notatum. Alpium nomine a Strabone deſcribitur lib. 4. Hodie *Mont des faucilles*, alijſque nomenclaturis indigetatur. Separat Burgundiam Alſatiamque ab Lotharingia. Provomit Moſam, ut etiam teſtatur Cæſar, & infinitos alios fluvios, quorum plerique Rhenum petunt. Pars unde Moſella profluit *Kratzer* appellatur : quod habere ſe tradit Ortelius ex libello MS. Magni Gruberi, in quo Rhenum deſcribit : addens, tractum hunc *Eſtaye* Gallice, & *Auff der Stay* nuncupari in Chorographica Lotharingiæ Tabula, juſſu & impenſis Ducis ab Iohanne Scyllio accurate delineata : nihilque ibi, eodem Scyllio teſte, præter Aſarum herbam provenire. Gignit Vogeſus in valle Leberia Argentum purum ; ſed, ut notat Munſterus, non ita multum. *Iura* Galliæ dicam Mons, an Germaniæ? Olim fere totus Galliæ : quum Helvetia Belgicæ adcenſeretur ; Hodie magna etiam parte Germaniæ. Initium ejus ſtatui ſolet in finibus Baſilienſium, juxta Rhenum, e regione Waldzhuti. Altus eſt, multiſque & ingentibus ſubnixus ſaxis. Meminerunt ejus Cæſar, Pl. alij, Ptol. *Iouroſſos* eſt; Strab. *Iouraſios* & *Iouras*. Ævo noſtro Accolis Incoliſque pro ratione locorum alijs atq; alijs vocatur nominibus. Haud procul Arce Haſburgenſi prope Brugim (opidulum eſt ſic dictum Idiomate Germanico a Ponte, qui hic ſuper Arolam ex uno Arcu) *Botzberg* audit ; a pago *Botzen*, qvi cum multis alijs pedi montis adlocatus. Hanc Iuræ portionem *Vocetum* vel *Vocetium* eſſe Cornelij Tac. cenſent Munſterus, Schudus, Lazius, & alij. Ortelius tamen apud Tacitum *Vogeſum*, de quo ante, legendum eſſe minime dubitat. Eſt eadem hac montis parte vallis ingens cui nomen *Frickthal*, a pago cognomine. Occurrunt & aliæ hic ibi valles, ut obiter hoc dicam, *Lauffen-thal*, & *S. Imers-thal*, & ſimiles; quarum tamen nulla montem par tranſverſum penetrat. Vbicumque volueris trajicere, opus eſt alta ſcanſione. Inter Ararim porro & Farſpurgum hic mons appellatur *Schaffmat*, quod Latinis *Ovinum* ſonat *pratum*. Inter opidum *Olten* & Humburgenſem præfecturam dicitur *Nider-Hauwenſtein*, *Inferior ſectus lapis* : per ſaxa enim factum eſt iter. Inter Walnburgum & Balſtallium *Ober Hauwen-fleyn* vocatur, *Superior ſectus lapis* : ubi currus onuſti grandibus funibus per montis declivitatem demittuntur. Occaſum verſus procedendo *Waſſer-fal* nuncupatur, id eſt *Aquæruina*. Vlterius eundo *Iurten* ab Sabaudis, priſco fere nomine, appellatur. Brachium, quod ſe extendit Baſileam verſus uno ab urbe milliario, juxta Burſam fluuium, *Blouwen* dicitur creſcitque non parum in altitudine & aſperitate quouſque Delſpergum veneris ubi rurſus in planiciem diducitur. Vlterius, verſus *Bellele* Monaſterium Gallicum procedendo, rurſum creſcit, at deinde iterum evaneſcit ſpacio unius milliarij : hinc iterum ſaxoſum horrendumq; montis jugum ab Oriente in occaſum extenditur : quod pervium feciſſe ſcribitur Iulius Cæſar perforato in portæ formam ſaxo. Portam hanc nominant alij *Pierre-port*, *Petræportam* ; alij *Pierre-pertus*, *Petram Pertuſam*. Deſcriptam vere accurateque ab Sebaſtiano Munſtero, Merula, qui eam aliquando tranſgreſſus, teſtatur. Inſcriptionem ſupra portam ſatis claram idem deprehendit, niſi quod primæ vocis litteræ reliquis magis ſint extritæ;

N.... AVGVSTI VIA DVCTA PER ARDVA MONTIS
FECIT ITER PETRAM SCINDENS IN MARGINE FONTIS

Per hunc fontem intelligit Poeta Byrſam amnem, qui ibi ex petra magna aquarum vi erumpit. Procurrit inde Iura verſus Libonotum inter Helvetios Sabaudoſque, quos ad Vulturnum reſpici, & Burgundos, quos ad Caurum relinquit (unde & apud Cæſarem lib. primo duobus locis Iura Sequanos ab Helvetijs dividit) ſecus varios Lacus, quorum præcipuus Lemannus ; ubi longe lateque *Mons S. Claudij* nuncupatus ad Rodanum tandem terminatur. De alijs, qui ad Gallias etiam nonnihil ſpectant, de *Pyræneo*, inquam, dixi, in deſcriptione Hiſpaniæ ; deque Alpibus differam, ubi Italiam percurrendum mihi erit. Silvæ Gallijs ſunt frequentes, non tamen, ut alijs in regionibus magnæ, non denſæ, non ita dumis horridæ. Apud Cenomannos variæ ſunt, *Les foreſts de Verſay*, *Longoulnay*, *Perſi*, *Sille*, *Charnay*, *Audain*, *Maine*, *Conciſe* : apud Britannos inferiores, *de Boſtblanc*, *de Toriant*, *de Guierche*, apud Pictones, *les Foreſts de Mouliere*, *Dyne*, *Broſſe*, *Ligne*, & aliæ : apud Bituriges *Silva Roberti* cũ alijs viſitur : apud Andegavos,

*Lour*

*Lourſaie* & *Marſon*. Totus Bononienſium Ager una quaſi obſeſſus eſt Silva, cujus partes, *Les bois de Suvene, Celles, Hardelot, Dalles, Bourſin*. Apud Veromanduos haud procul Perona Nemora ſunt *Recoigne* & *Bouhan*; Apud Picardos *Bois de Baine, de Beaulieu, de la Fere, de Couſſy*. Nec ſuis caret Silvis Lotharingia. *Warned, Walt, Le Bandois, Bois de Mondon, de Heyde, de S. Cenoiſt. de la Voyge, Mortaigne, Doſeyne*. In Burgundijs multæ ſunt Silvulæ, quarum nunc non occurrnnt nomina. Alias prætereo, quæ paſſim per Gallias hic ibi ſparſæ. *Arduenna*, potiſſima partecſt in inferiore Germania ideoq; ibi deſcribenda. *Gallicam* vocat Claudianus; & *Silvam Galliæ maximam* Cæſar lib. ſexto de bello Gallico, quod olim eſſet in Gallia Belgica. Gallos vero admodum deditos religioni, atque inter primos fuiſſe qui Chriſtianam religionem amplexi ſint, & ſemper præ reliquis eam ſervaverint & coluerint, non ſolum veterum ſcripta & monimenta: ſed etiam magna Templa, aliaque religioni loca deſtinata teſtantur, quæ in urbibus, & pagis ubique magno numero conſpiciuntur. Certe in una urbe Pariſienſi lxix univerſim numerantur: inter ea maximum *Cathedrale D. Virginis*; quod jactis ab Philippo Auguſto anno 1191, fundamentis, ſerio ædificari cœptum anno .1257, D. Ludovico regnante: ex Galliæ miraculis præcipuum. Columnis cxx ſuſtinetur. Longitudo paſſuum 174, Latitudo 60: altitudo 100. Chorus lapide cinctus: hiſtorijs ex veteri novoque Teſtamento inſculptis. In ambitu habet Sacella 45 ferreis Clathris munita. Vniverſim portæ 11. In fronte tres biforæ, ſtatuis 28 Regum inſignes. Ad latera Turres viſuntur. ſeu moles verius Campanariæ, altitudine 34 cubitorum. Campana maxima, cui ab Maria Virgine cognomen, viginta viros flagitat pulſanda, ſonitus ſereno cœlo per ſeptem leucos auditur. Infinitum eſſet reliqua Templa quæ hic & alijs in locis viſuntur deſcribere. Infinitum Abbatias, Cœnobia, Monaſteria, Xenodochia, Noſocomia, Ptochodochia & Orphanotrophia. Quid vero dicam de Arcibus, quid de conſpicuis Regum Palatijs? Quid de Magnatum Equitum Ædibus pulcherrimis? Quid de alijs tam publicis quam privatis ædificijs? De his ego tacere malo, quam parum dicere. Academiæ a Mercatore enumerantur. Ex his omnibus tanquam ex multis Equis Trojanis, innumeri docti viri, Theologi, Iuriſconſulti, Medici, alij exierunt: quos uno ductu enumerare ſi conarer, maximum mihi quidem conciliarem laborem, lecturis vero tædium. Nobilitas ſane Gallica (quæ ferequentiſſima eſt) hodie tam pertinaci diligentia, ut hoc univerſim dicam, tamque adſiduo labore meliorum literarum ſtudia perſequitur, adeoque in omni diſciplinarum artiumque genere excellit, ut nuſquam terrarum magis. Videre ibi eſt ſummo loco natos illuſtribuſque ortos familijs noctes dieſque inhærere chartis, & nunquam non Muſarum ſacris operari. Sunt qui de quacumque re in medium prolata expeditiſſime poſſunt, methodo admiranda, ex tempore & abſque ulla præmeditatione per horas aliquot, non ſine audientium ſtupore differere. Bibliothecæ in hoc regno variæ, cum primis Pariſijs *Regiæ Majeſtatis* & *S. Victoris*, ut alias publicas & privatas præteream optimis rariſſimiſque cum editis, tum manuſcriptis refertas libris. Ad mores venio. Gallos acutos ingenio, & ab doctrina minime alienos eſſe, teſtantur Diodorus & Strabo. Commendat illorum in bonis litteris ſtudia non uno in loco Symmachus: Marcus Portius Cato originum lib. 11 apud Chariſium Soſipatrum: *Pleraque Gallia*, inquit, *duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem & argute loqui*; ne neſciamus veteres Gallos inter alias gentes Eloquentiæ gloriam reportaſſe. Et hinc Iuvenalis: *Gallia Cauſidicos docuit facunda Britannos.*

*Opera publica.*

*Academiæ Bonarum artium. ſtudijs celebres, Viri. Bibliothecæ. Mores.*

Ingenium ſimplex, nullaque devinctum malignitate (egregia hæc veterum Gallorum laus) tribuit illis Strabo. Pronunciat de ijs oculatus teſtis Iulianus, quod adulari neſciant: ſed libere ac ſimpliciter cum omnibus æquabilique jure vivere: Venerem Nuptiarum Deam & Bacchum letitiæ datorem conjugij proliſque, ut fabulantur Poetæ, & vini, quantum cuique libeat, potandi gratia tantum noviſſe. Quæ his alijſque talibus adverſantia nonnulli proferunt, ut convitia, & tanquam ab maligna mente manuque profecta, ſunt exaudienda. Nam quis non videt, lectis veterum ſcriptorum de Gallorum indole monimentis, factaque cum genio, qui ijſdem hodieque eſt, commiſſione, falſum eſſe quod tradit Servius, Gallos pigrioris eſſe ingenij: quod Iulius Firmicus, ſtolidos: quod Iulianus, quaſi ſui oblitus, ſtupidos, & ruſticitatem amantes; quod Polybius, doctrinę & artibus operam non dare: quod idem cum Diodoro, Athenæo & Clemente Alexandrino, infidos eſſe, crapuleque & ebrietati deditos; quod Livius Polybiuſque, molles eſſe & effœminatos: quod Mela, Auri avidos, ſuperbos, ſuperſtitioſos: quod Solinus, vaniloquos: quod denique pecuniæ inſatiabiles eſſe, Plutarchus in Pyrrho. Fatendum nihilominus multa Gallis inſtillata aliorum populorum commercio. *Nemo Gallos*, ait Florus lib. 111. cap. 10 *tantum feroces dixerit, fraudibus agunt*. Avidos Iurgiorum docet Ammianus lib. 15. Reprehendit etiam Diodorus in Gallis quandam linguæ intemperantiam, ſermone notans eos uti brevi & ſubobſcuro; multa ex animo dubia loqui, plurima ad jactantiam in ſuam laudem dicere, & ad cæterorum contemtum: minaces eſſe ac detractores, opinioneque inflatos, iactantia illa ab Strabone etiam eſt animadverſa. Atque ea Gallica oſtentatio eſt, quæ ab Cæſare lib. 7 nominatur, & multis reliquorum librorum exemplis adprobatur. Talis eſt libro 1, Helvetij Diviconis elatio, dum Helvetiorum virtutem extollit, Romanæ cladis memoriam objicit, Cæſaremque minitando, admonet, ne committat, ut is locus, ubi Romani conſtitiſſent, ex calamitate populi Romani internecione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet. Sic Vercingetorix in concione jactat ſe unum conſilium totius Galliæ effecturum, cujus conſenſui ne orbis quidem terrarum poſſit obſiſtere. Quod ad veterum Gallorum religionem, cultumque in rebus ſacris ſervari ſolitum flocci faciendus eſt M. Tullius oratione pro M. Fonteio ſcribens, *Gallos minime ulla religione moveri*. Audiendus potius Livius; qui, etſi in cæteris ſatis huic genti iniquus, *negligentiam tamen haudquaquam religionis* adfirmat: Et Cæſar lib. 7 belli Galli. cui penitus cognita hæc natio, dicit eam *admodum deditam religionibus*. Idem Cæſar; *Deum maxime* Mercurium *colunt: hujus ſunt; plurima ſimulacra; hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad quæſtum pecuniæ mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur. Poſt hunc Apollinem & Martem, & Iovem &* Minervam: *de his eandem fere, quam reliquæ gentes habent opinionem; Apollinem morbos depellere*: Minervam *operum atque artificiorum initia tradere; Iovem imperium caleſtium tenere;* Martem *bella gerere*. Celtas *Iovem* colere atteſtatur Max. Tyrius, cujus ſignum altiſſima quercus. *Diniam*, eamque *Epheſinam* templum habuiſſe apud Maſſilienſes, Strabo teſtis eſt: apud Gallo-Græcos *Dianam* cultam. Polyænus lib. 8, & Plutarchus de virtutibus mulierum commemorant. Sed & aliam coluerunt Galli *Dianam*, *Arduennæ* cognomine, quam in Arduenna Silva maxime locum habuiſſe, cultamque fuiſſe, vero eſt ſimile. *Eſum* ſive *Heſum*, *Teutatem* & *Taranem*. Deos habuiſſe Gallos, Lactantius, Lucanus & Munitius Felix referunt: ſed *Martem*, *Mercurium*, *Iovem*, hos plerique docti interpretantur. *Belenus* Gallorum Deus eſt apud Auſonium, qui *Belis* apud Herodianum in Maximinis idem fortean cum *Tibilene* Tertulliani in Apologetico, qui Græcis alijſque Apollo, putatur fuiſſe. Colebatur & apud Gallos *Abellio*, de quo monimenta extare notat in Conventis Novem populaniæ vir nobiliſſimus Ioſephus Scaliger ab Auſon. lib. 1. cap. 9. *Herculem* etiam *Ogmij* nomine coluiſſe Gallos auctor eſt Lucianus in Hercule

cule Gallico. Galli autem veteres Deos ſuos in dextram converſi adorabant, Athenæo ſcribente. Sic Plinius lib. 28. cap. 2. *In adorando dextram ad oſculum referimus, totumque corpus circumagimus, quod in lævum feciſſe Galliæ religioſum credunt.* Dijs homicidio aliiſque rebus ſacrificabant, Marti imprimis, teſte Cæſare, qui ita; *Huic, quum prælio dimicare constituerint, ea quæ bello ceperunt, plerumque devovent quæ ſuperaverint, animalia capta immolant, reliquaſque res in unum locum conferunt, multis in civitatibus harum rerum exſtructos tumulos locis conſecratis conſpicari licet: neque ſæpe accidit, ut neglecta quiſpiam religione, aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet: graviſſimumque ei rei ſupplicium cum cruciatu conſtitutum eſt.* Eadem fere apud Diodorum Siculum legimus. *Mercurio* quoque Gallos humanas hoſtias cædere, Minutius Felix auctor eſt. *Maior ætas*, inquit Tertullianus in Apologetico, *Mercurio proſecatur.* Adeo ut ſatius fuiſſet, quemadmodum ſcribit Plutarchus de ſuperſtitione, Galatis, ſi nullam omnino habuiſſent notionem Deorum, quam Deos eſſe exiſtimarent, qui hominum mactatorum cruore mulceantur, maxime ſolenne hoc ſacrificium & Victi. mam putantes. Hic autem hominum apud Gallos uſus non in ſacrificijs ſolum fuit, verum etiam in divinationibus. Notat Strabo Gallos, hominis Sacris devoti tergum enſe ferire ſolitos, exque ejus palpitatione ariolari. Apud fortium Virorum Buſta, Oraculorum captandorum cauſſa abnoctare ſolere, ſcriptum reliquit Tertullianus de Animа. Verbenaca herba hos etiam ſortiri, & reſponſa præcini, commemoratur a Plinio. Nullum autem Gallis Veteribus Sacrificium erat ſine *Druide*, inquit Diodorus. Fuerunt *Druidæ* olim apud Gallos clari ſacerdotes ſicut & *Bardi* de quibus Lucanus.

*Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas*
*Laudibus in longum Vates dimittitis ævum,*
*Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi;*
*Et vos Barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum*
*Sacrorum Druidæ poſitis repetiſtis ab armis*
*Solis noſſe Deos, & cœli numina vobis*
*Aut ſolis neſcire datum. Nemora alta remotis*
*Incolitis lucis: vobis auctoribus, umbræ*
*Non tacitas Erebi ſedes, ditiſque profundi*
*Pallida regna petunt: regit idem ſpiritus artus*
*Orbe alio: longæ (canitis ſi cognita) vitæ*
*Mors media eſt. -------- Inde ruendi*
*In ferrum mens prona viris animæque capaces*
*Mortis, & ignavum eſt redituræ parcere vitæ.*

Atque hæc de Moribus Gallorum in Sacris: nunc de eorundem ritibus in prophanis pauca ſubjiciamus. Gallos ad Concilium armatos venire ſolitos, teſtatur Livius: In his (loquitur de Gallis) *nova terribiliſque ſpecies viſa eſt, quod Armati (ita mos gentis erat) in Concilium venerunt.* Scribit Strabo id in Gallorum Concilijs uſitatum fuiſſe, ſi quis orantem interpellaret, progrediens Miniſter publicus diſtricto gladio adjectiſque minis ſilentium imperabat: quod ſi non adquieſceret, idem iterum tertioque faciebat: denique de Sago interpellatoris tantum amputabat, ut reliquum inutile redderetur. De ipſa porro re loquentem audiamus Cæſarem. *Gallorum*, inquit, *ſubita & repentina Cōſilia, in Conſilijs capiendis mobiles, & novis plerumque rebus ſtudent. Eſt autem hoc Gallicæ conſuetudinis, ut & Viatores etiam invitos conſiſtere, cogant, & quod quiſque eorum de quaque re audierit aut cognoverit, quærat: & Mercatores in Opidis Vulgus circumſiſtat, quibus ex regionibus veniant, quaſque res ibi cognoverint, pronunciare cogunt: & his rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt: quare e veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſerviant, & plerique ad Voluntatem eorum ficta reſpondeant.* De Celtis hoc Stobæi non negligendum: apud nos nempe gravius animadverti in eum, qui Peregrinum, quam qui Civem occiderit: huic enim Exſilium, illi Mortem Pœnam ſtatui. Notat idem Cæſar, Gallos, ubi major atque inluſtrior res incideret, eam clamore per Agros Regioneſque mira celeritate ſignificare ſolitos: hinc alios deinde excipere, & proximis tradere. *Liberos ſuos*, ut idem ſcribit, *niſi quum adoleverint, ut munus Militiæ ſuſtinere poſſint, palam ad ſe redire non patiuntur Filiumque in puerili ætate in publico in conſpectu Patris adſiſtere turpe ducunt. Viri quantas pecunias* eodem memorāte, *ab Vxoribus Dotis nomine acceperint, tantas ex ſuis bonis æſtimatione facta cum Dotibus communicant: hujus omnis Pecuniæ conjunctim ratio habetur fructuſque ſervantur. Vter eorum vita ſuperarit, ad eum pars utriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum pervenit. Viri in Vxores, ſic uti in Liberos, Vitæ Neciſque habent Poteſtatem* Gallorum mulieres ſpecioſas, magnitudine & robore Viris ſimiles, facit Diodorus: fœcundas & bonas educatrices, ſive ut Strabo, pariendo educandoque felices. Fuit & Gallis uſitata more reliquarum Gentium Servitus. *Plerique*, ait Cæſ. lib. VI, *quum aut ære alieno, aut magnitudine Tributorum, aut injuria Potentiorum premuntur, ſeſe in ſervitutem dicant Nobilibus, in hos eadem omnino ſunt jura, quæ Dominis in Servos.* Tractabantur tamen humanius liberaliuſque, quam apud Romanos. Domini namque Galli ſuos obæratos, atque, ut Cæſar voce Gallica appellat *Ambactos*, honoris quodam loco circum ſe habebant, eorumque opera in bellis utebantur. Fictilia porro in uſu habebant, Diodoro teſte, denſa ac Floribus diſtincta. Cænabant ſedendo omnes non in ſedibus, ſed in ſolo, ſuperſtratis Luporum aut Canum Pellibus (in Toris apud Strabonem.) Miniſtrabant eis Pueri Iuniores, ætate tenera. Iuxta eos Ignes fiebant, ijſque adpoſita viſebantur Ollæ, & Verua Carnibus plena, maxime ſuillis, tam recentibus quam ſalitis, ſed & omnis generis Carnibus: plerumque vero Cibus erat cum Lacte, ut ſcribit Strabo. Audiamus hic Athenæum ex Poſidonio, ſic fere Latine ſonantem: *Celtæ fœno ſubſtrato Libationes propinant ſuper ligneis menſis, a terra parum exſtantibus. Panis & is paucus* (Panem hunc Fermento leviorem eos facere, adnotat Plinius) *Cibus eſt. Caro multa elixa in aqua vel ſuper prunis, aut in verubus aſſa: hanc Leonum modo ambabus manibus Artus integros tollunt, morſuque dilaniant, & ſi quid ægrius divellatur, exiguo id cultello præcidunt. Adponunt in Convivijs Piſces, qui Fluvijs adcolunt, Interioriſque & Exterioris maris littoribus & eos cum Sale, Aceto & Cymino (quod etiam Potioni injiciunt) aſſos.* Et paullo poſt: *Locupletes vinum bibunt ex Italia petitum vel Maſſilienſium regione, & id merum, interdum Aquæ Paululum affundentes.* Hactenus ille. Sed & ex fruge madida Potum ad Ebrietatem feciſſe, Plin. eſt autor lib. XXII cap. ult. Ex Hordeo Potum quem *Zythum* appellabant feciſſe, & alium ex aqua, in qua favum Mellis laverint: Diodorus tradit. Quod ad Veſtitum, *Saga* ferebant, notante Strab, eaque denſa ex Lana texebant, *Lænas* vocantes. Hujuſmodi Saga ſcribit Plin. lib. VIII cap. XLVIII *Scutulis* dividere Gallos inſtituiſſe. Quæ Plin. *Scutulæ*, Diodoro ſunt πλινθίαι. Per quæ nihil aliud illi intelligunt, Nobliſſimo Viro Ioſepho Schaligero notante, quam quas Galli Hodie vocant, *Laurangias*, ab Lauri folio, quod habet Rhombi figuram. *Bracis* porro (quæ quod Gallorum eſſent, Tegmen barbarum Tacito) utebantur Galli *circum extentis*, vel *Laxis*. Loco Tunicarum apud Strabonem Veſtem habent Galli Fiſſilem manicatam uſque ad pudenda & nates dimiſſam. Manet hodieque forma in iſto Veſtis genere, quod nobis vulgo *Pallatrock* vel contracte *Palt-rock*. Annulis dicit uti in Digitis, nihil diſtinguens Diodorus, in medio tantum, Plin. natur. hiſt. lib. XXXIII cap. 1. Sed de his ſatis, ad ſpecialiora Galliarum pergo.

*Victus.*

*Veſtitus.*

# BRITANNIA. NORMANDIA.

## BEAVSSE, POICTOV, BERRY.

BRITANNIA
- Inferior habet dominia.
  - Grello cujus principalis locus Chasteau Andron 1738.48.22.
  - Le païs de Gueel.
  - Baignon.
  - Montfort.
  - Vannetais 17 28.47 12.
- Superior in qua sunt.
  - Ruban Viconté 17 13.47 41.
  - Pais de Brieux
  - Iugon 28 6.48 22.
  - Plerel.
  - Pontigny
  - S. Iulian de Vouantes,
  - Auseuy.
  - Lamballe 17 54.48 21
  - S. Malo.
  - Iocelin.
  - Redon.
  - Renes.
  - Montcontour
  - Dinan.
  - Maleſtroit.
  - S. Aulbin 19 6.48
  - Nantes.
  - Cliſſon ſub quo comprehenduntur, Pais de Rhez. Cliſſonois, & Chantauſsy.

Status Eccleſiaſticus Britanniæ,

Archiepiſcopus *Dolenſis in Dol. Hos ſub ſe habet Epiſcopos: Nannetenſem Nantes Venetenſem Vannes, Briocenſem S. Brieu, in his tribus Gallice & Britannice loquuntur.*

*Cariſopitenſem Corneuaille 17 23.48 22. Leonenſem S. Pol de Leon, Trecorenſem Treguir. In quibus Britannica tantum lingua, quam vocant Breton Bretonant in uſu eſt, quam veterem Troianorum linguam eſſe putant.*

*Maclovienſem S. Malo, & Redonenſem Renes. In his, ac Dolenſi Gallice tantum loquuntur.*

NORMANDIA.
- Superior in qua ſunt.
  - Duces.
    - Alençon.
    - Aumalle 22 29.49 50.
    - Longueville.
  - Comites.
    - Eu partim, nam pars in Francia eſt.
    - Harcourt,
    - Eureux.
    - Tancarville 21 26.47 22.
    - Maulevrier.
    - Mortain 19 34.48 39.
    - Montgommery.
  - Vulx *in dimidia parte in qua eſt Giſors villa capitalis, Comit. & Balliage.* 22 59.47 8.
  - Baroniæ L'aigle 21 50.48 47.
- Inferior in qua ſunt.
  - Pais de Caux 22 0. 49 39.
  - Pais de Beſsin 20 20.49 6.
  - Conſtantin, Metrop. Conſtance.
  - Hovivet.
  - Royaume de Yvetot 21 51.49 36.
  - Le Vaulx de Vire.

Status Eccleſiaſticus Normandiæ

Archiepiſcopus *Rothomagenſis Roan, cui ſubſunt Epiſco. Sagienſis Sees 21 16.48 42. Conſtancienſis Conſtance, Lexovienſis Liſieux 20 10.47 4. Abrincenſis, Auranches, Baiocenſis Baieux, Ebroicenſis Eureux.*

BEAVSSE triplex eſt.
- Haulte Beauſſe in qua ſunt.
  - Chartrain, Chartres Duc & Comit. in quo ſunt
    - Comit Dreux.
    - Comit. Montfort.
  - Aniou *Duc. & ſub illo* Maine Comit.
  - Perche Comit. in quo
    - Perche Gouet cujus principale opidum Nogent le Rotrou.
    - Haulte Perche in quo Mortaigne opidum principale.
- Baſſe Beauſſe in qua ſunt
  - Pais d'Orleans, Sologne, & Lorris 23 26.47 56.
- Moyẽne Beauſſe in qua ſunt
  - Comit. Blois ſub quo Dunois Comit. cujus præcipuum opidum Chasteaudun, & Comit. de Tonoire.
  - Vendoſme Comit.
  - Touraine Duc.

Status Eccleſiaſticus in Beauſſe.

Archiepiſc. *Turonenſis, Tours habet ſub ſe* Cenomannenſem, Le Mans, *& Andegavenſem* Angiers.
Epiſcopus Carnotenſis Chartres *ſubeſt Senonenſi in* Campania, *& item Aurelianenſis.*
POICTOV & BERRY *peculiaribus tabulis latius declarabuntur.*

*Hæc pro magna parte collegi ex Itinerario Gallico intitulato La Guide des Chemins de France.*

Medius Meridianus 19.0. reliqui ad hunc inclinantur ratione 46 40. & 49 0. Parallelorum.

## *Britannia, Normannia, Belſia.*

BRITANNIA, vulgo *Bretaigne*, nomen, jura, leges, incolas a Britannis, quos nunc Anglos, dicimus ſortita eſt, qui ſedibus ab Saxonibus pulſi in ea conſederunt, Vortigerno regnante, a quo evocati ad defenſionem adverſus Scotos fuerant. Fieri etiam poteſt ut ante id tempus in hac Galliæ parte Britannorum fuerint coloniæ, quæ tunc auctæ exulibus Britannis, quam vim domi paſſi fuerant, Aremoricis (nam hi quondam inſederunt hæc loca) intulerunt. Scaliger in urbibus:

*Vicit Aremoricas animoſa Britannia gentes,*
*Et dedit impoſito nomina priſca jugo.*

BRITANNIA
&
NORMANDIA
cum confinib⁹
regionibus
Miliaria Gallica communia
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio
MARE BRITANNICVM vulgo
het Caniel à Belgicis
nautis dicitur
Picardiæ pars
Angliæ pars
BRETAIGNE
NORMANDIE
FRANCE
BEAVSSE
TOVRAINE
BERRY
LYMOSIN
SAINTONGE
Arguaigne scopulus sub mari tribus vnis.
OCEANVS AQVITANICVS
SEPTEN TRIO
MERI DIES

Vnde & olim *Armorica* fuit appellata: præcipue qua ad Mare vergit ubi nunc Inferior eſt Britannia. *Ar-mor* enim
*Situs.* veteribus Britannis nihil aliud, quam *ad Mare* vel *ſupra Mare*, teſte Camdeno. Ad Orientem Normannos habet, Ce-
nomanos & Andegavenſes confinales: ad Meridiem Pictones: reliqua latera claudit Mare Britannicum. In altum ul-
tra reliquas Provincias omnes procurrit, peninſulę inſtar, unde nõ inconcinne *Cornu Galliæ* vocatur, Soleæ ferreę ſpe-
ciem referre dicitur, cujus exterior pars ſubrotunda Mare: interior vero concava, reſpicit Mediterranea. Longitudo
*Soli fertili-tas.* ejus ſex dierum eſt itineris, trium autem Latitudo. Regio eſt amœniſſima & fertiliſſima. Pratis abundat & Erycetis,
*Imperium Majorum.* ex quibus gratum Pecori Pabulum. Venas Fodinaſque habet Argenti, Ferri, Plumbi. Britanni autem in tantam re-
pente potentiam excreverunt, ut Gothis quo minus Galliam totam occuparent obſtaculo fuerint. Certe Riothimus
iſtorum Rex XII millia Britannorum contra Gothos in auxilium Romanorum eduxit, ut author eſt Iornandes. Prę-
lio quoque adverſus Attilam interfuiſſe teſtis eſt Callimachus. Eſt & illud grave argumentum Britannorum poten-
tiæ, quod Reges Galliæ totam hanc oram de qua ſuperanda deſperabant, Normannis, ut pote bello magis adſuetis o-
lim vincendam depopulandamque conceſſerint. Nec caruit conſilium eventu; Norico enim enſe Britannica con-
tuſa eſt ferocia. Paruit igitur Normannis quæ antea Regi Galliæ paruerat. Poſtea proprios habuit Duces. Vltimus
eorum fuit Franciſcus, qui anno CIↃ CCCCXC, vita functus, unicam Filiam Britanniæ hæredem reliquit. Hæc Maximi-
liano Archiduci Auſtriæ Romanorum Regi deſponſa, quum per Franciam deducenda eſſet, rapta eſt a Carolo octa-
vo, qui eam ſibi matrimonio conjunxit. Ex eo Britannia Franciæ adnexa fuit. Ea hodie duplex eſt *Superior & Inferior*,
*Vrbes.* Illa Ligeri vicinior, hæc Anglię, diciturq; alio nomine *Ripienſis*. Superioris Metropolis eſt *Vrbs Nannetica*, vulgo *Nan-
tes*. Ptol. κονδιξικνον *Nannetum*, ut cenſet Ioſephus Scaliger, Cognatus, & alij. Sedes fuit olim Britanniæ Ducum, Co-
mitatus habens titulum, Duciſq; Primogenito abſcribi ſolita: ad Ligerim duoſq; alios Fluviolos ſita, loco peropor-
tuno, haud procul mari: Epiſcopalis ſtatio, ut & quatuor quæ ſequuntur. *Vrbs Redonica*, vernacule *Renes*: Κονδάτε *Redo-
num* Ptolemæo: *Condate* Antonino. *Dolum*, Opidum nunc, olim Arx: vulgo *Dol* vel *Doul*: *Fanum Briocenſe*, vulgo *S.
Brieu*, Opidum non ignobile. Rupes ibi excelſa tutam præbet navibus ſtationem: in ea Arx urbi protegendæ excita-
ta *Fanum S. Machlovij*, vernacule *S. Malo*: *Dinan* Opidum pulchritudinis eximiæ, in delicijs aliquando Britanniæ Du-
cibus. Sunt & Britanniæ Superioris alia Opida *Rieulx*, *Chaſteau-briant*, *Lãballũ*, *Vitray*, *Iugon*, *S. Aulbin du Cormier*: *Mõt-
contour*, *Plerel*, *Iocelin*, *Maleſtroit*, *Pontigni*, *S. Iulian*, *Encenis*. In Inferiore urbes & Opida celebriora: *Venetia* hodie *Van-
nes S. Pauli Fanum*, *S. Paul de Leon*. *Tricorienſe Opidum*, vulgo *Triguier*. *Blabia* nunc *Blavet*. *Morlaye*, *Quimpelray*, *Conquer-
neaux*. *Quimper corentin*, *S. Regnaut des bois*: & alia. Flumina Britanniæ ſunt *Ligeris*, *Rauſa*, *Ella*, & alia. Mare commercijs
*Flumina. Mare.* aptiſſimum eſt: unde Sal extrahunt adcolæ, quod ab Sole induratum Conregionalibus vendunt. Præter autem ſupe-
*Portus.* riores urbes & Opida, commodiſſimos etiam Portus præſtant *Breſt*, *Ancrayum*, *Hanebontum*, *Pontſecrot*, ubi magna O-
*Mores* ſtrearum copia legitur. Incolę non omnes eadem animi alacritate, non omnes eadem comitate: plerique tamen cau-
ti lucrique cupidi: graviſſima negotia ad pocula tractare ſoliti.

*Normannia* ſic dicta a Populis Septemtrionalibus. *Nort* enim, Idiomate Germanico, *Septemtrionalis Orbis terra-
Normannia unde dicta.* rum plaga*: *Man Vir*: *Normannia*, Terra Franciæ viris eo ab Septemtrionali ora vel Arctoo orbe ex Dania Norvegiaq;
profectis ad habitandum data. Notæ ſunt *Normannorum* in Germaniam Galliamq; excurſiones. *Normannia* autem ad
Occidentem Crenone fluvio a Britannia ſecernitur, a Septemtrione Oceano terminatur, a Meridie Cenomannis: ad
Orientem vero habet Franciam proprie dictam, (in qua eſt Lutetia) a qua Flumine *Epta* diſtinguitur. Itaq; tota non
pertinet ad Galliam Lugdunenſem, ſed aliqua ejus pars ad Belgicam ſpectat. Eam ſexto vix die expeditus pertranſeat
*Soli fertili-tas.* Regio fertiliſſima, Frumenti admodum ferax, Pomis atque Piris adeo referta, ut hinc potum gens ſibi adfatim ex-
*Imperium. Majorum* primat, & ad exteros copioſe fructus exportet. Eſtque Pecoris magna copia. *Rollo* Normanus atrociſſima excurſi
one in pleraq; Galliarum littoralia, & inde porro in loca mediterranea & penitiſſima: ad tãtam redegit neceſſitatẽ Ca-
rolum Simplicem Francorum Regem, ut Rolloni, ad Chriſtianam pietatem invitato, filiam *Gillam* dederit uxorem,
totamque dotis nomine *Weſt-richam*, & qui ſuper Ligerim Britannos, primuſque hic factus eſt Dux Normanniæ.
*Vrbes.* Vrbs primaria eſt *Rotomagum* vulgo *Rouen*: Ptolemæo, ut ſentit Vir Nobiliſſimus Ioſephus Scaliger. Ῥωτόμαγος.
ξενελλοκατίων: Alijs alia mens eſt. *Rotomagum* apud Antoninum inter Iuliobonam & Lutetiam. Fluvijs adſidet, ad
Meridiem quidem *Sequanæ*, maximarum navium (unde ingens Mercaturæ commoditas) capaci; ad Orientem mi-
noribus *Rubeco* & *Aubetta*: ad Septemtrionem latiſſimos pratorum habet Campos, Monteſq; præcelſos. Sequana põ-
te ſtratus eſt ingenioſi artificij ſtructuræq; ſiquid in Gallijs aliud, admirabilis; lapide quadrato, validis columnis, pul-
chris arcubus, qui tredecim numero: altitudinis latitudiniſque inſignis. Eſtque Vrbs hæc Archiepiſcopatu & Par-
lamento celebris. Sunt pręterea *Aurenches*, *Evreux*, *Baieux*, *Sais*, *Conſtances*, *Liſieux*, *Alençon*, *Aumale*, *Longueville*, *Eu*, *Har-
court*, *Tancarville*, *Malevrier*, *Mortain*, *Mongommery*, *Thorigni*, *Giſors*, &c. Normannia quibuſdam ſtatuitur duplex *Su-
perior & Inferior*. *Superior*, *la Haulte Normandie*, continet (præter Ducatus Comitatuſq; præſcriptos) illam Regionis
portionem, quæ vulgo *Veſquecin*, alijs *Vulx* & *Vulxin* cognomine *le Normand*. *Inferior*, *La Baſſe Normandie*, in minores
diſtrahitur Partes, quæ vernacule *Caulx*, *Beſſin*, *Conſtantin*. Gens omnis ſuapte natura callida, nullis exteris legibus
*Vulgi Mo-res.* obnoxia: Moribus ſuis & conſuetudine, quam pertinaciſſime tuetur, vivit. Doli quidem & litis ad prime gnara; ali-
oqui doctrinæ & religioni dedita.

*Belſia.* *Belſia* vulgo *La Beauſe*. Regio ſiccitate aquarumque laborans penuria: fertilis nihilominus, & frumenti valde fe-
*Soli fertili-tas.* rax. Ea triplex eſt *Superior*, *Media*, *Inferior*, *Superior*, *La haulte Beauſſe* initium capit ab Vico, qui vulgo *Ablys* indigeta-
tur, petens porro Carnutum agros & ulteriora. Concenſentur illi *Carnutum* Regio *Ducatus Andegavenſis*, *Comitatus
Superior. Belſia. Situs. Vrbes. Media, Belſia. Situs Soli fertili-tas. Opida. Inferior. Soli fertili-tas. Vrbes.* *Perchenſis*. *Carnutum Territorium* vulgo le *Pais Chartrain*, adhæret hinc Perchenſi Comitatui, inde Ducatui Aurelia-
nenſi. Carnuticum ſolum nulli reliquæ Galliæ parti fertilitate vel amœnitate cedit: omnî generi Frumenti, Fructu-
um, Pecoris abundans. Vino non deſtitutum. Primarium Opidum *Carnutum* audit Αὐτρικον Ptol. nunc *Chartres* O-
pidum hodie non poſtremi loci. *Carnutum Territorio* ſolitus eſt adcenſeri *Comitatus Druidenſis* & *Montfortius*. Sunt hic
Opida *Dreux* & *Montfortium*. *Ducatus Andegavenſis*, *La Duchê d'Aniou* peculiarem tabulam habet. *Comitatus Perchenſis*
dividitur in duas partes, de quibus Mercator. Sequitur *Media*, cui tribui ſolitum quicquid eſt, inde quidem ad utram-
que Ligeris ripam ab *Ratomago*, *Vendomium* uſque: hinc autem in dextra ejuſdem Ligeris ripa quicquid Caſtelloduno
porrigitur Bleſas & Turonenſium ad uſque agros. Reliquas fertilitate ſua Belſias ſuperat. Hujus Comitatus, & du-
catum habet Mercator. *Inferior* Belſia reſtat. Ea Campeſtris omnino & plana: Frumenti valde ferax, totius Galliæ
horreum: porrecta inter Epiſcopatus Aurelianenſem & Carnutenſem opido Stampenſi procurrit, verſus Orien-
tem quidem ad Senones uſque, verſus Meridiem ad Põtem Aurelianenſem. In ea eſt *Aurelia* vulgo *Orleans* ſita ad Li-
gerim. Hæc *Genabum* Cæſari: *Aurelianenſis Vrbs* legitur apud Sidonium, *Aureliana Civitas* apud Iordanem de Rebus
Geticis. Ducatus titulo eſt nobilitata, atque ornatus Academia. Sunt & *Lorriacum*, *Romerantin*, & alia Opida.

# LEMOVICIVM.

Appellationem nomenque traxit *Lemovicium*, ab urbe primaria *Lemovìco*. Hujus autem nomen unde ductum ſit, ignoratur. Nonnulli ad *Lemovicem* gentis conditorem referunt. Vulgo *Pais ou comté de Limoſin*, Ei ad Septemtrionem & Aquilonem adjacent Bituricenſes : ad Ortum Borbonij : ad Meridiem & Vulturnum Arverni : ad Africum & Occidentem Petrocorij : ad Caurum denique Pictones. Vlmus viſitur, grandioris ætatis, inter Vicum, cui ab *Nova domo* nomen, *La Maiſon Neufve*, & Argentonium, Bituricenſe opidum, Septemtrionem verſus, quæ quatuor ditionum regit fines, Bituricenſium, Borboniorum, Arvernorum & Lemovicum, adeo ut aliquando quatuor horum Populorum Principes dicantur hic ſermones conſeruiſſe, quique in ſuo Territorio. Terra non ejuſdem ubique indolis : univerſim ſterilior, producens tamen omnis generis Fruges, cum primis Siliginem, Hordeum, Panicum : Caſtaneas item, Rapas, Vinum, ſed ignobilius, quod tamen in Inferiore Lemovicio generoſius. *Lemovicis* (ſic enim veteres Incolas nominat Plinius, qui λεμοβίκες Straboni ; Ptolemæo λιμοβικοι forte, λιμοϋικοι, hodie *Limoſins*, Notitiæ Provinciarum Galliæ *Civitas Lemovicum* : quidam Indigenas eſſe volunt & Aborigines, eorumque Conditorem faciunt *Lemovicem*, ab Gomoritis oriundum, ut ſentiunt nonnulli. Alij ſanguine magni illius Herculis Lybici cretum autumant: qui cum in Hiſpanias penetraſſet, Monteſq; Pyrenæos traſcendiſſet aliquantulũ in Gallijs egit. Hoc huic Provinciæ præ alijs Galliæ peculiare eſt. quod cum Scriptores, alias Galliæ Provincias tantum nominent, Civitatum autem unde populi dicti ſunt nullam faciant mentionem. hic contrarium accidit; Nam Cæſar *Lemovicum* & eorum civitatis mẽtionem facit, eoſque ſcribit inter primos fuiſſe, qui ſe ei tradiderunt: pacis namque amantes & diſcordiæ inimici erant. Poſtquam autem cum Cæſare fœdus inijſſẽt Lemovices Principi paruerunt qui foedere conjunctus erat Romanis, quibus ſubditi fuere, donec Gothi illos expuliſſent, totamq; occupaſſent Aquitaniam. Scribuntur inde Franci. Gothis exturbatis, Lemovicibus dediſſe Gubernatores. Leguntur & conſtituti ipſis Comites & Duces; hi quidem gerendo Bello, illi vero Iuſtitiæ adminiſtrandæ. *Lemovicium* plerique duplex ſtatuunt, *Superius* & *Inferius*. *Le haut & bas Limoſin*. *Superius* ( proprie *Limoſin* ) Inferiore planius Metropolin habet *Lemovicum*. Sic A. Hirtio vocari cenſent multi lib. VIII de Bello Gallico, quæ hodie *Limoges*. *Limonum* legit Fulvius Vrſinus, fretus Veterum Codicum auctoritate. Ῥατίαστον Ptolemæo dicitur in Gallia Aquitanica, ut ad Merulam ſcribens arbitratur Ioſephus Scaliger; conſentiente ipſi Villanovano : *Ratiaſtum* tamen *Raiz* eſſe putat Bertrandus, ob ſimilitudinem nominis. Quidquid ſit, Vrbs eſt ad Vigennam, partim in Valle, partim in Monticuli ſita faſtigio; Arce muriſq, bene munita: Aquis abundat, quas limpidus fons, qui in ſuperiori urbis parte eſt, ſuppeditat. Vrbs hæc ipſiſſima Diligentiæ Officina, Deſidiæ Ergaſtulum. Caſtitas hic Feminis in pretio, & Miſericordia. Epiſcopatus gaudet dignitate. Alia hic Opida, quæ vernacule *La Soubſterraine*, *Le Boiſſon*, *Barat*, *Dorat*, *Confoulat*, & cetera brevitati ſtudens prætereo. Inter ea *Chaßuſio* famam conciliant annuæ Pecudum Equorumque Nundinæ, D Georgij Feſto. Sunt & hic Abbatiæ, inter quas *Grandimons*, caput Ordinis *Grandimontenſis*, item *Fanum D. Leonardi*, *S. Lenard*, magni nominis, inter Lemovicum & Felletinum. *Inferius* Superiore montoſius, dicitur proprie *La Marche de Limoſin*, Limitaneum Arvernis & Petrocorijs. Primaria ibi Vrbs *Tutela*, *Tulla*, vulgo *Tulle*, in aſpero montoſoque collocata Territorio : Sedes non Baillivatus ſolum, ſed & Epiſcopatus novi, ex Monaſterio deminuti. *Tutelenſem* Latini nominant. Eſt ibidem *Vſarchæ*, *Vſarche*, Opidum non inamœnum, grati aeris, ad flumen Vezeram, quod expugnari non poſſe fama jactitat. Proverbium ſane fertur, *Cui Vſarchæ eſt Domus, Arcem eum poßidere in Lemovicum ditione.* Non ſilent Virtutem Civium Hiſtoriæ, quibus narrantur Anglis, per totam Aquitaniam triumphos agentibus, reſtitiſſe, ſuoque Principi Francorum Regi fidelcs ſumma conſtantia perſtitiſſe. *Briva*, opidum in læta fertilique planicie ſitum, ſilvis obſitum, Vinetis non deſtitutum. Sedes eſt Seneſchalli. Quomdam ditionis fuiſſe perhibetur Petrocoriorum, ſed, volente Carolo VI Francorum Rege, Lemovicibus acceſſiſſe. Sunt & alia *Treignacum*, *Donzenacum*, *Alaſſacum*, *Bellus-locus*, *Meiſſacum*, *Vſſetum*, *Bello-montium*. Familiæ in Regione inluſtres, in Superiore quidem, quæ vulgo *Pierre-Bußiere*, *Chaſteau neuf*, *Carſie*, quæ Vicecomitatus honore fulget, *Roche-Chouart* cui inter antiquiſſimas Aquitaniæ locus, *Maygnac*, & aliæ. In inferiore *Pampadoura*, *Aumontia*, *Roffignaca*, *San-Iala*, *Gemma*, & aliæ infinitæ. Incolæ Lemovicij cibi potuſque ſunt ἁπλῶς parciſſimi, parvo contenti, lautitiarumque oſores panis tamen helluones, ut Proverbio locum dederint, *Lemovix Panis Helluo.* Vini uſum Pagi fere ignorant. Induſtrij ſunt, ingenioſi, cauti catique, non præcipites : egregie ſibi ſuiſque rebus conſulentes. Vulgus tenax, domique ſordidius; Nobilitas magnifica, altioris animi, liberalis. Ad provectiſſimam plerique perveniunt ætatem. Sunt qui in Familia ſua vident Abnepotes. Dicuntur Cognati inter ſe, ne ſoluti quidem per Pontificem ab Iure communi, Matrimonia contrahere, Bonaque non partiri. Scribit Belleforeſtius vidiſſe ſe Familias, quibus centum cognatione per Nuptias juncti ſimul vivebant, ut Collegia quædam agnoſcere quis poſſet.

*Regio. Nomina. & unde deducta. Situs.*

*Soli qualitas.*

*Imperium Majorum.*

*Vrbes.*

*Familiæ Nobiles.*

*Mores.*

Addam hic Coronidis loco de origine Lemovicum Ioannes Puncteius canit.

*Ecce Lemoviculæ Sedes gratiſſima genti,*
*Quæ gradibus novies quinis ſemiſſeque lata*
*Proſpectum tollens gelidas aſſurgit ad Arctos,*
*Longa ſub Occiduum naſcenti rb Sydere tendit,*
*Et ferit Arvernas Eoo ab lumine cautes,*
*Stagnoſis quoque Biturigum contermina campis.*
*Sed qua Phœbus Equis mergente ſub æquore tingit,*
*Angolmum & partem proſpectat Pictonis Arvi,*
*Ceu dat Bituriges ſpectare & Pictonas Vrſa,*
*Petragoris media quam Sol conjungit ab Arce.*
*Cum quibus eſt illi morum percrebrior uſus,*
*Vicinis quam cum reliquis. Aquitanica tellus*

# TOTIUS LEMOVICI ET Confinium provinciarum quantum ad diœcesin Lemovicen sen spectant.

NOVISSIMA & FIDISSIMA DESCRIPTIO.

Aut. Jo. Fayano M.L.

Petrus Kærius cælavit.

LE BERRY.

BOURBONNOYS.

POICT.

TOU.

CHE.

MOYSIN.

PERI.

GORT.

MO

SIN.

DU

CHE

DE LY

LA MARCHE

Miliaria Gallica communia

1 2 3 4 5 6 7

Miliaria Germanica communia

1 2 3 4 5

Argenton

Sepenstrio. 23

Occidens

Orientis

Meridies. 23

Periqueux

Monbrun

Azerac

Montignac

Crozant fluvius

Gartempe fluvius

Seve fluvius

Isle fluvius

Vienne fluvius

Charante fluvius

Taurion flu.

Dourdonne fluvius

Haute Vezere fluvius

Byle fluvius

Colombe. ab.

Bezenge

Troiselmes

Petite Creuze fluvius

Chalon

Montier male Care

Malareys

Chemie

Beteistes

Boussat

Clugnat

Nozeroles

Genouliac

S. Silvain ballarot

Malevol

Bounat

Anzeme

S. Fiel

Chatelus

Lade Pierre

S. Desser

Belle Foye

S. Laurens

S. Doumeiro

S. Christofle

Lespau

Mazeirat

Jarnage

Croissat

Esfauduro

Forges

Souniers

Gueret

Gartempe

S. Ligier

Salaniac

Bourg de Salamat

Chambourin

Boreuet

Marsat

Aulon

Augieres

Sardent

La Cassiere

Aes

S. Julien

S. Pardous les Cars

Cheneraille

Tour daustrile

Pontarion

S. George

La Borne

Aubusson

Chantemille

Felletin

Vonchazau

Flayat

S. Amand

Lavares

Esfurande

Cele

Murat

Savene

Port Dieu

Bort

S. Thomas

Neuvic

Mantudor

Lignac

Serendon

Miremon

Salaniat

La Mirande

Marsillat

La Valette

Condene

Gros Chastin

Aurac

S. Agudmon

S. Bardoux

S. Martin

Argentac

Serviere

Glenie

Ceseleis

Chastain

Palays

Soubrebas

Bilanges

Grammon ab.

Bourganeuf

Pournous

Le dounien

Compan

S. Marleubat

La Novalie

Maniat

Claravaux

Palhers

Gincion

Faux

Crabana

La Courtine

Ville Dieu

Petro Levade

S. Seite

S. Remi

Fornat

Milvach

Tarnac

Chabanes

Penartias

Le Cole

Toy

Bugac

Perol

Bonnefon

Ventgol

Barsanges

Meymac

S. Germain

Combrolmi

Maulac

Condelias

S. Angel

Davinac

Darnet

Foumarin

Palisses

Egloton

Chirac

S. Marien

Sarrou

S. Julien

Marsenda

Pirou

Vercieras

Messas

S. Bonet

S. Superi

S. Desiers

S. Estiene

Lamoute

S. Erigion

Tourete

Bouraugne

Ussel

Lamazuere

Murat

Cele

Esfurande

S. Pardoux nuf

Flayat

S. Amand

Lavares

Auvergne

Auvergne

Aubusson

Felletin

Ceseleis

Glenie

Serviere

Argentac

Bellevue

Colonges

Quesnac

Rodes

Nesfoul

Carennac

Condac

Nadiac

Gramges

S. Rabie

Coudere

Cublac

Nahiac

Jourtoirac

Cysdeval

Pont de Chateau

Coulaures

Tiviers

Lande de la Croyx Coly

Sarlande

Sarazat

Foye de Jumilhac

S. Prich Faugiere

Chalril

Chalur

Mombrun

Varanie

Bussiere poitiere

Mombrandre

Courbefi. Ch. antien a present ruine

Ladinac

Farges

Pansols

Chamers

Bussierole

Rouzede

Lindeys

Mesenes

Roche foucault

Cussat

Bourbou ab. Nouvaines

Maraval

Dournozat

Bussiere galan

Monchan

Javau

Roche labelye

Roucheris

S. Hurcyr

S. Julien

Coussac

Bret

Malegorce

Mouzac

Mongibau

Benayes

S. Tibard

Masseue

Solon

Ch. Chenis

Tourdonnet

Froizivet

Ianaliac

Roviere

Pierre Buffiere

Briance

Cronzile

Glanges

Chalusset Ville et Ch. ruine

Estivaux

Vit

S. Germain Aubasaigne

Mamiat

Ponth

Ourchiere

Hellars

S. Priech

S. Hillere la tours

Les Cars

Les Salles

Auradour

S. Mathieu

Chassar de Vitros

Lageirac

Chenebert

Rillat

La Tours

Roya

Flavinac

Ianaliac

Romaziers

Lusinac duran

Vaugnion

Vares

Cheronnac

Champanier

Vernolet

S. Amen

Gore

Chabrat

Brauvois prieure

Seriliat

Seuris

Eisfudeil

Chassanon

Tour de bar

Gore Fauvette

Vallet

Chaliac

Chabanoys

Manot

Eitaniat

Verneuil

Peurio

Nueil

Vaivac

Bretagne

Aradur

Beuf ab.

La Barre

Chapelle blanche

S. Priest

S. Armen

Bonnac

Bouneffet

Bevy

Bonnac

Angelar

Beaune

Riliat

Chatelet

Uzurat

Galemache

Moisanes

Arfeuille

Repere

Peirat

Beaulieu

Beaumon

Ville Dieu

Anede

Vieu

Chaler

Bugeleau

Larrige

Genestrouze

Royere

Alloux

Sibouleau

Maleau

Ch. Neuf

Eliothers

Chabanes

Toy

Le Cole

Penartias

Milvach

Tarnac

# LEMOVICIVM

*Hanc habet, hanc nulli morum bonitate ſecundam,*
*Irrorat ſuperas ſinuoſis fluxibus oras*
*Montibus emanans Mile Vaccis alma Vienna,*
*(Vignanam Indigenæ patrio ſermone profantur)*
*Inde Lemovicium præceps defertur in urbem,*
*Partem urbis vallis, ceu partem clivus adornat*
*Qua patet inſignis, divorum Gloria, templi*
*Cultus honos, Stephanoque pio concredita ſedes.*

*Samothea fama eſt Gallos de ſtirpe Gomeri*
*Hoc tenuiſſe Solum, Nohemi quo tempore proles*
*In varias hominum diſperſerit agmina plagas,*
*Hinc Aboriginibus Populum conſtare catervis.*
*Nulla Lemovicium quem ſors mutare coegit*
*Nomen adhuc, Phrygios niſi vis migraſſe colonos*
*Sedibus Alverno & Rectore Limovice terras.*
*Incoluiſſe novas, patriæ queis damna levarent.*
*Frugibus at mirum ſterilis, ſive ubere gleba*
*Et tumido nullo fluvij penetrabilis alveo,*
*Affluxu quam viſa hominum florere frequenti*
*Quam ſit & omne genus promendis mercibus apta.*
*Terra potens armis, Anglis impervia quomdam.*
*Francorum expertis celeres ſuper ardua vires.*
*Vrbs tamen hæc bello Viſigothûm obſeſſa ſiniſtro*
*Quos Scythica quomdam Gallos deduxerat ora,*
*Pondera ſuſtollens cladis, tendebat ad altum.*
*Nec preſſa oppreſſa eſt, Anglûm furialibus auſis.*

*Tranſactis decies ſex commémoratur ab annis*
*Inventas muro ſublapſo ædiſque ruina*
*Reliquias ævi dantes miracula priſci*
*Illa Senatorum effigies ſtatuaſque ferebant,*
*Mercuriumque Scopæ fuſum ſive arte Perilli,*
*Argentum ambæſos ſtatuæ decorabat ocellos,*
*Hinc, propter muros memoranda figura Leænæ*
*Viſitur, unde Auſtri terris ſpiramina torquent,*
*Quæ pedibus geminos uncis implexa catellos*
*Hæc tria metra tenet baſi ſubſcripta rotunda.*

ALMA LEÆNA DVCES SÆVOS PARIT ATQVE CORONAT.
OPPRIMIT HANC NATVS VAIFER MALESANVS ALVMNAM,
SED PRESSVS GRAVITATE LVIT SVB PONDERE POENAS.

# SANTONIA.

## Vulgo

# LE PAYS DE XAINTONGE.

## *STATVS ECCLESIASTICVS.*

Santonia unum Epiſcopatum habet, videlicet Xantonenſem, Saintogne.

SANTONIA, (vulgo le Pays de *Xaintonge*, ou *Xaintongeois*) Guiennæ Seneſchallia, a veteribus Incolis *Santonibus* dicta, habet ad Septemtrionem Pictones, ad Orientem Eculiſmenſes & Petrocorios; ad Meridiem Garumnam, ad Occidentem Oceanum, ubi ſunt Inſulę Oleronis, vulgo *les Iſles d'Oleron*, in quibus Cuniculorum ac Leporum magna multitudo. Olim latiores Santonibus fuiſſe terminos, non obſcure colligitur ex Auctore Ephemeridum de Bello Gallico; qui ſcribit eos non longe ab Toloſatium finibus abeſſe; illiſque in magno illo contra Cæſarem bello, Concilium Principum Gallorum XII. millia hominum imperaſſe, quum octo tantum millia Pictonibus, Lemovicibus decem fuerint imperata. *Santonum* vero Regio Tritico & Vino abundat, eſtque melioribus Galliæ regionibus accenſenda, adeo ut merces ſuas Hiſpanis, Anglis, aliarumque Provinciarum Incolis ſubminiſtret. Sedes hic quondam habuerunt *Santones*. Novit eos, cum alijs, Cæſar lib. I. de Bello Gallico; in cujus nonnullis Codicibus eduntur *Xantones* : *Santoni* eidem lib. II; item *Santonæ* lib. III. de Bello Civili, niſi mendum ſubſit. Σάντονοι Straboni : Σάτωνες Ptolemæo, pro Σάντωνες, ut ſcribuntur Stephano. *Santones Liberos* tradit Plinius cap. XIX. Σαντονεία Galeno, *Santonicam herbam* nomen inde ſortiri ſcribenti. *Saintonge* vel *Xantoigne* hodie. *Civitas Santonum* in Notitia Provinciarum Galliæ, *l'Eveſché de Sainctes*. Ab *Santonibus Oceanus Santonicus*, Tibullo lib. I. Eleg. VII; *Santonicum Salum*, Auſonio Epiſtola XIII; Σαντονικοὶ κάμποι eidem Epiſtola XV; *Santonicum Abſynthium*, Plinio; *Santonica Herba*, Columellæ lib. VI; *Santonica Virga* Martiali lib. V. Epigram. XCVI, cui & *Santonicus Rufus* Epigram. ejuſdem libri XC. *Santonius Cucullus*, Iuvenali Satyra III. qui *Bardocucullus* Martiali lib. XIV. feſtivo in Epigrammate, cum inquit:

*Gallia Santonico veſtit te Bardocucullo*
*Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.*

*Regio.* *Vnde dicta.* *Situs.* *Solifertilitas.*

De antiquis Incolis hactenus. Vrbs hujus Regionis primaria eſt ea quæ vernacule dicitur *Saintes*, terminatione plurali; ut reliqua fere, quæ Gallis in S. deſinunt; cujus claſſis ſunt *Paris*, *Reims*, & ſimilia. Hæc a veteribus Gallis condita eſt, nec dubium, quin *Mediolanium* ſit *Xantonum* vel *Santonum* : *Mediolanum Santonum*, Antonino, itinere a Burdigala Auguſtodunum : *Mediolanum Saneon*, corrupte in itineraria Tabula : Μεδιολάνιον Straboni & Ptolemæo: Μεδιόλανον Stephano. Quid ni? Antiquitatem ejus teſtantur varia. Primo multæ priſcorum Mœnium adhuc manentes hic ibi particulæ : deinde nobiles extra mœnia verſus Occidentem Amphitheatri, Petrocorienſi quam Burdigalenſi ſimilioris, reliquiæ; Tertio in Ponte Carantoni, urbem ptæter fluentis, antiquæ Structuræ cum inſcriptione duplici Arcus, in cujus uno latere ſcripta leguntur hæc verba CÆSARI NEP. DIVI IVLII PONTIFICI AVGVRI. In altero ſunt etiamnum aliquot literæ, pene deletæ ex quibus nihil poteſt colligi: Poſtremo non exigua, qua Mediolanio Iter Angeriacum ducit, Aquæductus Rudera. Urbs etiam *Santonus* appellatur Auſonio Epiſtola XXIII, & Lucano, ni fallor, lib. I. *Santones* item eidem Auſonio Epiſtola XIV; & XVIII; ut & forte Tacito lib. V Hiſtor. Auguſt. Sidonioque Apollinari lib VIII Epiſt. VI. Ab hoc *Mediolano* nomen ei fuiſſe impoſitum, quod Galli, ut teſtatur T. Livius, in Agro Inſubrum condiderunt, per eſt vero ſimile, ne dicam, ut Caſaubono adſentiar, certum. Hujus Urbis Agrum ſi diligentius inſpexiſſet Strabo, pro arenoſo & ſterili, præpinguem frugumque omnium feraciſſimum dixiſſet. Urbs ſita eſt ad fertilem fluvium Carantonum (Charente vulgo) qui in loco vulgo dicto *Charemac*, inter Opida Lemovicum, *Limoges*, & Inculiſmam *Angouleſme*, oritur. Epiſcopalis eſt Civitas, cujus Præſules Belleforeſtius numerat LXIII. S. Eutropius primus fuit a S. Clemente eo miſſus. Hic poſtquam hunc populũ ad Fidem Evangelicam convertiſſet, ſub Imperatore Domitiano martyrium paſſus : & poſtremus nominatus a Belleforeſtio *Triſtamus Biſetus*, *Triſtand de Biſet*. Eſt in hac Urbe Monaſterium Monialium D. Virginis fundatum a Godefrido Santonię Comite, ejuſque Conjuge Agnete anno CIↃ XLVII. Trigeſimus Santonię Epiſcopus dictus *Petrus Confoulantius* Domum Epiſcopi ædificandam curavit, anno CIↃCII, atque muros Eccleſiæ Cathedralis reparari juſſit. Mediolanium, vel ut quidam Latine ſcribentes vocant, Santoniam ſequitur *Rupella*, vernacule *La Rochelle*. Hæc videtur ex Ptolemæi deſcriptione eſſe Σαντονῶν ἄκρον, *Promontorium Santonum*, quod tamen *Blaye* Villanovano, qui *Santonum Portum* interpretatur. Sita eſt hæc Urbs in Agro totius Galliæ fertiliſſimo ad Sinum Maris, bis quotidie acceſſum & receſſum Maris accipiens. Urbs non antiqua, ab Franciæ Regibus exſtructa ob Portus commoditatem, utque Piratarum inſultus retunderent qui oram Armoricam univerſam vaſtabant. Portus commoditas tanta eſt, ut cives cum omnibus Europa nationibus commercium habere poſſint, terra marique bellum gerere adverſus hoſtes. Nam multarum navium capax eſt, & illas educendi atque introducendi maximam habet oportunitatem. Eſtque ibi fidiſſima Navium ſtatio. Viribus humanis inexpugnalibus creditur. Nulli ſane cedit. Meridionale fere latus inſignis Oceani Sinus: adverſum Paludes locaque uliginoſa (quæ conficiendo Sali non inidonea, *Salantes* vulgo dicuntur) muniunt : reliqua Muri, Foveæ, Turres, validaque Propugnacula, quibus omnibus ſua ſunt cognomina, mirandum in modum firmant: ut Tormentis bellicis nullus fere ſit ad eam aditus. Libera Civitas, quamque multis & magnis Immunitatibus atque Privilegijs ornarunt retro Principes; cum alijs, quæ rei maritimæ faciunt promovendæ, tum quod Cives ex ſuo Corpore Majorem Scabinoſque legant, qui Urbis Politiæ præſunt; quod nullam Peregrinorum gubernationem admittere cogantur, quod nullis Militum Preſidijs divexentur: quod denique Arcis ab ſuis Pomerijs arcendæ jus habeant: quorum pleraque conſequuti anno CIↃCCCLXII, quum exturbato Anglorum præſidio, ſe Francorum Regi Carolo V ſubmitterent. Suſtinuit Rupella gravem obſidionem anno CIↃ IↃ LXXIII ab Henrico Valeſio Andegavenſium Duce, qui Rex poſtea Poloniæ Franciæque, de qua nulli non Hiſtoriographi. In hac obſidione obſidentes fulminibus & fragoribus Tormentorum terra marique uſi ſunt : oppugnationibus furioſis, bombardarum procellis, ſcalarum applicationibus, propugnaculorum ruina, cuniculis : omnibus denique machinationibus quæ in valida ac pertinaciſſima obſidione inſtrui poſſunt. Atque ex parte obſeſſorum, videre erat viros, mulieres, pueros magna animorum confidentia ſuſtinere furioſos oppugnantium inſultus, reparare magna conſtantia & alacritate mœnium ruinas, deturbare primos

*Vrbes.*

CARTE DV PAIS DE XAINTONGE
SCALA LEVCARVM.
SEPTENTRION
MIDI
OCCIDENT
ORIENT
LVSSON NOIS.
PAIS D'AVNIS.
PARTIE DV POITOV.
OCEANUS AQVITANICVS
OLERON
Oleron
MARES. SALANT.
BROVAGE.
XAINTONGE
ANGOVMOIS.
Marepnois
La Rochelle
Marans
Nihort
S. Iean d'angeli
Soubize
Brouage
Xainctes
Pons
Iarnac
Congnac
Angoulesme
Amstelodami.
Excusum apud Iudocum et Henricum Hondium.

aſcendentes, hoſtem intra ſuas munitiones repellere, eum perſequi : dimicare denique eventu vario, ſed ut pluri-
mum proſpero, quotidianis eruptionibus fatigare obſidentes : denique ſubſiſtere poſt novem oppugnationes, in
quibus quamvis oppugnantes acerrime depugnarent, ſemper pedem magna cum ſua jactura referre coacti ſunt.
Tandem Legati Poloniæ xv Iunij venientes ut Henricum Ducem Andegavenſem ſecum ducerent, quem Regni
Ordines in Regem elegerant : Deus hoc medio uſus eſt ut in libertatem Rupellam aſſereret jam exhauſtam anno-
na, munitionibus bellicis, & aliquot millibus hominum, ac Rex per articulos pacis ſolenni Edicto Regio confir-
matos concedebat ut Rupella, Montalbanum, Nemauſum, aliæque Civitates quæ ſeſe defenderant, liberum &
integrum ſuæ Religionis haberent exercitium. Talem exitum habuit iſta gravis obſidio, quæ per menſes fere ſe-
ptem duravit. In qua amplius viginti millia hominum periere in conflictibus, velitationibus, eruptionibus, oppu-
gnationibus, ex vulneribus, fame, morbis. Rupellæ Sedes Præſidialis conſtans Senatoribus aliiſque Ius dicentibus.
Reliquæ Santonum Urbes & Opida vulgo nominantur *S. Iean d'Angely*, *Ponts* ou *Pont l'Oubleze*, *Blaye*, *Taillebourg*,
*Borbeſieux*, *Brouage* : *Ioſac. S. Iean d'Angely*, *Angeliacum*, alijs *S. Ioannes de Angeria*, Vrbs ſatis recens, tametſi ſit ex
præcipuis, maximiſque totius Santoniæ. Vrbi nomen dedit Abbatia in honorem S. Ioannis eo loci fundata: cujus
fundatio in Regnum Regis Pipini incidit, qui domicilium ſuum habebat in Palatio Angerienſi in qua voce unius
duntaxat literę mutationem ex Angeri in Angeli videmus) juxta fluvium vulgo *Boutonne*, & in agro Alniſienſi. Ac-
ceſſerant huc Monachi nonnulli e Terra Sancta, qui attulerunt in eum locum (ſic perhibent) caput Ioannis Bap-
tiſtæ, quorum adventu Rex (addunt ijdem) inſignem victoriam ab hoſtibus reportaverat; quæ cauſa fuit ut in me-
moriam hujus auxilij condiderit eo loco ubi Palatium erat Angerianum, Abbatiam in honorem S. Ioannis : ibi-
demque Religioſos collocaverit amplis reditibus donatos, ut ibi Deo ſervirent. Hac ratione populo huc cõfluente,
& circum Abbatiam ædificante, paullatim in urbem qualis hodie cernitur, excrevit, quæ *S. Ioannis* nomen habet,
atque etiamnum veterem appellationem retinet. Hæc omnia acciderunt circa annum ſalutis ſeptingenteſimum ſe-
xageſimum octavum, Pipino contra Gaiferum Aquitaniæ Regem bellum gerente : quem devicit, ut in hiſtoria
fundationis hujus Abbatiæ legitur. Hanc Vrbem obſedit Dux Andegavenſium anno CIↃ IↃIXIX, quæ illi dedita
poſt 50 dierum obſidionem his conditionibus a Rege ſubſignatis : ut *obſeſſi cum armis, equis, & complicatis vexillis
urbe excederent* &c. Sed hæc obſidio non minus eſt memorabilis eo nomine quod obſeſſi eam non minus fortiter
ſuſtinuerint quam obſidentes ſint perſequuti, quam quod pacta ab obſidentibus contra regia promiſſa ſervata non
fuerint. Notat Hiſtoria ſupra duo millia ad Angeliacum perijſſe; ac quinque millia Tormentariarum pilarum vi-
brata. *Pons*, vulgo *Pons l'Oubleze* Opidum eſt IV Milliaribus diſtans Mediolanio. In ſuperiorem & inferiorem civi-
tatem dividitur: illaque pars quæ dicitur *S. Vivian* hodie pene deſerta : quia Iudæos olim hic habitantes qui Cru-
cigerum ex Hoſpitalio ſuſpenderant, loci Dominus ad unum delebat abſque ulla miſericordia. Altera pars Vrbis
ad Septentrionem *les Haires* & *S. Martin* dicitur, eſtque exornata compluribus Templis & Cœnobijs, qualia ſunt
domus Dominicanorum & Frãciſcanorum (quorum Monaſterium exſtructum a Regnaldo quodam loci Domino
Caroli V tempore) Monachorum S. Benedicti, & S. Ioannis Hieroſolymitani a Guidone Eculiſmenſi condita : tres
Parochiæ, & tria Xenodochia, quorum duo perigrinis, unum incolis patet, cujus reditibus Scholæ ſuſtineri ſolitæ.
*Pontis* Iuriſdictio in LII Parochias, & CCI Feuda Nobilium, & Nobiles Vaſallos extenditur. Numiſmata hic re-
perta in Columnæ cujuſdam baſi, hunc locum admodum antiquum eſſe demonſtrant, quibus inſcriptum legitur,
*Divus Cajus Iul. Cæſ. Imperator*, atque alijs, *Ælius Pontius Nepos Pomp. Mag. Tumul.* Quod etiam fidem facit Caſtel-
lum hoc & Opidum ſervare nomen illius *Ælij Pontij*, unde veriſimile videri poſſit *Antonium* cognomento *du Pont*
hujus loci Dominum, a Romanis ortum eſſe, hoc etiam confirmantibus quibuſdam monimẽtis antiquis, quę hic aſ-
ſervantur, in quibus reperitur, *Armadus Vlnerius Pontius & Anabalda uxor, Dijs Volent. & Albinus Coſſejus Pontius, Fi-
lius Anab. Vlneri. D. A. Pont. & Helheida Vxor hic jacent.* Atque etiamnum, *Ecmoratus, Comai. D. A. Pont. Egilda
Filia Brenni uxor.* Quicquid ſit, veteres Romani huic Opido hoc nomen dediſſe propter pontium multitudinem
putantur, in cujus rei teſtimonium in Turribus ejus viſuntur inſignia Dominorum Pontis quæ ſunt tres Pontes au-
rei in campo Rubro ſuper ſcutum argenteum. *Blaye*, *Blavia*, munitiſſimum Opidum, ad dexteram, quæque Santo-
nos ſpectat, Garumnæ Ripam, XII leucis ab ejus oſtio, VII a Burdigala, ab Santonis XV. Meminerunt ejus, præter
Gregorium Turonenſem & Aimoinum, etiam Auſonius Epiſtola XII ad Paullum, *Militarem* appellans. In poſte-
riore Tabulæ Peutingerianæ Editione *Blavia* quoque nuncupatur. *Blavium* eſt Turpino in Vita Caroli : *Blavia*
Notitiæ Imperij Romani, adſignato illi Præfecto Militum Carronenſium. Sane pergit eſſe, quod olim fuit, *Bla-
via*; vix XL jugera obtinens Soli, Cuſtodes vigileſque habet perpetuos, qui nocte dieque non modo locum illum
cuſtodiant diligenter, verum etiam ex ea Specula, quid toto late fiat Garumna, ſurſum deorſumque, ſtudioſe ob-
ſervent : & ſi qua fortean hoſtilis Claſſis præterire conetur, prohibeant inde illi naviter Tormentis, quantum
per fluminis liceat latitudinem, quæ illic duum millium & ducentorum eſt paſſuum : ut vere Auſonio ſit *Milita-
ris*, vereque etiam *Caſtrum* dicatur Gregorio Aimoinoque; quorum ille Romanum *Blavienſem* laudat inter Con-
feſſores, Auſonio Poetæ & Martino Turonenſi Epiſcopo coætaneum, quem Sigebertus mortem obijſſe notat an-
no CCCXXCV; cujuſque Sepulcrum *Blavienſi Caſtello* contiguum, ut idem Gregorius loquitur, & Baſilicam, in qua
ſepultum fuiſſe Charibertum Ado Viennenſis ſcribit. Civilia Bella ſolo non ita pridem æquarunt. Incolæ vo-
lunt *Rolandum Palatinum*, Præfectum ſub Carolo Magno littoris Britannici, apud ſe natum, ſuum fuiſſe Comi-
tem, apud ſe denique tumulatum in Eccleſia D. Romani; Enſe adpoſito, quem *Durandal* vocitant, Cornuque
ipſius ad pedes Tumuli; quod tamen poſtea in Eccleſiam D. Severini Burdigalam perhibetur tranſlatum. De hoc
*Rolando* aniles circumferuntur Fabulæ. *Taillebourg*, vel *Bourg* Opidum pulchrum, ſitu commodo & forti. *Barbe-
ſieux*, *Barbeſiacum*, novem milliarium intervallo diſſidet a Mediolanio & quinque ab Inculiſma, Coignaco &
Ponte. Fuitque olim Opidum pulcrum, probeque munitum : ut ruinæ, & murorum reliquiæ oſtendunt, ſitum in
agro fertili quamvis a fluvijs remoto. In hoc Opido duæ ſunt paroeciæ, una nomine S. Matthæi, olim D. Virgini
ſacra : altera S. Eumachiæ. Arx hic admodum pulcra inſtaurata ab Avia unius ex Comitibus Rupefocaldijs, vulgo
*de Rochefault* non ita pridem : quoniam ab illo fonte Stirps Dominorum Barbeſienſium fluxit. *Brouage*, *Broagium*,
Opidulum quadratum, in palude conditum, eque Mari aggeſtum. Locus eſt, Belgis alijſque Salipetis notiſſimus.
*Broagium* obſeſſum a Duce Maynio XXII Iunij anno CIↃ IↃIXXVII pactione deditum fuit, qua exceſſerunt XXVIII
Auguſti vita & rebus ſalvis, idque victoribus reliquere. Eſt & amplus pagus *Maranſium*, *Marans*, octo paſſuum mil-
libus a Rupella, qua in Pictones iter eſt. Non mœnibus cingitur, neque aggeribus alijſve munitionibus firmatur,
præterquam caſtello natura quidem, & ſitu munito, præſertim hyeme, quod mari & paludibus, unde & pagus no-
men accepit, cingatur undique. In his paludibus Sal conficitur magna copia. Fluvius qui vulgo *Sevre* tranſiens per
eum locum, facit ut omnis generis merces Rupellam advehantur, adde etiam quod Maris æſtus uſque ad Caſtelli
pedem pervenit. *Santonia* magnam pecuniæ vim ex ſuis frumentis conficit, quod Hiſpani fere annis ſingulis inde
avehunt, aut mercatores qui ipſis vendunt. Eſtque Rupella dives admodum, propter Mare cui vicina eſt, & com-
mercia præcipue Anglorum & Belgarum, quorum navigia eo crebrius appellunt.

*Mercimo-
nia.*

# AQVITANIA AVSTRALIOR.

*Quæ reliqua ſunt Aquitaniæ uſque ad Ligerim Fluvium continent Tabulæ Pictavienſis & Biturigum.*

# ARELATENSE REGNVM.

Regiones *Complectitur inter Rodanum & Alpes, quæ olim Imperij erant, unde Elector Trevirenſis adhuc ſe Archicancellarium per Galliam & regnum Arelatenſe ſcribit.*

Sunt *in univerſo Aquitaniæ Ducatu.*

- Ducatus.
  - *Guaſcogne, ſive Guienne.*
  - *Auvergne.*
  - *Angouleſme.*
  - *Berry.*
  - *Touraine, Tours.*
  - *Tholoſe.*
- Comitatus
  - *Narbonne.*
  - *Albret 20 30. 44 0.*
  - *Armignac 21 0 43 30.*
  - *Bigorre feudalis Tholoſano 20 0. 43 0.*
  - *Beat 21 45. 42 40.*
  - *Eſtrac.*
  - *Commingeois feudalis Tholoſano 12 0. 42 45.*
  - *Foix feudalis Tholoſano 22 15. 42 50.*
  - *Vendatour.*
  - *Pomdadour.*
  - *Montignac, in Poictou.*
  - *Perigort, Perigeux.*
  - *Eſparre.*
  - *Limoſin, Limoges.*
  - *Poictou.*
  - *Marche.*
  - *Fronſſac Viconté 20 30.*
  - *Touraine Tours. (44 54.*
  - *Aulnay, Viconté* Archie-
  - *Baſque.* piſcopi v.
- Dominia
  - *Planes 20 0. 44 20.*
  - *Grave.*
  - *Ghaloces,*
  - *Xaintonge.*
  - *Aulnis.*

*In hoc tractu ſunt.*

- Savoye, *Sabaudia Ducatus.*
- Delphinatus *Cõ. a filio Regis, aut eo qui proxime regno Franciæ eſt deſtinatus poſsidetur.*
- Provincia *Comitatus.*

Archiepiſcopi

- Narbonenſis, *Narbona, ſub quo ſuffraganei x, Carcaſsona,* Agatenſis: *Agde, S. Põtij Thomeriacum, S. Põs, Electenſis: Aleth Maguelone 24 37. 42 44. Elnenſis. Ealne, Bitercẽſis, Beſiers 23 50. 42 41. Ledouenſis Ledeue: Nemauſẽſis Niſmes: Vticẽſis Vſez.*
- Biturícenſis, *Bourges, ſub quo x Epiſcopi, Clermont, Rhodes, Lymoges, Mande,* Alby, *Cahors, Caſtros, Tulles, S Flour le Puy exemptus. Omnes ſunt in Indice Galliæ.*
- Burdegalenſis, *Bourdeaux, ſub quo ſunt* VIII *Poictiers, Lucõ, Mailleʒais, Sainctes Engouleſme, Agen, Codon, Sarlac 21 47. 44 52.*
- Tholoſanus, *Tholouſe, ſub quo* VII *Epiſcopi Pamiers, Mirepois, Montauban. La Vaur, Rieux 22 6. 43 7. Lombes 21 48. 43 15. S. Papons 23 3. 43 3.*
- Auxitanus., *Aux, ſub quo. Aquenſis, d'Aqs Convenarum, Comminge, Tarvienſis, Tarbes Vaſatenſis: Baſas, Leſcurienſis, Leſcure, Ledroenſis, vel Lectorenſis: Letourne. Conſeranenſis, Conſerans: Olorẽſis, Oleron: Baionenſis alias Baiocenſis Baione:* Adurenſis, *Adure alijs Ayre.*

Status Eccleſiaſticus.

- Tarentaſienſis *in Sabaudia, cui ſubſunt* 11 *Sedunenſis, Sitten, & Auguſtenſis in Auguſta.*
- Ebrodunenſis *Ambrun, cui ſubſunt* IX *Dignenſis, Digne: Graſſenſis, Graſſe: Senetenſis, Zena: Nicienſis, Niza: Glaudatenſis, S. Glaud forte, 27 31. 46 8. Vancienſis, Vapnicenſis, Vap: alijs Gap. Briançon, S. Pol.*
- Viennenſis *Vienne cui ſunt ſuffraganei* VI *Valentinenſis & Dienſis conjuncti: Valence & Dye, Vivarienſis, Viviers: Mauriacenſis vel Morionenſis S. Iean de Morienne 28 15. 44 27. Gebennenſis, Geneve: Gratianopolitanus, Grenoble: Romans.*
- Aquenſis: *Aix, huic ſubſunt* V, Aptenſis, Aps, *Forojulienſis, Freiul, Siſturicenſis, Siſteron: Regenſis: Eres. Vapinſenſis, Vapinte.*
- Arelatenſis *cui ſubſunt. Maſsilienſis, Maſsilia, Vaſienſis, Vaiſon: Tricaſtinenſis, Tricaſte: Cavallicenſis, Cavaillon. 25 48. 43 1.* Avenionenſis, Avignon, *Auraſicenſis, Orange: Carpentoracenſis, Carpentras. 25 53 43 20. Tolonenſis, Toullon.*

*In Lugdunenſi Provincia urbe Lugduno, Lyon* Archiepiſcopus *& Primas Galliæ reſidet. Habens ſub ſe* IV *ſuffraganeos, qui ſunt Heduenſis, Autun Matiſconenſis, Maſcon: Cabilonenſis, Chalon ad Saonam fluvium. & Lingonenſis, Langres.*

Hæc ex Aãnalibus Aquitaniæ Ioannis Boucher pro magna parte deſumpta ſunt.

Medius Meridianus 23 50, reliqui ad hunc inclinantur juxta rationes Parallelorum 43. & 46.

AQVITANIA
australis
REGNV̄ ARELATENSE
cum confinijs
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Oceanus
Aquitanicus
Pars Berry
Pars
Helvetiæ
Burgundiæ comitatus pars
La Franche Conté
Pais de Medoc
Isle de Oleron
Albret
Armingnac
Forest
Gallicum mare
Isles de Eres
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio
Aquitanie miliaria
Prouincie miliaria

*Regio unde dicta.* GALLIAM *Aquitaniam*, cujus Pars Auſtralior hac Tabula delineatur, nonnulli dictam volunt ab *Aquis*, quibus abundare fertur: alij ab Opido, *Aquis Aqs*, derivant. Hæc a Pyrenæis Montibus ad Ligerim uſque juxta Ptolemæum extenditur. Nunc autem, teſte Ortelio, a Garumna ad Oceanum & Pyrenæos Montes. A Circio vero Septemtrionali vento Occidentem verſus Oceanum habet, qui Aquitanicus Sinus dicitur, ab Occaſu Hiſpaniam, a Septemtrione Lugdunenſem Provinciam, a Meridie Narbonenſem. In ea Mercator quinque Ducatus, xx Comitatus, & VI Dominia enumerat. Ducatus ſunt *Vaſconia* ſive *Guienna*. *Arvernia*, *Inculiſmenſis ager*, *Biturigum regio*, *Turonia*. *Vaſconia* ſive *Guienna* ad Oceanum ſita inter Baionam & Burdigalam, Agrum habet Vini fertilem, quod inde in Europam reliquam devehitur. Vrbs in ea primaria *Burdigala*, reliquę enim *Nerac*, *Condom*, *Mirande*, *Nogueret*, *Orthes*, *Bazas*, *Dax* haud magni momenti ſunt. *Dax* tamen fontibus calidis, Salinis, & Metallis ferreis nobilitatur. *Burdigala*. Ptolemæo Βουρδίγαλα veterum *Biturigum Vibiſcorum* urbs eſt, ſita in paludibus quas exundans Garumna efficit: ornata tum Parlamento, tum Archiepiſcopatu, tum Academia, in qua omnium Artium & Scientiarum Profeſſores juventutem inſtituunt. *Arvernia*, *Le Pais* & *Duché d'Auvergne* ſequitur. Situs illi in locis partim planis, partim montoſis. Vicinos habent Arverni ad Orientem Forenſes & Lugdunenſes: ad Meridiem Languedokios: ad Occidentem, Cadurces, Petrocorios & Lemovices: Septemtrionem verſus, Bituricenſes & Borbonios

*Arvernia. Situs.*

*Vrbes & Opida.* *Arvernia* duplex eſt *Superior* & *Inferior*. *Superior*, *Le hault pais d'Auvergne*, & *Arvernia* κατ' ἐξοχὴν Primariam habet Vrbem *Fanum S. Flori*, *S. Flour*, in edita Rupe ſitam, Reliqua Opida vulgo dicuntur *Orillac*, *Carlatum*, *Muratũ*, *Buillons*, *le Puy* & cætera. Territoriũ quoq; & Baillivatus *Beaucaire*. *Inferior* opima eſt & fertiliſſima, Vinis præſtantiſſimis, Frugibus, Melle, Croco, Pecudibus, Lana, Paſcuis, Nemoribus ſupra modum referta. Metropolis illi *Claromontium*, *Clermont* vulgo. Arce ſuperbit, & Epiſcopalis eſt Sedes. Reliquæ urbes ſeu Opida ſunt XIII, ex quibus *Rion*, *Monferrat*, *Iſoire* ceteris præſtant.

*Incluiſmenſis ager. Situs. Soli fertilitas. Vrbes & Opida.* *Inculiſmenſis ager*, vulgo *Engouleſme* ad Septemtrionem Pictonibus eſt conterminus: ad Occaſum Santonibus: ad Meridiem Burdigalenſibus & Petrocorijs, ad Orientem deniq; Lemovicibus. Fertilis Vini optimi, Frugum, Cannabis, Metropolis ejus *Inculiſma*, hodie *Engouleſme*. Vrbs Antiquitate inſignis. Sita eſt in Colle quĩ Flumini Carantono imminet, Agro devio & ab Regijs vijs remotiore. Minorum gentiũ Opida ſunt, quæ vulgo: *Marton*, *Chaſteau-neuf*; *Blaiſac*; *Chabannes*; *Confollant*; *Ruffec*: *Aigres*, *Gourville*; *la Roche-foucault*, *Marveil*, *Lanzac*, *Villebois*, *Momberon*, & *Bouteville*. *De Biturigum regione* in propria quam obtinet Tabula dicemus.

*Turonia. Situs. Soli fertilitas. Vrbes.* *Turonia* vulgo *Turaine* incipit tribus ſupra Ambacienſem Vrbem Milliaribus verſus Bleſas; terminatur in Vicis: qui vulgo *La Chapelle Blanche*, in Spiritualibus agnoſcens Epiſcopum Andegavenſem, & *Chouſai*. Hi enim limites ſtatuunt inter Turonenſes & Andegavenſes. Incredibilem Regionis Amœnitatem amœniorem facit placidiſſima ſuave-ſpirantis Aeris conſtitutio: adeo ut totius Galliæ *Hortus* atque *Pomarium* vocetur. Vini Frumentiq. ferax eſt: Nemora habet venationi commoda. Metropolis Ducatus eſt *Cæſarodunum Turonum*: vernacule *Tours*. Vrbs opibus & Aedificiorum præſtantia nobilis. Vicinus illi ad Orientem Ligeris, cujus beneficio multæ ex Oceano Merces Incolis ſubvehuntur: Ad Meridiem & Occidentem Idra fluit. Mercatura & Lanificio claret. Populus ibi ſincerus, Regi ſuo fidelis & obſequens. Minorum gentium hujus Ducatus Opida ſunt *Ambocia*, *Langerſum*, *Chinonum* & alia. Comitatus & Dominia brevitatis gratia præteriens, ad Regnum Arelatenſe tranſeo.

## ARELATENSE REGNVM.

*Regio Sabaudia. Vnde dicta* REGNVM *Arelatenſe* ab Vrbe *Arelato* nomen habet, regiones complectitur inter Rhodanum & Alpes, quæ olim Imperij erant, ut habet Mercator. Suntque in hoc tractu *Sabaudia*. *Delphinatus*, & *Provincia*. *Sabaudia* unde nomen habeat varie quæritur. Quidam a *Sabatijs Vadis* derivant. Alijs dicitur, quaſi *Sabbatorum*, qui *Sabaudienſes* Volaterrano *Auwe*, id eſt, Ager, Pratum. Quibuſdam quaſi *Saul-Voie*, Via per Salices, aut *Saulve-Voie*, Salva via: quã ex mala latronibuſq, obſeſſa feciſſe fingitur neſcio quis ab ijs qui fabulis Lectores diſtinere ſolent. Conjacẽt *Sabaudiæ* a Septemtrione, Burgundiæ Comitatus, turbatioribus Limitibus, & Helvetia, Lemano Lacu interpoſito, ab Ortu, Valeſia Pedemontiumque, finibus non multo certioribus, niſi quod montes intercurrãt editiſſimi, ad Meridiẽ & Occaſum Delphinatus ſe offert, cum nonnulla Rodani portione, Sabaudos ſeparantis ab Burgundię Ducatus Incolis, Aer Sabaudiæ purus eſt.

*Situs.*

*Soli qualitas. Animaliũ varietas. Vrbes & Opida.* Regio valdequam montoſa. Quod ad Valles & Campeſtria loca, Solum amœnum ſatis & fœcundum præcipue verſus Septemtrionem, ſecundũ Lemanni Lacus Tractum, ubi Vinũ gignit generoſum, quod *Ripalium* vocatur ab Lacus. Ripa Paſcua Animantibus omne genus enutriendis optima, cũ alibi, tũ qua Mons Minor S. Bernardi attollitur. Metropolis Sabaudiæ *Chamberiacũ*, vulgo *Chamberi*, Arce præditũ, Domiciliũ præbet plurimũ Sabaudiæ Ducibus, qui Sedem hic ſignarunt Iuſtitiæ, Supremoq; Provinciæ Tribunali, quod Parlamentum vulgo. Vrbs in convalli ſita montibus undiq, cingitur. Cum Sabaudia tamquã partes ejus explicantur *Comitatus Genevenſis*, *Maurianenſis*, *Tarantaſius*, *Marchionatus Suſæ*, & aliquot Dominia, Ditio deniq, *Breſſanenſis*. *Comitatui Genevenſi* nomen ab *Geneva*, quæ *Cenava* dicitur Antonino: Vrbs eſt mitæ antiquitatis. Sita hodie ad Lacum Lemanum, bipartita induabus Rodani ripis, conjuncta Ligneo Ponte, cui per interjectam Inſulam firmiori, utrimq, Domus impoſitæ: Major Meridiem eſt verſus, Minor ad Septemtrionem. In Libertatem ſe vindicavit circa annũ CIↃ IↃXXXV, teſte Tabula, quæ publice ibi poſita ad Curiam. *Maurianenſis* vulgo *la Morienne*, expanſus eſt ad Archum fluvium, ubi *S. Iean de Morienne*, Opidum non ignobile. *Tarantaſius*, vernacule *Tarentaiſe*, concluſus fere ſpectatur inter montes Alpinos, Fluvioſque Archum, & Aran. Nomen habet ab Vrbe *Tarantaſia*, quæ hodie *Mouſtier* Incolis, Germanis *Munſter* in *Tarataſen*: *Muſteriũ* Latine ſcribentibus. *Marchionatus Suſæ* ab Opido *Suſa*, haud procul Fonte Doriæ flu. qui infra Turinũ in Padum ſe exonerat. Sunt & alia Sabaudię Opida: *Aiguebelle*, *Mont-belial*, *Bellay*, *Nicy*, *Montmelian*, *Inſilles*, &c. *Delphinatus* ſequitur. Nomen illi volunt ab *Caſtello Delphini*, quod vernacule *Chaſteau-Dolphin*. Huic ad Meridiẽ adhæret Provincia, ad Septemtrionem *Breſſia*, interfluente Rodano, qua Occidens eſt Veniſſæ ſe pandit Comitatus, qua Oriens, Conregionalia jacent Pedemontium & Sabaudia. Vrbes hic Archiepiſcopales ſunt *Vienna* & *Ebrodunum*. *Vienna*, Βίεννα *Allobrogum* *Metropolis* Strab. eorumdem *urbs mediterranea* Ptol. Βίεννῶν, Steph. vulgo *Vienne*. Non Archiepiſcopatus hæc ſolum honorata Titulo, verum etiam in Ducatus hodie dignitatem evecta. *Ebrodunum* ἐβορόδυνον Ptol. *Caturigum* vel *Alpium Maritimarum*: Ἐπεβρύδυνον κώμη, Strab. *Eburodunum*, Antonino, vernacule *Ambrun*. Epiſcopales Vrbes ſunt quinque: *Valentia*, *Dia*, *Gratianopolis*, *Auguſta*, *Vapingum*. *Valentia* Antonino, Ἀλεντία, Ptol. vulgo *Valence*, Ducatus titulo gaudens. *Dia Vocontiorum*, Antonino, *Die* vulgo, Metropolis Agri, qui vernacule *Pais de Dioris*. *Gratianopolis* olim *Cularo* vocabatur, *Civitas Gratianopolitana*, Iſidoro vulgo *Grenoble*. Sedes ampliſſimi Senatus Delphinatenſis, Iſaræ adſita *Auguſta Tricaſtinorum* Plin. *Tricaſtina Vrbs* Sidonio, Hodie, uti cenſet V. N. Ioſephus Scaliger *S. Antoni de Tricaſtin*, Vapingum Antonino, vel quemadmodum in quibuſdam C. legitur *Vapincum*, ut & in Itineraria Tabula: *Gap* hodie. Caput Agri, qui vernacule *Gapençois* montibus obſiti. Ipſum Opidum, ut hodie, ſic & olim celebre, ad pedem eſt ſitum Montis excelſi, qui Adcolis, *Le Col S. Digo*. Minorum gentium Opida prætereo, ut alia, loci anguſtia ſingulorum deſcriptionem non ferente. De Provincia deſcriptione proxima agitur.

HACTENVS de Aquitania & Regno Arelatensi : sequitur *Provincia*. Vnde autem & qua occasione huic præstantissimo Galliarum Tractui, etiam ultra Rodanum ad Garumnam usque *Provinciæ* nomen inditum, ex historijs petendum est. Narbonensis enim Gallia ab Romanis in *Provinciæ* formam multis ante Christum natum annis redacta, hodieque illud impositæ quondam conditionis nomen mordicus in exigua sui portione, in qua *Massilia* & *Aquæ Sextiæ*, retinet, κατ' ἐξοχὴν quasi & ἀντονομαστικῶς, utque ostenderet se primam, non quidem ordine, sed dignitate inter omnes Imperij Romani fuisse Provincias. Est enim totus ille Narbonensis Ager pars totius Franciæ præstantissima. Conjacet *Provinciæ* ad Septemtrionem Delphinatus, Montium interpositu Velæorum, qui vulgo *Velaye*, intercursuque magnam partem Druentij Fluminis; Orientale ejus Latus claudunt & Alpes, & Varus Fluvius, cujus sinistræ Ripæ adsidet, Nicæa, Italiæ hic principium; qua Meridies est, ab Gallico pulsatur Mari; Occidentalis illi Limes partim Arausiorum Principatus & Avenionensis vel Venissæ Comitatus, hujus quomdam partes, Francorumque Ditionis, nunc autem aliorum Principum; partim Rodanus integer, Lugduno Arelatem usque, ad Languedokij parlamenti Iurisdictionem spectans. Cœlum hic mite, clemens & valde purgatum. Ac Provincia, de qua mihi sermo, præter Segetes, Fructus profert, non solicita cultura, nobilissimos. Vvarum Passarum Ficuumque tanta hic Copia, ut potiori Europæ sufficiat. Ros-Marinus, Myrtus, Iuniperi Baccæ, aliaque id genus larga hic manu ab Natura proveniunt. Castaneæ, Mala Citria, Cydonia, Granata, Crocus, Oryza, similiaque pleno ibidem Cornu funduntur. Vites generosissima dant vina. Solum denique passim gratum, ferax, benignum. De Antiquissimis porro *Provinciæ Comitibus* pauca inveniuntur. Tempore Ludovici VIII, Francorum Regis, legimus in vetustissimis Annalibus fuisse *Raimundum Berengarium Provinciæ Comitem*; ejusque Filiam unicam & Hæredem *Beatricem*, Vxorem fuisse ductam ab *Carolo* Andium & Cenomanorum Comite, ejusdem Ludovici Regis Filio, qui hoc matrimonio *Provinciæ Comitatum* est adeptus. Successit huic *Carolus*, *Claudus* cognomine, Princeps Salernitanus & Rex Neapolis. Hunc sequutus est filius *Robertus*, Dux Calabriæ, & Rex Neapolitanus. Robertum Avum excepit *Ioanna* (cujus Pater Carolus, Calabriæ Dux, jam vitam cum morte commutarat) testamento cum Regina Neapolis, tum *Provinciæ Comes* facta. Hæc *Ludovicum Andegavensem*, Ioannis Francorum Regis filium, quem explendo in adversarios odio adoptarat, Successorem & in alijs Principatibus & in eodem Comitatu reliquit. Post Ludovicum Comes factus est filius ejus *Ludovicus* II; quem sequutus *Ludovicus* III filius, quum etiam ab Ioanna II Neapolis Regina in Regem Siciliæ, Calabriæque Ducem esset adoptatus, inprolis Successorem habuit in suis Principatibus, ex consensu ejusdem Ioannæ II, *Renatum Andegavensem*, Fratrem. Hic quum Regni Neapolitani *Provinciæque Comitatus* jura resignare nollet Renato Lotharingiæ Duci, ex Filia Iolanta Nepoti, ea transcripsisse memoratur in *Carolum* Fratrem, Cenomanorum Comitem : qui Filio Carolo orbatus *Ludovicum* XI Francorum Regem, omnium Bonorum Hæredem instituisse scribitur. Alij suprema id *Renati* voluntate factum volunt; non absque gravissima justissimaque Renati Lotharingici expostulatione. Habitarunt hic olim *Salyi*, *Aquenses*, *Arelatenses*, *Sextani*, *Sentij*, *Ebroduntij*, *Dinienses*, *Vesdiantij*, *Sanicienses*, *Nerucij*, *Vencienses*, *Vulgientes*, *Aptenses*, *Reienses*, *Octavani*, *Commoni*, *Foro-Iulienses*, *Segestorij*, *Albici*, *Oxubij*, *Deciates*, & alij. Sunt autem in Provincia sub Parlamento Aquensi, præter multa minorum gentium Opida, Vrbes, duæ quidem Archiepiscopatus, undecim autem Episcopatus dignitate nobiles. Archiepiscopales sunt *Aquæ Sextiæ* & *Arelate*. *Aquæ Sextiæ*, *Colonia*; Latinis, Paterculo, Solino alijsque dicuntur; quæ Τ' ὕδατα Σέξτια Κολωνία Ptolemæo: Σεξτιλία est apud Plutarch. in Vita C. Marij; *Aquæ Sestiæ* Itinerariæ Tabulæ *Coloniam Iuliam Aquas* vocat Lapis qui hodie Lugduni ad D. Benedicti: item alius ad ipsas Aquas : Plenius nominat *Coloniam Iuliam Augustam Aquas Sextias* Monimentum quod in Agro Arelatensi hodie reperiri notat ad Ausonium lib. 1 cap. xxx. Vir Nobilissimus Iosephus Scaliger. *Colonia* it ẽ *Iulia Aquæ Sextiæ Legio* XXV vocatur in antiqua inscriptione, Nummoque Vespasiani, Huberto Goltzio. *Aquæ* quidem, quod *Aquarum* ibi *Caldarum* Balnea; unde & hodie *Aix*: *Sextiæ* ab C. Sextio Calvino Cos: anno ab v. c. IↃCXXX. Hic enim victa Salyorum Gente, *Coloniam Aquas Sextias* condidit, eo consilio, ut Romanum illic collocaret Præsidium, quo Barbaros ex ijs reprimeret Littoribus, quæ ex Massilia ducunt in Italiam, quum Massilienſibus illis coercendis non suppeterent vires. Legendus Livi. lib. lxi ab v. c. *Iulia Augusta* vero ab C. *Iulio Cæsare Augusto*, qui eam Colonis auxit, deductis eo Legionis XXV Veteranis. Parlamenti Provincialis Sedes, quod inde *Aquense*. Partim ad *Aquas Sextias*, partim in Italia, in Campo Raudino, vicit Cimbros Teutonesque Germaniæ Populos, quique ipsis se junxerant Tigurinos Ambronesque Gallicas Nationes, C. Marius Nota Historia. Alibi etiam hac de re nonnulla. *Arelas* simpliciter Orosio & Ausonio lib. de Vrbibus in Epigraphe & ipso Carmine VII; *Arelatus*, eidem Ausonio in eodem Carmine & alijs; *Arelate* Cæsari Plin. Sueto. in Ti. Principis Vita, Melæ & alijs: Ἀρελάται denique Strab. quæ Ἀρελᾶτον *Salyorum Colonia*, Ptol; & *Arelate*, *Sextanorum* Plin. Vt *Coloniæ* meminerunt Lapides de quibus paullo ante, ad *Aquas Sextias*. *Salyorum* quidem, ab antiquissimis Galliæ Populis; *Sextanorum*, ab Legione VI. cui hic sua fuerunt Stativa. Hodie *Arles*, plurali voce. *Thelinen* olim nuncupatam ab Græcis eam incolentibus, memoriæ prodit Festus Avienus. *Mamiliaria* cognominatur, quam ob caussam nescitur, in Inscriptione pulcherrima, quæ ibidem in Columna legitur, teste V. N. I. Scaligero. *Constantina* ut diceretur, ibique Septem Provinciarum, Viennensis, utriusque Narbonensis, utriusque Aquitaniæ, Novẽ populaniæ, & Alpium Maritimarum, Conventus ageretur, sanxit Fl. Constantinus Imperator. *Gallulam Romam* vocat Ausonius Carmine, cujus memini, quod esset celeberrimũ & oportunissimũ Emporiũ quodque Romanorum Colonia deducta Romam Genitricem suam in multis æmularetur & exprimere conaretur indeq; parva quædam videretur Roma. Vrbs ad Rodanum sita: Ad Sinistram ripam hodie. Itineraria Tabula collocat ad dextram, ubi hodie Languedokium. Ausonius *Arelatum* Rodani Fluentis interscindi, notat: Vnde & *duplex* eidem lib. de Vrb. in extremo Mosella & Epistola XXXIIIà ad Paullinum, quod videlicet in duas partes, ab Rodano secaretur. Hodie, mutata ibi rerum facie, Simplex est, tota in ripa Rodani, quæ Italiam respicit, posita; septa undique Paludibus in quibus præferoces aluntur Boves. Putatur hinc major fuisse, creduntque magni Viri partem Vrbis olim florentissimæ alteram ab Gothis excisam. Emporium autem fuisse satis constat ex Ausonio. Grata olim Regibus Burgundiorum Sedes fuisse legitur. Postea Comitum Provincialium fuit domicilium. Primus ibi Episcopum egisse scribitur *D. Trophimus*, Pauili Apostoli Discipulus, anno Imperij Neronis secundo in Gallias ab eo destinatus; ex cujus fontibus, ut Zosimus Pontifex M. scribit, universa Gallia Fidei rivulos accepit. *Arce* potens hodie, *Honorato Hilarioque*, Præsulibus quomdam suis, est clara. Et hæc de Archiepiscopalibus *Provinciæ* Civitatibus : Episcopales sunt undecim, in quis, quod absque aliarum fiat indignatione & præjudicio, primas dabo *Massiliæ*, *Massiliam* Latini omnes, Græcique nominant nonnulli : quæ Μασσαλία Strab. Steph. Veteribusque Nummis: Μασαλία Ptol.

*Regio.* *Vnde dicta.* *Situs.* *Cœli Temperies.* *Soli fertilitas.* *Imperium Majorum.* *Vrbes.*

PROVINCIAE,
Regionis Galliæ, vera
exactissimaq; descriptio.
Petro Ioanne Bompario auctore.
PROVENCE.
SEPTENTRIO.
MERIDIES.
OCCIDENS.
ORIENS.
Gradus et Minuta Latitudinis
Gradus et Minuta Longitudinis
CONTE DE VENA CIN.
CONTE DE SAULT.
LE BERON MONT
CONTE DE BUEIL.
CONTE DE NICE.
Val de Blora.
PARTE DE PIAMONTE.
LA CAMARGO.
LA CRAU.
Mer de Martigue
Les Pomegues
Les Tignes
Les isles Dor Stoechades
Les Isles de Eres
Goulfe de Grimault
Curvum Prom.
Vintimiglia
Nice
Baptista Doetecomius sculp.
Miliaria
Provincial.
Gallic.
Italica.
Miliaria Germanica communia

Ptol. *Marſeille* vulgo: *Græcorum* cognominatur in Itineraria Tabula; quin & Suburbicarius ipſorum Ager ibidem *Græcia* dicitur. Nam *Phocæenſium Græcorum* in Aſia Minore eſt *Colonia*. Condita Olympiade xlv, ſcribente Solino: tempore Tarquinij Regis, ut notat Iuſtinus lib. xliii Plutarchus in Solone conditam ſcribit a *Proto*, qui *Protis* alijs dicitur. Situm pretioſo in loco, indicat Strabo: prope oſtia Rodani Amnis, in remoto ſinu, velut in Angulo Maris, ait ex Trogo Iuſtinus. De Situ ſic Cæſar lib. ii. Bell. Civil. *Maſſilia fere ex tribus Opidi Partibus Mari alluitur: reliqua quarta eſt, quæ aditum habet a Terra: hujus quoque ſpatij pars ea quæ ad Arcem pertinet, Loci natura & Valle altissima munita longam & difficilem habet expugnationem.* Rempublicam porro Maſſilienſium tantopere laudat M. Tullius, ut audiente Populo Romano, dicere auderet in Defenſione Fontei, *Civitatis illius Diſciplinam atque Gravitatem non ſolum Græciæ, ſed pene cunctis Gentibus anteponendam.* Epiſcopos ſuos numerant ab *D. Lazaro*, quem Chriſtus ab morte ſuſcitavit. Eum Bonis Sedibuſque exutum, ſæviente perſequutione, quæ Stephanum abſtulerat, cum Sororibus Maria Magdalena & Martha in has oras veniſſe Chriſtique fidem nunciaſſe, narrant Maſſilienſes. Quin & caput ejus monſtrant in Primario Templo: quod Incoljs *La Majeur*, ad Vrbis Mœnia verſus Mare. Hæc de Maſſilia: reliquæ Vrbes Epiſcopales ſunt *Dine*: *Dinia* Plin. in Ebroduntijs, Δίνια Ptol. in Sentijs. *Graſſe*, *Graſſenſe opidum*. *Glandeve*, *Glannate* Viris Doctis Latine ſcribentibus; *Glannatena Civitas*, Notitiæ Provinciarum Galliæ in Viennenſi iv; In alijs Libris eſt *Glanatica*, in quibuſdam *Glamnatena*. Falluntur qui *Glanum* Plinij, Melæ & Antonini cum *Glannate*, confundunt. *Glanum* enim Antoninus ponit inter Cabellionem & Arelatum; atquam procul inde *Glannate?* Quid *Glanum* hodie, ignoratur. *Senas* Σανίτιον, Veſdantiorum opidum in Alpibus Maritimis, Pt. *S. Paul de Vences*; Ο'ὐϊντιον, Neruſiorum Opidum in Alpibus Maritimis, Ptol. Οὐενετία Dioni. *Apt*; *Apta Iulia Vulgientium* Plin. *Avia Iulia & Abtejulia* corrupte apud Antoninum: Nam in melioribus eſt *Apta Iulia*: ut & in Itineraria Tabula. *Ries*: *Reius*, Notitiæ Provinciarum Galliæ, in qua ſub Viennenſi iii ſic legitur: *Civitas Rejenſium*, id eſt *Reins*. In Tabula Itineraria, ſcriptum eſt, *Reis Appollinaris*, quod nondum liquet. *Feriuls*, *Forum Iulij* Planco ad Ciceronem, Φόρος Ἰούλιος. Commonorum Vrbs Ptol. COL. IVL. OCTAV. in Auguſti Nummo apud Goltzium: *Forum Iulium Octavanorum Colonia quæ Pacenſis appellatur & Claſſica*, Plin. Hodie Portus eſt marinus. *Ciſteron*, *Seguſtero* apud Antoninum & in Itineraria Tabula: *Ceſtero*: inquit ſuis ad Merulam litteris Ioſephus Scaliger, Plin. apud quem tamen excuſum eſt *Ceſſero*, Sed Merulæ ſemper Pliniana *Ceſſero* eadem cenſeri ſolet cum ea quæ Κεσσερὼ apud Ptol. Toloſę & Carcaſſioni connumerata, quæ hodie in Languedokio *Caſtres*. *Tolon*, *Telonum* Doctis Latine ſcribentibus, *Telo Martius*, Antonino, Opidum in Interiore Maris receſſu, novem Leucis Maſſilia. Hæc de Epiſcopalibus: ſunt alia non minoris nominis & Antiquitatis opida: *Antibe*, *Antipolis* Deciatorum opidum Ptol. *Opidum Latinum*, *Antipolis*, Plin. Tacitus *Antipolim Narbonenſis Galliæ Municipium* appellat: *Coloniam* Nummus Titi Imperatoris. *Olbia* Ptol. Melæque nota, *Tercs* vel *Hieres* hodie cenſetur ad Mare, tribus fere Leucis Tolone. Contra opidum jacent nobiliſſimæ inſulæ, quæ Ptol. Στοιχάδες, Λιγυςίδες Steph. Hodie, Opido cognomines, *Les Iſles* dicuntur de *Teres* vel *Hieres*. Coralium ibi colligitur optimum, & quo non aliud præſtantius in Mari Liguſtico. *S. Maximin*, *Tecolata* videtur Antonino in Itinerario, ſex grandioribus leucis Maſſilia, verſus Boream. *Taraſcon*, Ταράσκων Strab: Ταρασκὼν Ptol. ad ſiniſteriorem Rodani ripam: cui in dexteriore oppoſita viſitur *Belloquadra*, vulgo *Beaucaire*, Fluvio tantum intercurrente: unde uſitatum illud Gallis: *Entre Beaucaire & Taraſcon, Ne repaiſt Brebis ne Oyſon, Non plus qu'entre Tain & Tournon.* Nam & hæc apud Valentinos utrimque ad Rodanum. Comitatus dignitate fulgent Opida, *Sault*, *S. Gillis*, & alia. Iam quas hodie habeant appellationes Opida, quæ apud Antoninum & in Itineraria Tabula ſcribuntur, *Alaunium* & *Catoluca*, quæ *Catuiacia* Tabulæ Itinerariæ, ignoratur. Vtrumque certe locatur inter Seguſteronem & Aptam Iuliam. Neque certiora habemus de *Glano* & *Ernagino*, que quomdam inter Cabellionem & Arelate. *Glanum* Plin. & alijs, Γλανὸν Ptol. in Salyis, Itinerariæ Tabulæ *Clanum*. Et *Ernaginum*. quod Ε'ρνάγινον Ptol. *Ernagina* Itinerariæ Tabulæ: Οὔργενον Straboni eſſe videtur: apud quem in M. S. Codicibus Οὔγερνον legi notat Caſaubonus: *Vgernum* nominat Gregorius Turonenſis. Præter *Maſſiliam*, *Telonum*, *Olbium*, *Forum Iulium* & *Antipolin*, alia quoque ab Veteribus opida nominantur Provinciæ hujus, Mari adpoſita, quæ prolixitatis evitandæ gratia omittimus. Habet Provincia ad Meridiem Mare Gallicum; Portumque celeberrimum ac tutiſſimum *Maſſilienſem*, qui catenis ferreis clauditur. De *Portu* iſto Dionyſius:

*Portus.*

ἐνθα πγαῖα
Μασσιλίη πεπάνυσαι, ἐπισροφον ὅρμον ἔχουσα

Nomen *Portui* fuit, ut Euſtathius notat Λακύδων. Hinc apud Melam ex veteribus libris legendum: *Et Lacydum Maſſilienſium Portus, & in eo ipſa Maſſilia.* Hujus autem Vrbis (ut plene ſcribit Strabo) *Sexcenti* erant Senatores, quos τιμούχους vocabant, quique totam vitam iſthoc honore potiebantur: ex eo numero *Quindecim*. Viri quotidianis Litibus dirimendis legebantur. Atque hi nimirum ſunt *Sexcenti Maſſilienſium*, & *Quindecim-Primi*, quos libro belli Civilis i. appellat Cæſar. *Sexcentorum* etiam meminit Valerius Maximus lib. ii. cap. vi. Ex *Quindecim-Viris* autem *Tres-Viros* optabant, in quibus auctoritas eſſet ſumma. Τιμοῦχος nemo creabatur, qui Liberos non haberet, quive a Tertia uſque Progenie ac Stirpe Civis non eſſet. *Maſſilienſium* igitur Reſpublica ἀριστοκρατικῶς (hæc Strabonis eſt vox) adminiſtrabatur. Ariſtoteles πόλιτικ lib. v & viii eos Ο'λιγαρχία uſos teſtatur. *Oligarchicum* ſane fuit: Genere, ut audivimus non Virtute, Reip. Principes fieri. Eorum leges Ionici genij. Γωνικοὶ inquit, Strab. publice ſunt propoſitæ. Inſtituta Reip. *Maſſilienſium* paucis recenſet Iuſtinus lib. xliii. Conſueviſſe ſcilicet, ab condita fere urbe, *feſtis diebus Portas claudere*, *Vigilias agere*, *Stationem in Muris obſervare*, *Peregrinos recognoſcere*, *Curas habere*: *ac, veluti bellum haberent, ſic Vrbem pacis temporibus cuſtodire: adeo illic bene Inſtituta non temporum neceſsitate, ſed rectè faciendi conſuetudine ſervari.* Alia de Manumiſſionibus, Spectaculis, Validis Mendicantibus, Supplicijs, Funeribus, Sepulchris, & Hoſpitiorum jure, leguntur apud Valerium, Capite, quod indicavi. Mercatus hic olim fuit, ut memoriæ prodit Strabo lib. iv bonarum Artium & Diſciplinarum celeberrimus. Eo, tanquam ad alteras Athenas, Romani, Galli, Hiſpani, omneſque, quibus licebat, Philoſophiæ Græcæque linguę gratia ſe conferebant. Teſtatur Tacitus in Vita Agricolę Soceri, eum parvulum ſedem ac Magiſtram Studiorum habuiſſe Maſſiliam. Hæc *Eumenidis*, qui tam accurate quæſivit de Nilo: Hec *Pythiæ*, quem tam ſtudioſe inſectatur Strab. Hæc aliorum, quorum ſcripta interciderunt, fuit Patria. Hic veriſimile eſt Philoſophiam didiciſſe *Favorinum Arelatenſem.* Hæc Gallos omnes ita φιλέλληνας reddebat, ut contractus omnes Gręco Idiomate conficerent, & in omnibus publicis privatiſque Rationibus Græcis litteris uterentur. Conſonabant etiam optimis Inſtitutis Sanctiſſimi publice privatimq; Mores. Maſſiliam Tacitus ait Locum Græca Comitate & Provinciali Parſimonia miſtum & bene compoſitum. Sed iſti morum Integritati multum admit unum, quo ſe infamare ſoliti Maſſilienſes, Vitium. Notum eſt Proverbium, πλεύσειας ἀς Μασσαλίαν, *Maſſiliam naviges*, Credebantur enim γυναικοπαθεῖν. Sed de his ſatis. Vrbs hæc jam ſuorum Incolarum induſtria per Aſiam, Africam, aliaſque remotiſſimas Regiones longe lateque negociatur.

*Senatores.*

*Leges & inſtituta.*

*Schola*

*Ingenio & bonarum litterarum ſtudijs celebres Viri.*

*Mores. Mercimonia.*

# FRANCIA, PICARDIA VERA, ET CAMPANIA.

- **FRANCIA**, *in hac sunt:*
  - Prevosté & Vicomté *de Paris. Dividitur in* IV *ditiones, quæ sunt.*
    - *Le Parisis, cujus Metropolis Paris.*
    - *La Goelle, in qua Comitatus Dam-martin 23 45. 48 49.*
    - *L'Isle de France, sita inter S. Denis 23 21. 48 43 & Montmorency 23 21. 49 0. & Fluvium Sequanam, Seyne.*
    - *Vulxin le François sita inter Clermont in Beauvoisis & Sequanam fluvium.*
  - Valois *Ducatus, cujus Metropolis est Senlis Prevosté & Bailliage. Sub hoc Ducatu est Comitatus de Beauvois.*
  - Heurepois *comprehendit Vicomté & Bailliage de Melun.*
  - Gastinois *comprehendit Ducatus duos, Estampes & Nemours.*
- **PICARDIA** *vera, sub qua sunt. Hæc copiosius descripta cum Artesia est.*
  - Tirasche *Ducatus in quo Metropolis Guise.*
  - *Com. & Vidamie d'Amiens.*
  - *Com. Vermandois, sub quo sunt alij* IV *Com. Soisson, Noyon, S. Quintin, & Laon.*
  - *Com. Retelois, in quo Metropolis Retel.*
- **CAMPANIA** *in qua sunt*
  - Comitatus *subjecti*
    - *Bar sur Seine.*
    - *Auxerre Vicomté.*
    - *Tonnerre 25 19. 47 36.*
    - *Poursuivent.*
    - *Braine 25 51. 49 13.*
    - *Grandpré 26 18. 49 0.*
    - *Mailly 25 34. 48 27.*
    - *Vertus 25 18. 48 46.*
    - *Roussy.*
    - *Retel.*
    - *Ivigny*
    - *Brie 23 37. 48 28.*
  - Ducatus *nõ subjecti*
    - *Reims.*
    - *Langres.*
  - Comitat⁹ *nõ subjecti*
    - *Ligny.*
    - *La Motte.*
    - *Chalon.*
  - Baronia.
    - *Iainville.*

Status Ecclesiasticus.
*In hac parte Galliæ.*

Archiepiscopus *Remensis cui subsunt Episcopi in hoc tractu: Suessionensis Soisson, Cathalaunensis Chalon, Ambianensis Amiens, Noviodunensis Noyon, Silvanectensis Senlis, Belovacensis Beauvais, Laudunensis Laon, & in alijs Belgij partibus Cameracensis, Tornacensis,* Morinensis & *Atrebatensis.*

Archiepiscopus *Senonensis in Sens, cui subsunt, Parisiensis,* Meldensis Meaulx, *Tricassensis Trois,* Carnotensis Chartres, *(qui est in Haute* Beausse) *Nivernensis Nivers, Aurelianensis Orleans, Autisiodorensis, Aussoire vel Auxerre.*

*Hæc collecta sunt partim ex Guide des Chemins de France, partim ex libello inscripto La division du Monde,*

Medius Meridianus 24 40. ad quem reliqui inclinantur juxta rationem 48 0. & 49 30. Parallelorum.

# FRANCIA SPECIALIVS STRICTIVSQVE SVMPTA.

FRancia specialius strictiusque sumpta, quæ in nostra distributione sequitur, hoc loco limitibus, quam alibi, angustioribus circumscribitur; & hoc nomen toti alioquin Regno proprium, pro Parte tantum ejus hic accipitur. Francia autem, de qua hic agimus, comprehendere sub se scribitur hodie *Præfecturam* & *Comitatum* (vel ut alij, *Vicecomitatum*) *Parisiensem, Ducatum Valesium, Ditioneque Heurepensium* & *Gastinensium.* Habitarunt hanc Gallię partem olim *Bellovaci* & *Parisij*, ejusque Vrbs primaria est *Lutetia*, quę & Metropolis, ac velut Theatrum & compendium totius Galliæ, Regum domicilium, omniumque prę clarissimorum totius Orbis Ingeniorum Officina. Vrbs est celeberrima & antiquissima. Strabo eam *Leucotetiam* vocat lib. IV, ubi scribit: Secundum fluvium Sequanam sunt Parisij, qui unam Insulã possident, & in ea civitatem Leucotetiã. Hodie dicitur *Lutetia Parisiorum, Paris* vulgo. Ad hoc nomen quod attinet, quidam a Rege cognomine, qui & Celtis præerat illud derivant, ab eoque agrum huic urbi circumjectum dictum fuisse *Parisium*, atque incolas *Parisios*. Hos vero *Parisios* aliquot annis post incursionibus nonnullarum cohortium quę dimissę ex rapto vivebant, coactos fuisse propter assiduas bonorum jacturas in urbem Leucoteciam sese recipere, quæ antiquo nomine mutato ab hisce populis *Lutetia Parisiorum* dici cœpit. Describit hanc urbem genuine Iulianus Cæsar in Oratione cui titulus Ἀντιοχικὸς ἢ Μισοπώγων, ubi inter alia: Ἐτύγχανον ἐγὼ χειμάζων παρὰ τὴν Λευκετίαν. Ὀνομάζουσι δ' αὐτὴν οἱ Κελτοὶ τῶν Παρισίων τὴν πολίχνην. Ἔστι δὲ μεγάλη νῆσος

*Regio.* *Nomen.* *Vrbes.*

FRANCE
PICARDIE
CHAMPAIGNE
cum regionibus adiacentibus.
Maris Britannici pars
Belgij pars
Normandiæ pars
Beauuoisiz
Laonois
Valois
Vrayes
Picardie
Retelois
Lotha
Ringiae
Pars
Rois
Bar
Pais de Pertois
Champaigne
Comitatus
Pais de Vallage
Bassigny
Pais de Montaigne
La Vilduche
Auxerrois
Senenois
Pais de Tonnerre
Gastinois
La Beauvsse
Sologne
Miliar. communia Gallie
Miliaria Francica
Per Gerardum Mercatorem
Cum priuilegio

νῆσος ἐγκειμένη τῷ Ποταμῷ, καὶ αὐτὸν κύκλῳ πᾶσαν τὸ τεῖχος καταλαμβάνει. Ξυλιναὶ δὲ ἐπ' αὐτὸν ἀμφοτέρωθεν εἰσαγωσι γέφυραι : & quæ alia de ipſo fluvio ſequuntur. De hac autem urbe, deque prima parte Franciæ ſpecialius ſumpta in Tabula ſequente tractabimus : de cæteris in hac agamus. Altera Franciæ, ſtrictius ſumptæ, Pars, *Valeſium*, quod vulgo *Le Pays de Valois*. Nomen habere putatur ab amœniſſimis, quibus hæc ditio ſuperbit, Vallibus. Alij aliunde derivant. Comitatus olim, hodie Ducatus. Primus Valeſiorum, ut & Alençonij Comes dictus fuit *Carolus* Philippi III, Franciæ Regis filius, Philippi Pulcri Frater. A quo per *Philippum* VI filium Regium Valeſiorum ſtemma in Gallijs fuit propagatum. Extendit ſe Ducatus Valeſius in Picardiam uſque. Primarium opidum (præter *Creſpiacum*, *Creſpy*) *Silvanectum* eſt, Francis *Senlis*. Dictum Latinis quidam augurantur, quod Silvæ nectatur. Meminit Notitia Provinciarũ Galliæ in Belgica II, ubi *Civitas Silvanectum*, hodie *l'Eveſché de Senlis*. Opidum eſt antiquum præter Epiſcopatũ, Præfectura & Baillivatu nobile. Epiſcopos numerat Fr. Belleforeſtius 74, quorũ primus *Regulus*, poſtremus *Renatus Roulierus*. Ditavit Præfectura Silvanectenſis Valeſiũ Ducatum dynaſtijs, quę vulgo audiunt *Pierrefons*, *Bethis*, & *Verberie*, comprehenſis opidis quæ nunc *Angy*, *le Pont S. Maxence* ( Paludibus hoc cinctum eſt, Limitemque ſtatuit Franciæ & Picardiæ ) *Pongoing*, *Brenonville* etc. Complectitur eadem Præfectura *Compendium*, *Compiegne*, Sedem olim Principum *Carolopolin* alijs appellatum, ab Carolo Calvo, qui pomeria ejus ſcribitur produxiſſe & munijſſe. Eundem Carolum Comitia Statuum Regni Francici, Conciliũque Nationale Præſulum Eccleſię Gallicanę in hoc Opido celebraſſe, loquuntur Hiſtoriæ. Trangreſſis Compendium occurrunt ſtatim Picardiæ populi, Sueſſones & Laudunenſes. Sub Compendio ſunt *Magny*, *Thorette*, *Creil*. Haud procul *Creila* ſtagnum viſitur unius ſemis-Leucę: Munimentum item in Monte, quod ab Iulio Cæſare fertur conditum. Continet quoque Silvanectum *Pontis Aeſiæ* (*Pontoiſe*, vulgo; *Ponteſium* nominat *Ivo* epiſtola CV) Baillivatum, Præfecturam & Vicecomitatum ; cui parent *Ville-neuve le Roy* & *L'Iſle Adam*. Si *Ponteſium* non ſit, quæ Antonino *Brivaiſaræ*, Itinerariæ autem Tabulæ corruptius *Briviſura*; fuit certe in agro Ponteſij ſuburbicario. *Ponte-Aeſiæ* ſuperato, ſe offert Normannia. Silvanectenſis inſuper Præfecturæ Ius agnoſcit *Comitatus Belmontius ad Aeſiam*, la *Comté de Beaumont Sur Oyſe*, antiqua Præfectura, cui ſubſunt *Perſang* & *Metu*. *Comitatus Belmontius* Dominos agnoſcit proprios, Principes regiæ Stirpis Vendomenſis. Ad hoc opidum ultra Æſiam initium capit Bellovacenſis ditio. Bellus hic Mons videtur quibuſdam eſſe opidum, quod ab Cæſare deſcribitur lib. II Belli Gall. egregie natura munitum, ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas habens rupes & deſpectus; Aditum autem una ex parte, leviter adclivem. Sub Silvanectenſi denique Præfectura, ſimulque ſub Valeſio Ducatu eſt *Comitatus Belovacenſis*, *Comté de Beuvais*, *Beauvoiſin*. Cujus deſcriptionẽ in propria quam habet Tabula, dabimus. Hæc de *Valeſio* : ſequitur tertia Franciæ pars *Heurepenſe Territorium*, *Heurepois*. Initium capit ad Sequanam, ſub Ponte Pariſienſi, qui Parvus cognominatur; ſecuſque eundem fluvium procurrit Corbolium, Melodunum, & Moretum, ubi Verina amne, qui in Lonium ſe exonerat, ſejungitur ab Gaſtinenſium agro. Adhæret Brienſibus, ubi reſpicit Fanum, cui cognomen ab S. Columba Grandi apud Senones. Continet autem Vicecomitatum & Baillivatum *Melodunenſem*. Metropolis eſt *Melodunum*. Nomen hoc perperam apud Cæſarem bis eſt infultum; pro quo Veteres omnes ſcripti Codices Commentariorum de Bello Gallico habent *Metioſedum*. Verum quidem eſt *Melodunum* & *Metioſedum* unum idemque opidum eſſe : ſed *Melodunum* poſterius eſt. *Melodunenſe Caſtrum* apud Gregorium Turonenſem eſt lib. X. Hodie *Melun*, in Inſula Sequanæ, inſtar Lutetiæ Pariſiorum. Vnde Fabula nata : *Melodunum* olim *Iſis* nomen habuiſſe; indeque Vrbem, quæ totius nunc Galliæ Metropolis, cui idem in Inſula erat ſitus appellatam fuiſſe, quod *Par-Iſis* eſſet. Credunt qui velint, non ego. Ab veteribus Gallis condita eſt hæc Vrbs, ſitu commodo. Olim Comites & Vice-Comites habuit: poſtea vero Coronæ Franciæ unita fuit. Hodie Sede Regia & Baillivatu nobilis eſt. Eſtque hic magnus Senatorum aliorumque Magiſtratuum numerus, eique parent ſedes Opidorum quæ vulgo *Nemours*, *Chaſteau Landon*, *la Chappelle la Royne*, & *Milly en Gaſtinois*. Eſt & Delectorum Curia, quæ in Brienſem ditionem uſque extenditur. *Melodunum* Arce validum. Quod opidum bonis piſcibus, præcipue Cancris ſuaviſſimis, nobilitatum & celebre, nunc *Corbueil* vulgo, *Corbolium* nominatur in Vita S. Petri Tarentaſij. Habet & hoc cum multis alijs, Arcem. Comitatus olim fuit, eſtque locus admodum antiquus, qui a Romanis putatur conditus, in territorio fluvijs irriguo, nempe Sequana & Eſſonna ſive Eſtampa. Eſt & in hac Franciæ parte *Fons Bellæ-aquæ*, vernacule, *Fontaine-Belle-eau*; Seceſſus Regum amœniſſimus quietique aptiſſimus; vere Palatium; Domicilium olim S. Ludovici, poſt Philippi, poſtremo Franciſci Valeſij. Arx hæc reædificata fuit a Franciſco ejus nominis primo, eamque Henricus IV talem qualis hodie viſitur reddidit. Dicta eſt a fontibus aquarum perennium quibus hic locus ſcatet, quæ foſſas hujus Arcis replent. Bibliotheca Fontis Bellæ-Aquæ illi quæ quondam a Rege Ptolemæo Philadelpho in Vrbe Alexandria erecta fuit nulla ex parte cedit. Hanc enim Rex Franciſcus undique & omne genus libris, inſtruxit, etiam e Græcia & Aſia petitis, data doctiſſimis viris comparandorum & conquirendorum cura. Multa ibi etiam alia ſingularia. Quartus in Francia locus datur *Gaſtinenſium Ditioni* : vulgo *Gaſtinois*, quæ ab Heurepenſi ſeparatur Verina fluvio. Hæc latiſſime protenditur ad Ortum Ditionem Brienſem & Sequanam habens, ad Occaſum Belſiam, Silvam Aurelianenſem ad Meridiem, & ad Septemtrionem Carnutum Territorium. Ager Gaſtinenſis parum fertilis, multis locis, ſabuloſus ac proinde ſterilior, propter ſilvas tamen & flumina non inamœnus. Comprehendit ſub ſe *Ducatus Stampenſem* & *Nemurcenſem*, *Comitatumque Rupis-Fortis*, *Moreti*, & alios, Opidaque *Millium* & *Montargium*. *Stampæ*, *Eſtampes* vulgo; Opidum loco amœniſſimo ſitum medio inter Lutetiam Pariſiorum & Genabum Aurelianenſium itinere, ad Iunnam fluvium : Cammarorum, qui delicatiſſimi, parentem largum, ad Corbolium in Sequanam ſe exonerantem. *Stamparum* meminerunt Aimoinus & Gregorius Turonenſis. *Stampenſis Pagus* eſt apud Nithardum de diſſenſionibus Filiorum Ludovici Pij lib. I. *Stampenſe* etiam *Concilium* nominatur apud Ivonem. Ducatus (qui olim Comitatus fuit) claret dignitate. *Nemurſium Nemours* opidum, dictum, ut quidam cenſent, a *Nemore*, cum ſit admodum nemoroſum. Situm eſt ad Lonium flumen, quod paullo infra Moretum Sequanæ concurrit. Inter Ducatus Franciæ etiam non poſtremi loci. Vixit non ita pridem *Philippus Sabanæus*, *Nemurſij* Dux; cujus Filia *Ioanna* ſecundo loco nupſit Nicolao Lotharingo, Duci Mercuerrio, Marchioni Nomeneij & Vandalimontis Comiti. *Rupes-Fortis Roche-Fort* Gallo-Romanis dicta, Comitatus gaudet titulo. Loco parum eſſe, aut nihil antiquitatis, ipſum loquitur nomen; niſi tranſnominationum frequentia ſit paſſim admittenda. In Gaſtinẽſium quoque ditione ſunt, *Millium*, *Milly* urbs primaria: *Chaſteau Landon*, *Moretum*, *Moret* ad Lonium ſitum, loco admodum fertili, Opidum exiguum: Limés eſt inter Gaſtinenſes & Heurepenſes. Arce ut & Millium præditum. *S. Mathurin de l' Archamp*, *Mõtargium*, quaſi *Mons Argi*, ut quidam ratiocinantur; quod in circumitu adſpectus ejus procul extendatur. Incendio vaſtatum circa annum CIↃIↃXVIII, poſtea renovatum fuit. Arcem & hoc habet, jn qua depicta viſitur Hiſtoria Canis Venatici, qui heri ſui mortem vindicavit; occiſo eo, qui necem illi attulerat.

# FRANCIA SPECIALIVS
## STRICTIVSQVE SVMTA.
### VULGO FRANCE.

PIcardiam cum *Campania*, qua potui fide, diligentia, brevitateque percurri: succedit in mea distributione *Francia*, vulgo *France*, *Franciæ* nomen hoc loco Limitibus quam alibi, angustioribus circumscribitur; & toti alioquin Regno proprium, pro parte tantum ejus (quam sequentia docebunt) hic accipitur. *Francia* autem de qua hic agimus, comprehendere sub se scribitur hodie *Præfecturam* & *Comitatum* (vel ut alij, *Vice-comitatum Parisiensem*, *Ducatum Valesium*, *Ditionesque Hurepensium & Gastinensium*, *Præfectura Parisiensis*, *La Prævosté & Comté de Paris* in quatuor dividitur Ditiones, *Parisium*, *Goellam*, *Insulam Franciæ*, *Vexinum Francicum*. *Parisium* appellamus, quod vulgo *Le Parisis*. Complectebatur olim quidquid erat hinc a Porta Parisiensi, de qua paullo post, usque ad Pontem Æsiæ (*Pontoise*) inde vero Clayam usque, versus Brienses. Nomen fere perijt, nisi quod ejus etiamnum memoria servetur cum in quibusdam Pagis, *Louvres*, *Cormeilles*, *Escoua*, & alijs, qui *Parisij* (*en Parisis*) cognominantur; tum in Nummis qui vulgo *Solidi Denarijque Parisij*, *Sols & Deniers Parisis*, & quibusdam Parlamenti Parisiensis Taxationibus. Quinetiam sunt qui *Portæ*, quam nunc *Parisiensem* vocant, non aliũde nomen esse censent, quam quod ea in *Parisium*, de quo mihi sermo, duceret. *Parisij* hujus Vrbs, totiusque nunc Galliæ Metropolis est *Lutetia*. Sic Cæsari nominantur λευκοτεκία Ptol. λευκετία Iuliano; *Lutetia*, *Castellum Parisiorum* Marcellino, digitum procul dubio intendenti in Ædificium antiquissimum, quod hodieque ibi cum stupore visitur. *Parisium* Zosimo. Nuperis istis *Lutetia Paritius*; non tam barbare, ut quidam hodie putant. Hodie *Paris*, vulgo ab ipsis hujus Agri Populis. *Lutetia* quibusdam a *Luto*, propter Paludes vicinas; quarum apud Cæsarem lib. VII est mentio: earum hodie, ut ferunt, memoriam servante Foro Primario, quod *Marche-Palus* dictum, quasi *Forum Paludosum*: alijs Gypsi-fodinis proximis quasi λευκοτεχία, quod fere tota crustario constet opere. *Lutetia* multo quomdam fuit, quam hodie, minor: in Insula tantum quam ambit Sequana. Tenue ergo admodum tantæ Vrbi fuit initium. Sed tantilla Insula adcrescentem in dies hominum multitudinem Paullatim capere non fuit potis. Ductis in utramque Continentem quasi Colonijs, additisque Locis Suburbanis, ita sensim, productis varie Pomerijs, excrevit, ut jam totius Galliæ sit maxima. In tres nunc secatur Partes: quarum Major, eaque ad Ripam Fluminis dextram, humilior est, ad Ortum & Septemtrionem vergens, *Villa* vulgo dicitur, *La Ville*: Minor ad sinistram versus Austrum & Occidentem loco altiore, & qui per colliculos suos nonnihil adsurgit, *Vniversitas* vocatur, *L'université*: Media est *Insula*, quam *Civitatem*, antiqua appellatione, *La Cité*, nuncupant; Fluvio undique cincta; Pontibus, duobus quidem Minori, tribus vero Majori juncta. *Villa* speciem præbet Lunæ διχοτόμῳ; hinc Sequana, illinc Mœnibus, Vallis, Fossisque in Hemicycli figuram circumdata. *Portas* habet septem *D. Antonij*, *Templi*, *D. Martini*, *D. Dionisij*, *Montis Martyrum*, *S. Honorij*, *Novam*. *Civitas* quatuor parvulis Insulis superioribus ordine & in linea sitis, tamquam obicibus contra vim fluminis defenditur; primum, ut dixi, propter situs commoditatem habitata: Ligneisque Pontibus adiri solita: totius Vrbis veluti Cor, propter Episcopale Regiumque Palatium. *Portas* habuisse olim videtur quatuor. *Vniversitas* quamdam Galeri speciem exhibere videtur, quo Caput tantæ Vrbis tegatur quasi, & ornetur. *Portæ* illi septem *D. Victoris*, *D. Marcelli*, *D. Iacobi*, *S. Michaelis*, *S. Germani*, *Bussia & Nella*. Hæc Lutetiæ pars Mœnibus etiam, ut Villa, est cincta, sed Fossis propter loci situm siccis. Longum esset enumerare quæ in tribus hisce Partibus occurrunt, deque ijs adferi possunt, singularia. Architremus Poëta Anglus hisce illam versibus olim celebravit.

*Exoritur tandem locus, altera regia Phœbi*
*Parrhisij, Cyrrhæa Viris, Chrysæa Metallis,*
*Græca Libris, Inda studijs, Romana Poëtis.*
*Attica Philosopis, Mundi rosa, balsamus Orbis,*
*Sidonis ornatu, sua mensis, & sua potu.*
*Dives agris, fœcunda mero, mansueta colonis.*
*Messe ferax, Fortis domino, pia regibus, aura*
*Dulcis, amœna situ, bona quolibet, omne venustum*
*Omne bonum, si sola bonis fortuna faveret.*

Regio.

Haud procul Parisijs *Pons Charentonius* est, vulgo, *Le Pons Charenton*, nõ ignobilis Vicus, ubi Matrona Sequanę miscetur. Auditur hic ἠχὼ τρισκαιδεκάφωνος, quæ terdecies humanam reddit Vocem, quæque quod admiratione dignum majore quadrisyllabũ integre & perfecte, quater quinquiesque resonat. Hæc de *Parisio*: sequitur *Goella*, ut quã minime potest, discedã ab vulgato nomine *La Goelle*. Huic etiam antiqui perierunt Limites. Manet ejus tantum memoria quibusdã in locis ab *Goella* cognominatis. Est ibi *Comitatus Dam-Martinensis*, *La Comté de Dam-Martin*, ab insigni quondam Opido, *Dam-Martino*, quod nunc in Vici formam est redactum, in Collicullo collocatum. *Insula Franciæ*, *L'Isle de France* ex ipsorum Gallorum diffinitione comprehendit quidquid Terrarum est ab *Fano S. Dionysij* *Possiacum* usque & *Mommorancium*; atque universim quidquid inter Sinus Gyrosque jacet Sequanæ, hinc Picardiam, inde Normanniã versum. Alij alios ipsi Fines statuunt. *San-Dionysianum*, vulgo S. *Denys en France*, opidum amœnum atque elegans, quod a Dionysio Areopagita imperiti rerum antiquarum & somniorum monasticorum creduli nomen sortitum arbitrati sunt. *Possiacum*, *Poissy* opidum non ignobile. Arx ibi Regibus quomdam in delitijs. Eo Reginæ se conferre solebant, anteaquam D. Germani Arx esset, partum edituræ. Ibidem Regum liberi educabantur, ut postea Blæsis & Ambaxiæ. Inter *Possiacum* & *Lutetiam Fanum* est D. *Germano* consecratum vulgo, *S. Germain en Laye*: Opidum nonnullius antiquitatis. *Mommorancium* vernacule dicitur *Mommoranci*. *Insulæ* succedit *Vexinum*, *Francicũ*, *Vexin*, vel ut alij, *Vulxin le Frãçois*. Continet quidquid est ab Æsia Fluvio Claromontẽ usque versus Picardiã. Perijt & hujus memoria, nisi quod quodammodo servetur, in antiquis quibusdã Chartis & Monimentis. Hactenus de *Prefectura Parisiensi*, quatuorque ejus Ditionibus. Altera pars *Valesium*, vulgo *le pais de Valois*. Nomen habere putatur ab amænissimis, quibus hæc ditio superbit, Vallibus. Alij aliunde dirivant. Comitatus olim, hodie Ducatus. Primus Valesiorum, ut & Alenconij, Comes dictus fuit *Carolus* Philippi III, Franciæ Regis, Filius Philippi Pulchri Frater: a quo per Philippum VI Filium Regium Valesiorum Stemma in Gallijs fuit propagatum. Extendit se Ducatus *Valesius* in Picardiam usque. Primarium Opidum (præter *Crespiacum Crespi*) *Silvanectum* est, Francis *Senlis*. Dictum Latinis quidam augurantur, quod Silvæ nectatur. Opidum est antiquum, præter Episcopatum, Præfectura & Baillivatu nobile. Ditavit Silvanectensis Præfectura Valesium Ducatum Dynastijs, que vulgo audiunt *Pierrefons*, *Bethisi* & *Verberie*, comprehensis opidis quæ nunc *Angy*, *le Pont S. Maxence* (Paludibus hoc cinctum est, Limitemque statuit Franciæ & Picardiæ) *Pongoing*, *Brenonville*, &c. Complectitur eadem Præfectura *Compendium*, *Compiegne*; sedem olim Principum; *Carolopolim* alijs appellatum,

# L'Isle de France. PARISIESIS AGRI DESCRIPTIO. Auctore F. Guillotterio Biturigi.

SEPTENTRIO

ORIENS

OCCIDENS

MERIDIES

Minuta et Gradus Longitudinis

Miliaria Gallica 1 2 3

Milliaria Germanica 1 2

BEAUVOISIS.

SENLIS

VALOIS

LA GOELE

LE MULTIEN

L'AULNAY

CHAM

LA FRANCE

LE PARISIS

LE Landy

PARIS

LA BRIE

Foreſt de Crecy

MEAUX

Chantilly · S. Fermin · S. Nicolas · Ville metrie · La Victoire · S. Leu de Serens · Courteuille · La foreſt de Chantilly · L'eſtang de Gouſteux · Gouſteux · Villars · La Chauſſée · Mont Greſin · Pont arme · Comelle · Caye · La Morlaye · La loge de Viermes · Borran · Le Lys · Orrey la ville · Pde Toue Royalmont · Chaumontel · La chapp.en ſervois · Neufmoulin · La grange du bois · S. Ladre · Noüy · Viermes · Aſnieres · Choiſy · Lufarche · Timecourt · Heruaux · Scruillier · Mont Melian · Beaumont · Nuintel · S. Martin du Tertre · Trennon · Foſſe · Gueſpelle · Vemars · Canpaigne · Mours · Courcelle · Franconuille · Gaſcourt · Epinay · Belle fontaine · Petit pleſſier · Laſſy · L'Erable · Narpille · Preſle · Iſle Adam · Behu · Beloy · Champlaſtreux · Iagny · Marly · Puyſeux · Villeron · S Vy · Le beau carreau · La Baſſe foreſt · Maſſlee · Villaines · Mareil · S. Laurens · Chaſtenay · Villiers le ſec · Monſoult · Gournay · Moiſſelles · Meſnil Obry · Fontenay · Bolohoen · Chauury · Stors · Egenuille · Chauſour · Plaiſis gaſſot · Louure · Batillet · Meriel · Bethemont · Bouſſemont · Domont · Ecouen · La grange des noues · Villiers l'Adam · Le Lua · Blemur · Mory · S. Leu · S. Pris · La Chaſſe · Auuers · Le Val · Peſſaucourt · Villiers le bel · Tilly · Vauderlan · Taucrny · S. Brice · Ermon · Eubonne · Piſcot · Le Pleſſis Bouchard · Moulignon · Cercelles · Le haulr du Roy · Goneſſe · Charillon · Sognolles · Maubuiſſon · Soiſy · Andely · S. Gratian · Margency · Pontoiſe · L'Aumoſne · S. Oën · Eragny · Hen · Pierre laie · Cernay · Franconuille · Mont Morency · Groſlay · Deuil · Montmagnye · Pierrefite · Stain · Garges · Dugny · Le Bourget · La Molette · Meruille · Drancy · Arbeley · Conflans · Fin d'Oiſe · La Frete · Montigny · Andreſy · Corneilles · Argeteuil · Aſcheras · Maiſons · Le Marais · S. Sebaſtien · La mueue · Le Meſnil · Vaux · La Vaudere · La Borde · Houille · Poiſſy · Carieres ſoubs le bois · Montreſſon · Carriere S. Denis · Chatou · S. Germain en laye · Croſſy · Port au pec · Bois de la traihiſo · Buzanual · La chauſſée Chaleuanes et Bougival · Eſtang de Monmorency · Eſtang de Coquenart · Molin de l'Eſtang · Molin Coquenart · Epenay · La briche · Iſle S. Denis · S. Denis · Ianvilliers · Columbe · La Neuuille · Aſnieres · Villiers · Nanterre · Corbeuoye · Nully · Rueil · Maiſon · Puteaux · Madrit · Longchamp · Boulogne · Sureſne · S. Cloud · Meudon · Fontenay · S. Antony · Vanure · Baigneux · Mont rouge · Iſſy · Autueil · Paſſy · Grenelles · Vaugirard · Les bons hommes · Chaliot · Rolle · Mont martre · La Chapelle · S. Ladre · La Villette · Pre S. Geruais · Bagnolet · Charonne · Piquepuſe · Bell ville · Pilſotte · Mont Cenis · Mont mahault · Noiſy le ſec · Penrin · Romonville · Clichi la Garrenne · Nogent · S. Ant. · La Rapée · S. Vincens · Conflans · Pont Charenton · Charentonneau · Seine fluv. · Marne fluv. · Bercy · Charenton · Maiſons · Conflans · Ablon · Corbeil · Eſſonne · Melun · Moret · Fontainebleau · Nemours · Montargis · Gien · Sancerre · Bourges · Nevers · Auxerre · Sens · Joigny · Montereau · Melun · Corbeil · Eſſonne · Etampes · Dourdan · Rambouillet · Chartres · Dreux · Evreux · Mantes · Meulan · Pontoiſe · Beauvais · Clermont · Compiegne · Soiſſons · Laon · Rheims · Chaalons · Troyes · Provins · Meaux · Lagny · Paris · Montlhery · Arpajon · Etampes · Orleans · Pithiviers

ab Carolo Calvo, qui Pomeria ejus ſcribitur produxiſſe & munijſſe. Tranſgreſſis Compendium occurrunt ſtatim Picardiæ populi, Sueſſones & Laudunenſes. Sub Compendio ſunt *Magny, Thorette, Creil.* Continet quoque Silvanectum *Pontis Æſiæ* (*Pontoiſe*, vulgo *Ponteſium* nominat Ivo epiſtola cv) Baillivatum, Præfecturam & Vicecomitatum, cui parent *Villeneuve le Roy de l'Iſle Adam Ponte Aeſiæ* ſuperato, ſe offert Normannia Silvanectenſis inſuper Præfecturæ Ius agnoſcit *Comitatus Belmontius ad Aeſiam, la Comté de Beaumont ſur Oyſe*: antiqua Prçfectura, cui ſubſunt *Perſang & Metu. Comitatus Belmontius* Dominos agnoſcit, principes Regiæ ſtirpis Vendomenſis. Ad hoc opidum ultra Æſiam initiũ capit Bellovacenſis Ditio. Sub Silvanectenſi denique Præfectura, ſimulque ſub Valeſio Ducatu eſt *Comitatus Belovacenſis, Comté de Beauvais, Beauvoiſin.* Metropolim habet *Belovacum*: ſic nominem Opidum, quod vulgo *Beauvais*. Apud Cæſarem, ut Nob. Vir. Ioſephus Scaliger ſcribit ad Merulã, *Bratuſpantium*, addens ſub Cæſaribus tranſnomi- natum *Cæſaromagum, Bratuſpantium* tamen, ne quid diſſimulemus, Carolo Bovillo Pagus hodie putatut *Granviller*, vel *Grattepance*, alijs *Clermont en Beauvoiſin*: Vigenereo *Beaumont ad Aeſiam*. Eſt autem *Belovacum* Vrbs ſitu amoeniſſimo adſitos habẽs hinc Mõtes fertiles non adeo excelſos, inde Agros excipiendæ Sementi commodos. Nec deſunt Vina. Incolis præſertim Feminis, magna ſunt Privilegia, ab Ludovico XI Frãcorũ Rege ipſis cõceſſa, anno CIↃ CCCC LXXII quod Carolũ Burgundiæ Ducem obſidionem ſolvere, reque infecta abire coegerint. Haud procul Belovaco eſt *Claromontium, Clermont*. Opidum eſt Arce munitum. Hæc de *Valeſio*: ſequitur tertia Franciæ Pars *Heurepenſe Territorium, Heurepois*. Initium capit ad Sequanam, ſub ponte Pariſienſi, qui parvus cognominatur, ſecuſque eundem fluvium procurrit Corbolium, Melodunum, & Moretum, ubi Verina Amne, qui in Lonium ſe exonerat, ſejungitur ab Gaſtinienſium Agro. Adhæret Brienſibus, ubi reſpicit Fanum, cui cognomen ab S. Columba Grandi apud Senones. Continet autem Vicecomitatum & Baillivatũ *Melodunenſem*. Metropolis eſt *Melodunum*. Nomen hoc perperam apud Cęſarem bis eſt inſultum, pro quo Veteres omnes ſcripti Codices Commentariorũ de Bello Gallico habent *Metioſedum*. Verum quidem eſt, *Melodunum* & *Metioſedum* unum idemque Opidum eſſe: ſed *Melodunum* poſterius eſt. Hodie *Melun*, in Inſula Sequanæ, inſtar Lutetiæ Pariſiorum. *Melodunum* Arce validum eſt. Quod opidum bonis piſcibus, præcipue Cancris ſuaviſſimis, nobilitatum & celebre, nunc *Corbueil* vulgo, *Corboliũ* nominatur in Vita S. Petri Tarenteſij. Habet & hoc cum multis alijs Arcem. *Fons Bellæ-Aquæ*, vernacula *Fonteine-Belle-eau*: Seceſſus Regum amœniſſimus quietique; aptiſſimus, vere palatium: Domicilium olim. S Ludovici, poſt Philippi, poſtremo Franciſci Valeſij. Multa ibi Singularia. Quartum in Francia locum dedi *Gaſtinenſium Ditioni*, vulgo *Gaſtinois*: quæ ab Heurepenſi ſeparatur Verina fluvio. Cõprehendit ſub ſe *Ducatus Stampenſem & Nemurcenſem*, *Comitatumque Rupis-fortis*, & alios *Stampæ Eſtãpes* vulgo: Opidum medio inter Lutetiam Pariſiorum & Genabum Aurelianenſium itinere, ad Iunnam fluvium: Cammarorum, qui delicatiſſimi, parentem largum, ad Corbolium in Sequanam ſe exonerantem. Ducatus) qui olim Comitatus fuit) claret dignitate. *Nemurſium, Nemours* Opidum ad Lonium Flumen, quod paullo infra Moretum Sequanæ concurrit. Inter ducatus. Franciæ etiam non poſtremi loci. *Rupes-Fortis*, *Roche-fort* Gallo-Romanis dicta Comitatus gaudet titulo. In Gaſtinenſium quoque Ditione cum *Millio* & *Moreto* (quod Limes Gaſtinẽſes inter & Heurepenſes) utroque Arce prædito, alijſque Opidis eſt *Montargium*, quaſi *Mons-Argi*, ut quidam ratiocinantur: quod in circumitu adſpectus ejus procul extendatur. Incendio. vaſtatum circa annum CIↃ IↃ XVIII, poſtea renovatum fuit Arcem & hoc habet, in qua depicta viſitur Hiſtoria Canis Venatici, qui Heri ſui mortem vindicavit, occiſo eo, qui necẽ illi attulerat. Hactenus Partes Franciæ percurri potius quam perluſtravi: nunc libet nonnulla quæ obſervatu digna ſupra omiſimus, hoc loco paucis addere. Primum hic ſeſe offerunt Opera tum publica, tum privata, tum ſacra, tum prophana. Templa numerari Lutetiæ LXIX univerſim ſupra in Generali deſcriptione diximus. Vbi etiam de Templo Cathedrali locuti ſumus. Præter Templa autem *Sacella* Pariſijs non pauca, XIII circiter: inter quæ primi cenſendum loci, quod in Palatio Regio *Sanctum* audit, ab Divo Ludovico exſtructum: omnium Ciſmontanorum audaciſſimum: nam Sacellum Sacello fornicato incumbit, nullis Columnis medijs, ſed lateralibus tantum ſubfultum: Porta inferior veram D. Virginis imaginem, Superior Ieſu Chriſti fertur exhibere. Servantur ibi (ſic perhibent Curiones) Corona Spinea, Toga Purpurea, Arũdo, Spongia, Sudariũ, Mappaq; Cœnæ ultimæ, quæ omnia a Balduino Imperatore Conſtantinopolitano Venetis oppignerata, Gallus redemta ibi repoſuit. *Cœnobia* plurima etiam in hac Vrbe circiter XXIV & ampla· *Templariorum* ſane circuitus ſpacioſiſſimus, Vrbis inſtar; Templarijs anno CIↃ CCCIX e medio ſublatis, Bona Hoſpitalarijs S. Ioannis fuerunt adſignata. Eſt & *Cœnobium Filiarum DEI* prope Portam S. Dionyſij, que Damnatis ad ſupplicium ducendis tres Panis bolos cum Vino porrigere ſunt ſolitæ. *D. Victoris Cœnobium* Canonicorum Regularium S. Auguſtini *Templum* D.D. *Petri* & *Pauli* Canonicorum Secularium prius, poſt ab Ludovico Craſſo Regularium eſt factum, *S. Germani Pratenſis Cœnobium* Benedictinorum. Opulentia nulli Cœnobio cedit: Privilegijs & Iuriſdictione liberrimum: Muris clauditur. Forum habet annuum. Iam *Domus Pariſienſes*, cum Publicæ, tum Privatæ, univerſim anno CIↃ IↃ XLIX ad X millia ſunt numeratæ: exceptis Collegijs, Tẽplis, Cœnobijs, ijſque, que in Suburbijs. Eminent inter reliquas *Domus Regia* vicina Palatio, *Nella, Flandra, Arteſia, Aurelianenſis, Abretia, Lotharinga, Nivernenſis, Alençonia, Senonum, Remenſis, Lugdunenſis, Feſcampia, Bellovacenſis, Rotomagienſis, Bituricenſis, Heureſia, Sabauda, Claromontia, Cabillonenſis, Bavara, Burgunda, Reginæ, S. Pauli*, & aliæ. *Palatium Thermarum* prope D. Mathurini quidam a Iulio Cæſare conditum volunt. Cænaculum illic eſt fornicatum, cui Hortus cum Arboribus imminet. *Domus Publica Pariſienſium*, anno CIↃ IↃ XXXIII cœpta ab fundamentis exſtrui, ſub Franciſco I. Quid vero dicam de *Arcibus? Majus Caſtellum* ab Iulio Cæſare ædificatum ajunt: magis cẽſendum ab Iuliano Cæſare, qui aliquãdiu hic habitavit. Reliquas brevitati ſtudens omitto. Quid de *Xenodochijs, Noſocomijs, Ptochodochijs*, & *Orphanatrophijs?* Domum in villa CCC *Cæcorũ* ab Saracenis excæcatorũ, D. Ludovicus condidit. Alia prętereo. *Sepulchra* vero, præſertim Regum principũ, Ducum, Comitum Nobiliumq; utriuſq; ſexus quot in hac Vrbe conſpiciuntur? Eorum plena eſt enumeratio apud Ægidium Corrozetium, cujus exſtat accuratum de Pariſienſis Vrbis antiquitate opus. *Statuæ* etiam ſtupendæ varijs locis, *Regum* omnium in Palatio Regio: *Caroli Magni* in Templo S. Marcelli: *Philippi Valeſij* in primario; ubi & *D. Chriſtophori* Gigantea, anno CIↃ CCCC XIII ab Antonino *d'Eſtars*, Equite erecta. Eſt ibi & effigies *Petri Cugneri*, juxta Chorum in angulo ad altare B. Mariæ. Fabulantur per ludibrium poſitam, quum Bona Eccleſiaſtica nomine Regio in Fiſcũ trahere conaretur, ſub *Philippo Valeſio*: ſed fruſtra. Hæc de una Vrbe quo ad ſtructuras ſufficiant. *San-Dionyſianum* Fano ſuperbiſſimo nobilitatum eſt, in quo omnes Reges Galliæ mirabili artificio ſculpti monſtrantur. Sed de his ſatis, ad Academiam Pariſienſem venio. Inſtituta hæc ab Carolo Magno, Romanorum Imperatore, incitantibus eo Magnanimum Principem quatuor Venerabilis Bedæ diſcipulis. Quatuor firmiſſimis nititur Columnis, *Facultatibus*, inquam, *Theologiæ, Iuris Canonici, & Medicinæ, Artium*. Tribus quas nominavi primo loco, ſingulis præſidet *Decanus*; duoque inſerviunt *Curſores*, quos *Pedellos* vulgo dicimus. Toti corpori præeſt *Rector*, ab Artium Facultate, ſingulis Trimeſtribus legi ſolitus. Collegia ſunt, *Sorbonicũ, Navarrenum*, D. *Bernardi, Præmonſtrantenſe, Cameracenſe, Regium, Rhemenſe*, aliaque.

*Opera. Publica.*

*Academia,*

GERARD

MERCATORI

6031